6
—a
9

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 F
28

ibliotheca
Coll. Rom.
iet. Jesu

6-3.a.19

13
C
77

13.t.21

NONII MARCELLI
NOVA EDITIO.

ADDITVS EST LIBELLVS
FVLGENTII DE PRISCO SERMONE,
& notæ in Nonium & Fulgentium.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

SEDANI;
Sumptibus HADRIANI PERIER.

M. DC. XIIII.
Cum Priuilegio Regis Chriſtianiſsimi.

LECTORI SAL.

NONII Marcelli nouam editionem damus tibi, benigne Lector, ſcribtoris neque ab eruditione, neque a iudicio, neque a diligentia commendandi, & quo Latinitas facile carere poſſet, ſi eos tantum auctores laudaſſet, quorum opera ad nos peruenerunt; vt mirari ſubeat tam imperitum auctorem citatum aliquoties a doctiſſimo Grammatico Priſciano, & propagatum per bibliothecas meliorum ſæculorum, quibus tædium fuit deſcribere optimos quoſq; & vtiliſſimos ſcribtores, qui tum exſtabant: ſed poſtquam ij deſcribentium incuria perierunt, qui ſuo nomine vix tanti erat vt legeretur, idem ſane merito obtinuit vt & deſcriberetur

& haberetur in delicijs, venerandæ antiquitatis reſpectu, cuius hic plura monumenta ex maximis quibuſque & antiquiſſimis ſcribtoribus, quam apud vllum veterum Grammaticorum, eaque maxime inſignia; quæ certe & exſtare hodie & minus corrupta legi intererat Reipublicę literariæ, quę cauſſa doctiſſimos viros impulit, vt in ijs emendandis certatim laborarent: nam ante annos cẽtum ita deprauatus circumferebatur totus liber, vt eius ęui literatores profiterentur abſtinuiſſe ab eius lectione propter inſignem corruptelam, quum iuſtiſſime factum eſſet, vt qui negligentiſſime eximios quoſque ſcribtorum optimorum locos exſcribſerat, idem ab indiligentiſſimis librarijs exſcriberetur. Primus ante annos fere quinquaginta meliorem editionem veterum exemplarium ope curauit Hadrianus Iunius vir doctrina & iudicio inſignis, quam poſtea ſecutę ſunt alię omnes editiones, additis e doctorum virorum

coniecturis aliquot inſigniorum locorum caſtigationibus. Nobis ante annos fere triginta copia fuit optimi & vetuſtiſſimi codicis manuſcribti e bibliotheca S. Victoris Pariſienſis, ex quo deſcribta eſſe quotquot hodie in Europa huius libri exemplaria habētur, certiſſima indicia ſunt. Is mihi totius huius editionis fundus pręcipuus fuit. vſus ſum eodem tempore libro manuſcribto maximi Iuriſconſultorum Iacobi Cuiacij, cuius ille ope aliquot inſignitas maculas abſterſerat: ſed eo longe recentiori, neque integro: aberat enim magna pars capitis quarti, vt & in alijs codicibus, quos poſtea vidi in Germania & Britannia complures: aberant etiam pleraque exempla auctorum, quę librarius vbicumque inſigniter deprauata inueniſſet, omiſerat. habui etiam chartaceum manuſcribtum doctiſſimi & humaniſſimi Nicolai Fabri, ſed eum omnium quos viderim inemendatiſſimum. His tribus codicibus accurrate collatis, editionem hanc

inſtitui, reſtitutis præcipue ex fide optimi illius Victorini quamplurimis locis, non paucis ex certiſſimis virorum doctorum coniecturis, quibuſdam etiam e noſtris; hac tamen fini, vt eas ſolas admiſerim quæ non abibant longe a veteris ſcriburæ veſtigijs: in certis exhibui ipſos veterum librorum næuos; quam in partem peccare ſemper mihi viſum eſt tutius: locos innumeros ex ipſis auctoribus qui ad nos peruenerunt emendaui; quoſdam etiam ex collatione aliorum capitum in quibus repetiti ab ipſo Nonio: quam in vtramque partem ſumma fuerat indiligentia ſuperiorum editorum. Ita conſtitutam editionem ante annos octo & viginti commiſeram Beyſio typographo; qui dum inibi eſt vt eam inchoaret; ingruentibus ciuilibus bellis deterritus conſilium abiecit, meaſque ſcidas mihi reddidit; quas ego e naufragio bibliothecæ meæ, quæ per illos furores mihi perijt, præter ſpem ſeruatas, tamen alijs curis implicitus, partim

domeſticis, partim publicis, diu preſſi; tandemque vt alia ętas alios mores poſtulat, damnaueram æternis tenebris, ni amici obſtitiſſent; quorum conſilium ſecutus potius quam meum, chartas illas ſitu pœne obſitas in hoc ruſticano otio recognoui; adhibui etiam in conſilium codicem manuſcribtum Iſaaci Caſauboni, viri vt in omni eruditionis genere excellentis, ita mihi arctiſſimis amicitię & omnium neceſſitudinum vinculis coniunctiſſimi; qui vt neutiquam comparandus cum Victorino, ita præferendus ceteris quos vidi, quamuis & μειουρὸς, & in ipſis integris ſcidis imperfectus, omiſſis a librario quęcunque corruptiora. In hac poſtrema recenſione pauciſſima mutaui in ipſo textu quem olim conſtitueram; in notis abſcidi plura quam addidi; & tenuem opellam permiſi amicis vt in publicum emitterem, e qua tantum abeſt vt gloriam quæram; quin potius multam deprecer conſumti in leui opere temporis, quod grauioribus cu-

ris impēſum eſſet vtilius: quam ego vnam ven iam peto a te, lector: non enim excuſo, quod plura inemendata reliquerim in libro corruptiſſimo, cuius locis deſperatis exhibuiſſe ſcributuram veterem fidem præſtitiſſe eſt: nec quod in notis multa corrupta, obſcura non attigerim; veritus potius vt culpę detur quod in ijs nimius fuerim, & quod non minus curioſe quæſierim veram lectionē in ipſis Nonij verbis quam in exemplis ſcriptorum veterum ab eo prolatis; ratus quamuis viliſſimo plumbo commiſſas habeamus has gemmas, tamen etiam huic plumbo, qualecunque auctoris ſui artificium conſtare debere. Notas doctorum, quas ſine vllo dilectu alię editiones exhibebant, in præſentia omiſimus; erit deinceps qui eas cum iudicio repreſentet, ſimul omnes veterum & recentiorum codicum lectiones. Tu his interea fruere & vale.

Priſcianus libro I. Sifilum quoque pro ſibilum, teſte Nonio Marcello de doctorum indagine, dicebant. locus eſt pag. 531.

Idem lib. VI. Incus etiam, incudis; quod ponit Nonius Marcellus de doctorum indagine; ferri maſſa malleis cuditur, vnde etiam incus eſt appellata. locus eſt pag. 523.

Idem lib. x. Nonius tamen Marcellus de mutatis coniugationibus ſic ponit, ſapiui pro ſapui: Nouius in Virgine prægnante: Quando ego plus ſapiui, qui fullonem compreſſi Quinquatribus. locus eſt pag. 508.

INDEX CAPITVM NONII.

I. De proprietate ſermonum. pag. 1.
II. De honeſtis & noue veterum dictis, per literas. 68.
III. De indiſcretis generibus, per literas. 190.
IIII. De varia ſignificatione ſermonum, per literas. 232.
V. De differentijs verborum. 421.
VI. De improprijs. 448.
VII. De contrarijs generibus verborum. 467.
VIII. De mutata declinatione. 482.
VIIII. De numeris & caſibus. 495.
X. De mutatis coniugationibus. 502.
XI. De indiſcretis aduerbijs. 509.
XII. De doctorum indagine. 517.
XIII. De genere nauigiorum. 532.
XIIII. De genere veſtimentorum. 536.
XV. De generibus vaſorum vel poculorum. 543.
XVI. De genere vel colore veſtimentorum. 548.
XVII. De genere ciborum & potuum. 550.
XVIII. De genere armorum. 552.
XVIIII. De propinquitate. 556.

INDEX AVCTORVM QVI CITANTVR IN NOTIS.

ACcius. pag. 94.
Æſchylus. 98. 192.
Afranius. 143. 150.
Ammianus. 109.
Apicius. 123.
Apuleius. 82. 88. 93. 96. 104. 106. 107. 108. 109. 111. 117. 119. 123. 128. 132. 138. 169. 212.
emendatur, 94. 131. 183.
Ariſtoteles. 88. 125. 148. 175. 182.
Arnobius. 82. 88. 98. 100. 104. 107.
Artemidorus. 163. 164. 181. 201.
Aruſianus. 170.
Aſtonius 100.
Ateius Capito. 197.
Athenæus. 127. 129. 156. 178. 207. 210.
emendatur, 206.
Atta. 96.
Auguſtinus. 117. 137.
Caßius Hemina. 181.
Catalecta. 91.
Cato. 100. 104. 119. 133.
Catullus. 83. 86. 96. 143. 164. 167.
Celſus. 85.
Cenſorinus. 177.
Chariſius. 81. 83. 85. 89. 114. 124. 132. 134. 145. 146. 147. 150. 180.
Cicero. 82. 93. 96. 98. 109. 114. 121. 123. 124. 129. 131. 132. 136. 139. 144. 146. 156. 157. 158. 165. 167. 172. 177. 181. 185. 191. 194. 200. 204.
emendatur, 87. 93. 127. 132. 146. 157.
Cinna. 137.
Cloatius. 123.
Codex Juſtinian. 89. 128.
emendatur, 154.
Codex Theodoſ. 85. 89. 96.

emendatur. 110.189.
Cornelius Nepos. 96.
*Cor. Seuerus in Ætna emend.*182.
Cremutius. 164.
Daniel Heinſius. 129. 195.
DictysCretenſis. 197.
emendatur, 99. 128.
Diogenes Laertius. 193.
Diomedes. 147.
Dionyſius Halic. 146.
Dionyſius Lambinus 87. 120. 139.
Donatus. 112. 137. 163. 164. 175. 206.
Ennius. 112. 133. 136. 147. 168.
Epiſtola Olympiadis. 83.
Eumenius. 117.
Eupolis. 149.
Euripides. 90. 101. 115. 116. 119. 122. 127. 128. 129. 131. 139. 140. 162. 170. 173. 177. 179. 191. 201. 202.
Feſtus. 83. 85. 91. 92. 93. 96. 100. 106. 107. 108. 110. 118. 124. 128. 132. 135. 136. 150. 156. 163. 169. 170. 181. 182. 193. 197. 199. 206. 210.
emendatur, 123. 211.
Frontinus emend. 205.
Fulgentius. 209.
Furius. 126.
Gellius. 81. 89. 90. 93. 96. 98. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 111. 112. 113. 114. 116. 117. 119. 121. 122. 123. 125. 126. 127. 129. 130. 131. 133. 134. 135. 136. 137. 141. 144. 146. 147. 148. 150. 162. 164. 165. 166. 171. 177. 181. 183. 185. 186. 187. 188. 196. 197. 198. 200. 202. 207. 211.
emendatur, 106. 107. 109. 135. 146. 148. 198. 207. 211.
Gloſſæ. 85. 86. 115. 174. 208.
Gloſſarium Philoxeni. 85. 92. 96. 97. 100. 104. 105. 107. 108. 126. 128. 134. 156. 166. 167. 170. 176. 212.
Gloſſæ Iuuenalis. 96. 115.
Hadrianus Iunius. 82. 109. 113. 115. 125. 128. 130. 134. 139. 145. 146. 166. 169. 178. 179. 185. 187. 189. 192. 209. 210.
Hadrianus Turnebus. 85. 87. 101. 102. 107. 109. 113. 116. 120. 132. 133. 149.

153. 154. 164. 168. 169. 171. 178. 186. 188. 189. 194. 208.
Harpocratio. 210.
Heliodorus. 183.
Herodotus. 125.
Heſiodus. 176.
Hieronymus. 173.
*Homerus.*102.103.111.134. 135.141. 154.156.157.178. 183. 192.
Horatius. 108. 129. 138. 150. 157. 210.
Iacobus Cuiacius. 100.102. 157. 167. 185. 210.
Janus Gulielmius. 83 86. 91. 92. 95. 155. 176. 178. 202.
Ianus Palmerius. 102. 179. 186.
Jmp. Iuſtinianus. 88.
Imp. Mauricius. 109.
Ioannes Limneius. 118.
Ioannes Paſſeratius 121. 146. 165.
Ioſephus Scaliger. 97. 98. 109. 112.113.121.129.130. 137. 138. 145.171.173.185. 191. 204.206.208.
Iſaacus Caſaubonus. 134.
Iſidorus. 82. 96. 97. 104. 189. 209.
*Iuſtus Lipſius.*115.117. 138. 172.175. 190.204.
Iuuenalis. 83. 86. 115. 128. 131. 134. 169. 172. 176. 177.
Laberius. 137.
Lactantius. 109.
Lampridius 128.212.
Leges xII. tabular. 107.
Lex Regia. 164.
Liuius. 105. 156. 163. 196.
Lucanus. 104.
Lucianus. 159.
Lucillius. 94. 154. 163.
Lucretius. 89. 109. 132. 167. 177. 189. 200. 212.
Ludouicus Carrio. 90. 207.
Lycophron. 164.
Macrobius. 82.93.107.108. 111.121.146.163.166.178. 181.198. 202.
Marcus Ant. Muretus. 93. 122.
Marius Victorinus. 132.
*Martialis.*87.115.128.173.
Menander. 127.
Minutius Felix. 106.
Nicolaus Faber. 85. 113. 117. 172.
Nonnus. 105.
Obertus Giſanius. 95.
Ouidius. 96. 136. 178.
Pandectæ. 87. 90. 103. 104. 109. 128. 154. 155. 171. 173.

177.180.188.191.192.197.
210.
emendantur. 155.
Paulus Merula. 112. 186.
Pauſanias. 210.
Perſius. 108.115.
Peruigilium Veneris. 128.
Petronius. 94.115.190.
Petrus Victorius. 149.193.
Philoſtratus. 173.
Plato. 107.136.196.197.
204.
Plautus. 86. 88. 89. 91.
96.104.108.109.114.115.
119.120.121.126.133.135.
139.141.142.150.156.166.
167.168.169.172.178.
179. 182. 185. 192. 200.
203.204.205.208.211.
emendatur. 89.103.105.
119.144.156.
Plinius. 85. 93. 99. 106.
113. 142. 146. 163. 164.
203.205.211.
Plutarchus. 118.142.160.
181.209.
emendatur, 142.
Pollux. 108.132.208.
Polybius. 119.191.198.
Priſcianus. 81. 118. 124.
125.150.204. 208.
Propertius. 139.
Prudentius. 171.
Pſalmi. 185.
Quintilianus. 136.146.
Salluſtius. 93.112.141.
Seneca. 180.
Seneca Tragicus. 183.
Seruius. 105. 112. 115.
120. 152. 160. 164. 181.
194. 208.
Scholiaſtes Ariſtophanis.
149.
Scholiaſtes Apollonij. 210.
Sidonius. 129. 195. 201.
207.
Stephanus. 205.
Suetonius. 96. 109. 128.
181.188.
Symmachus. 93.154.207.
emendatur, 93.117.133.
206.
Tacitus. 128.164.165.
167.180.181.196.
Tarquinius. 164.
Terentius. 88.91.129.139.
154.156.163.167.171.
172.173.
Tertullianus. 82.142.211.
212.
Theocritus. 164.
Tibullus. 123.168.
Tyro Tullius. 106.
Valerius Maximus. 86.88.
146.205.211.
Valgius. 105.

Varro. 89. 107. 111. 117. 123. 126. 133. 135. 137. 139. 142. 150. 164. 167. 181. 187. 188. 206.
emendatur, 97. 110.
Vegetius. 206.
Velleius Paterculus. 118.
Virgilius. 86. 88. 121. 132. 148. 156. 157. 163. 164. 167. 188. 200.
Vitellio. 153.
Vitruuius. 116.
Vopiſcus. 96. 146.
Xenophon. 170.

NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBVRTICENSIS De compendioſa Doctrina *per literas ad filium.*

DE PROPRIETATE SERMONVM.

SENIVM eſt tædium & odium; dictum a ſenectute, quod ſenes omnibus odio ſint & tædio. Cęcilius in Epheſione;

Tum in ſenectute hoc deputo miſerrimum,
Sentire eâ ętate eum ipſum eſſe odioſum alteri.

Nam ætatem malam ſenectutem veteres dixerunt. Plaut. Menæchmis: --- Conſitus ſum
Senectute, onuſtum gero corpus, vires
Reliquêre; vt ætas mala eſt, merx mala eſt ergo.

Accius Amphitr. An mala ætate mauis male mulcari exemplis omnibus?

Turpilius Philopatro: Miſerum puto, ſi etiam iſtuc ad malam ætatem acceſſit mali.

Pacuuius Peribœa:
Parum eſt quod te ætas male habet, ni etiam hîc ad malam

Ætatem adiungas cruciatum reticenti.
Afranius Vopiſco;
Si poſſent homines delenimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas & corpus tenerum & morigeratio
Hæc ſunt venena formoſarum mulierum:
Mala ætas nulla delenimenta inuenit.

Bonam ætatem quoque dicimus adoleſcentiam vel iuuentutem. M. Tullius de ſenectute: Quod ſi ipſis voluptatibus bona ætas fruitur lubentius, primum paruulis fruitur rebus. Nam prudentiſſime noſter Maro dici partes primas, quaſi eius ætatem puberem, meliorem dixit, nono libro:
Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei.
Senium ipſum poſitum ſic. Titinnius Veliterna: Quot peſtis, ſenia, & iurgia ſeſemet diebus emigrarunt. Nouius Gallinaria:
Operæ, quæ actor, cantor, curſor, ſenium ſonticum.

Accius Epinauſimache: Mors amiçi ſubigit, quæ mihi eſt ſenium multo acerrimum.

Pomponius Præcone poſteriore:
--- Calue apportas nuntium
Nobis diſparem, diuiſum, huic ſeni ſenium & metum.

Lucillius ſatyrarum lib. xv.
In numero quorum nunc primus
Trebellius multos Titos Lucios narceſibai febris, ſenium, vomitum, pus.

Turpilius Demiurgo:
--- quia enim odio ac ſenio mihi nubtiæ.

Pacuuius Peribœa:

Metus, egeſtas, mœror, ſenium, exſiliumque & ſenectus.

Velitatio dicitur leuis contentio, dicta ex congreſſione velitum. Plautus Aſin.

Verbis velitationem fieri compendi volo.

Idem Menæchmis:

Neſcio quid vos velitati eſtis inter vos duo.

Turpilius Lindia:

Comperce verbis velitare, ad rem redi.

Afran. Priuigna:

--- Interea verba iactare, & labris inter ſe velitari, velificarier.

Cæcilius Pauſimacho:

Phrygiones * hoc Virg. probat in lib. ix.

Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis.

Item in eodem nono:

O vere Phrygiæ; neq. enim Phryges.

Titinnius Barbato: Phrygio fui primo, beneque id opus ſciui; reliqui acus, aciaſque ero atq. eræ noſtræ. Plautus Menæchmis:

Pallam ad Phrygionem fert confecto prandio.

Varro Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: Phrygio qui puluinar poterat pingere, ſoliar depigebat.

Hostimentvm eſt æquamentum; Vnde & hoſtes dicti ſunt, qui ex æqua cauſſa pugnam ineunt. Plaut. Aſin.

Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia. Vnde & hoſtire dicitur.

Idem in eadem:

---- Quin promitto, inquam, hoſtire contra vt merueris; id eſt, æqua reddere.

TOLVTIM dicitur quaſi volutim, vel volubiliter. Plautus Aſinaria:

Demam hercle iam de hordeo, tolutim ni badizas.

Nouius Gallinaria:

O peſtifera, Pontica, fera, trux tolutiloquentia; id eſt, volubilis locutio. Idem Macco exſule: Edixi iturum hominem in Tuſcos tolutim. item Lucil. Satyrarum lib. viij:

Si omne iter euadit, ſtadiumque accliue tolutim.

Idem:

Velle tolutim hic ſemper incepturus videtur.

Varro Trihodite, tripylio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως: Sed vt equus qui ad vehendum eſt natus, tamen hic traditur magiſtro, vt equiſo doceat tolutim. Pomponius Decuma fullonis: Et vbi inſilui in cocleatum equuleum, ibi tolutim tortor. Var. Agatone: Hæc poſtquam dixit, cedit citus celſus tolutim.

CAPVLVM dicitur quicquid aliquam rem intra ſe capit: nam ſarcophagum, id eſt ſepulchrum capulum dici veteres volunt, quod corpora capiat. Plaut. Aſin. dicens de ſene.

Perij miſera; vt oſculatur carnufex, capuli decus.

Idem Milite: Quid ais tu? tam tibi ego videor oppido Acheruntius?

Tam capularis? id eſt, capulo proximus. Nouius Pappo præterito: --- dum iſtos inuitabis ſuffragatores, pater, Prius in capulo, quam in curuli ſella ſuſpendes nates. Lucillius Satyrarum libro ſecundo:

Quem illi quum vidiſſent Hortenſius, Poſtu-

miuſque,
Ceteri item, in capulo hunc non eſſe, aliumque cubare.

Var. Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: Propter cunam capulum poſitum nutrix tradit pollictori.

TEMVLENTA dicta eſt ebrioſa; dicta a temeto, quod eſt vinum, quod attentet. Plautus Aulularia:

--- Quia temeti nihil allatum intellego.

Idem Truculento:

Siue adeo caret temeto, tamen ab ingenio improbus.

M. Tul. de Rep. lib. iv. Ita magnam habet vim diſciplina verecundiæ; carent temeto omnes mulieres. Varro, eſt modus matulæ, περὶ μέθης: Quis in omni vita helio πόδιπος olfacit temetum? Idem Modio: Tremodiam, amphoramq. eamdem temeti, ac farris modium.

CINÆDI dicti ſunt apud veteres ſaltatores, vel pantomimi ἀπὸ τοῦ κινεῖν σῶμα. Plaut. Aulular.

Ita fuſtibus ſum mollior magis quam vllus cinædus.

Idem Milite:

Tum ad ſaltandum non cinædus malacus æque eſt.

Idem in Sticho:

Lepidam & ſuauem cantionem aliquam occipito cinædicam; id eſt, quæ ad ſaltandum mouere poſſet. Lucil. Satyrarum lib. j:

Stulte ſaltatum te inter veniſſe cinædos.

Varro ὄνος λύρας: Merentis, vt quietus ac demiſſior probandus, Ἀχιλλέως ἡρωικὸς, ἰωνικὸς κιναίδου.

EXERCITVM dicitur fatigatum; dictum ab exercitio. Salluſtius in Iugurthino bello: Nabdalſa exercito corpore. Plautus Bacchid.

--- Quæ ſodalem atq. me exercitos habet.

Lucretius lib. ij:

Concilijs & diſcidijs exercita crebris.

Afran. Suſpecta: Ita, vt huic ero adoleſcenti, cui ſuſpicium tradidit, qui me eſt animi exercitus. Virgil. lib. iij:

--- Nate Iliacis exercite fatis.

TENVS eſt laqueus, dictus a tendicula. Plaut. Bacchid.

Nunc ab tranſenna turdus lumbricum petit;
Pendebit hodie pulchre, ita intendi tenus.

ILLICERE eſt proprie illaqueare. Næuius Lycurgo:

Alis ſublime alios ſaltus illicite, vbi
Bipedes volucres lino linquant lumina.

PELLICIS a Græco vocabulo ſignificantiam ſapientes inflexam putant, quaſi πάλλαξ, hoc eſt vt παλλακὶς: quod ſi hoc non eſt, vana compoſitio nominis videri poteſt.

CALVITVR dictum eſt fruſtratur; tractum a caluis mimicis, quod ſint omnibus fruſtratui: Plautus in Caſina:

Nam vbi domi ſola ſum, ſopor manus caluitur.

Pacuuius Medo:

Sentio, pater, te vocis calui ſimilitudine:
* Sed quid conſpicio? num me lactans caluitur
Ætas?

Accius Euryſace:

Sed memet caluor: vos iſtum iuſſi ocyus.

Abſtrahite. Lucil. Sat. lib. xvij:

Si non it, capito, inquit eum; & ſi caluitur, ergo
fur dominum.

Pacuuius Duloreſte:

Me caluitur ſuſpicio: hoc eſt illud, quod fore
occulte Oeax prædixit.

Sall. Hiſt. lib iij. Contra ille calui ratus.

Frigere eſt, & frigvttire, & fritinnire, ſuſſilire cum ſono, vel erigi, & exſilire: quod quæcumq. friguntur, vel frigent, nimio calore vel frigore cum ſono ſuſum ſuſſiliunt. Plautus in Caſina:

Nam quid friguttis? quid iſtuc tam cupide cupis?

Varro Virgula diuina: Et pullos peperit fritinnientis. Idem ὄνος λύρας: Sæpe totius theatri tibijs crebro flectendo, commutare mentes, frigi animos eorum.

Deflaccare eſt atterere; tractum a veſtibus ſine flacco. Plautus in Caſina:

Perij; flacco habebit iam illic homo lumbos
meos.

Depexvm dictum eſt laceratum. Terentius Heaut.

---Egone; ſi viuo, adeo exornatum dabo,
Adeo depexum, vt dum viuat, meminerit
ſemper mei.

Sartores dicti non ſolum a ſarciendo, verum etiam a ſarriendo. Plaut. Captiuis:

Sartor, ſatorq. ſcelerum, & meſſor maxume.

Et in ſubſequentib. aperuit:

Non occatorem prius audebas dicere?
Nam ſemper occant prius quam ſarriunt ruſtici.

Varro Vinalibus, περὶ ἀφροδισίων; Etenim ſic vide: vtrum mercedem accipit is qui meas venit ſegetes vt ſarriat, an ego ab illo? Sic ego cum tuus ſim ſartor, ſi tu plus laboras, quam ego do.

NAVTEA eſt aqua de corijs; vel, quod eſt verius, aqua de ſentina, dicta a nautis. Plautus Curcul.

Nam omnium vnguentum odor præ tuo nautea eſt.

Idem Aſinaria:

---Nauteam
Bibere malim, ſi neceſſe ſit, quam illam oſcularier.

TRICÆ ſunt impedimenta, & implicationes: & intricare, impedire, morari: dictæ quaſi τρίχες, quod pullos gallinaceos inuoluant & impediant capilli pedibus implicati. Plautus Curcul.

Quod argentum, quas tu mihi tricas narras?

Idem Epidico:

Aliqua ope exſoluam, extricabor aliqua, id eſt, ex impedimentis liberabor. Lucil. Sat. lib. xj:

Nec mihi amore hoc opus, nec tricone vadato.

Turpilius Demiurgo:

Iudicia, litis, turbas, tricas, contiones maxumas.

Afranius Epiſtola: Ita intricauit huius hanc rem temeritas. Varr. γεροντοδιδασκάλῳ: Putas eos non citius tricas Tellanas, quam id extricaturos? Plautus.*

CAPERARE eſt rugis frontem contrahere, & aſperare; tractum a caprorum frontibus criſpis. Plautus Epidico:

Quid illud eſt, quod illi caperat frons ſeueritudine?

Varro Eumenid. Quin mihi caperatam tuam frontem Strobile omittis.

Examvssim dicitur examinate ad regulam vel coagmentum: eſt enim amuſſis regula fabrorum, quam architecti, quum opus probant, rubrica illinunt. Plautus Amphitr.

--- Si vera hæc loquitur, examuſſim eſt optima.

Idem Milite:

Ineſt in hoc emuſſitata ſua ſibi ingenua indoles, id eſt, examinata. Idem in Menæchmis:

Vt hanc rem vobis examuſſim diſputem.

Varro, τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας: Quare, ſi diu gens eſt ad amuſſim, per me licet aſſumes teneo διάκον. Idem Quæſtionum Plaut. lib. ij. Amuſſis eſt æquamen leuamentum; id eſt apud fabros tabula quædam, qua vtuntur ad ſaxa coagmentata. Plautus. *

Mvtvs onomatopœia eſt incertæ vocis, quaſi mugitus: Nam mutus ſonus eſt proprie, qui intellectum non habet. Næuius Lycurgo:

Ducite eo cum argutis linguis mutas quadrupedis.

Accius Epinauſimache:

Item ad mœſtitiam mutam infantium quadrupedum.

Dispennere eſt expandere; tractum a pennis & volatu auium. Plautus Milite:

Vbi lubet, diſpennite hominem diuerſum & diſtendite.

Focvla dicta ſunt nutrimenta; vnde &

foculare dicitur, vt fouere. Plautus Perſa:
At edes; nam iam intus ventris fumant focula.

BARDVM eſt vi propria, & ingenio tardum. Nam Græci bardos tardos dicebant. Homerus Iliados xxiij.

Βάρδιϛοι μὲν γὰρ οἳ ἔσαν καλλίτειχες ἵπποι,
Ἥκιϛος δ' ἦν αὐτὸς ἐλαυνέμεν ἅρμ' ἐν ἀγῶνι.

Plautus Perſa:
Nimis tandem equidem pro barda, & pro ruſtica reor habitam eſſe abs te.

ILLEX, & EXLEX eſt, qui ſine lege viuit. Plautus Perſa:
Impure, inhonneſte, iniure, illex, labes populi.

Lucil. Satyr. lib. ij.
Non dico, vincat licet, & vagus exſulet, erret Exlex.

Varro Σκιαμαχία, περὶ τύφου:
Poſtremo quæro: parebis legibus, an non?
Anne exlex ſolus viuis?

Lucil. lib. xxx.
Accipiunt leges, populus quibus legibus exlex.

Cæcilius Harpazomene: Quid narras Barbare, cum indomitis moribus, illiterate? illex es. Siſenna lib. iiij: Armis, equis, commeatibus nos magis iuuerunt exleges; & minus honore dignos putabitis? Marcus Tullius pro Cluentio: Non quo illi aut exlegem Sullam, aut cauſſam pecuniæ publicæ contemtam atq. abiectam putarent.

LVRCONES dicti ſunt a lurcando: lurcare eſt cum auiditate cibum ſumere. Lucillius Satyrarum libro ij:

Nam quid mœtino,ſubiectoq.huic opus ſigno,
Vt lurcaretur lardum,& carnaria fartim
Parum conficeret?

Pomponius Syris : Lapathium nullum vtebatur, lardum lurcabat lubens. Plaut. Perſa:

Perenniſerue, lurco, edax, furax,fugax.

Lucil. Satyr. lib. v:

Viuite lurcones, comedones, viuite ventris.

Varro Eumenidibus : Contra cum pſalte piſta, & cum Flora lurcare atſtrepis.

Torialim & Torialivm * deſignator eſt Varro de vita pop. Rom. libro j. Quod frontem lecticæ ſtruebant, ex ea herba torta torum appellatum*: hoc quod inicitur, etiamnum toral dicitur : lecticam qui inuoluebant, ſegeſtria appellabant.

Concentvriare eſt colligere; dictum a centurijs quæ ad ſuffragia conueniebant. Plaut. Pſeudolo:

--- Concenturio in corde ſycophantias.

Terentins Phormione:

Ego in inſidijs ſubcenturiatus, ſiquid deficies.

Finitores dicebantur, quos nunc agrimenſores dicimus, dicti quod fines diuiderent. Plaut. Pœnulo:

Eius nunc regiones, limites, confinia
Determinabo, eius rei ego ſum factus finitor.

Passvm eſt proprie rugoſum, vel ſiccum. Plautus Sticho:

In portum vento ſecundo, velo paſſo peruenit;

id eſt, laxo, & rugoſo: vnde & vua paſſa dicta eſt, quod ſit rugis implicata. Plaut. Pœn.

Siquidem es tu mecum futurus pro vua paſſa penſili.
Lucil. Sat. lib. xix.
Rugoſi paſſiq. ſenes eadem omnia quærunt.
EXSPES dicitur ſine ſpe. Accius Euryſace:
--- Ille orbus, exſpes liberum.
Idem Medea:
Exſul, inter hoſtis, exſpes, expers, deſertus, vagus.
EXSVLES dicuntur extra ſolum. Virgilius Georg. lib. iij:
--- Longeque ignotis exſulat oris.
Et in conſequentibus:
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis.
VESTISPICI appellabantur veſtium cuſtodes ſerui, quod frequenti diligentia veſtes inſpiciant. Plaut. Trin.
--- Nox datur, ducitur familia tota,
Veſtiſpici, vnctor, auri cuſtos.
Afranius Vopiſco; Noui, non inſcitulam ancillulam veſpere & veſtiſpicam. Varro Pappo, aut indige: * Naſturcium indige non inuides in eo dici quod naſum torqueat: veſtiſpicam quod veſtem ſpiciat.
SVPPILARE eſt inuolare, vel rapere; a pilorum raptu, vnde & furtum paſſi compilati dicuntur. Plautus Trucul.
--- Hæc
Quum video fieri, ſuffuror, ſuppilo, de præda prædam capio.
Cæcilius Nauclero:
Suppilatum eſt eum atq. ornamenta omnia.

Pomponius Sarcularia:

Alter amat, potat, prodigit, patrem ſuppilat ſemper.

Havstra proprie dicuntur rotarum cadi, ab hauriendo, ſicuti Græce ἀντλια. Lucretius libro quinto:

Vt fluuios verſare rotas, atq. hauſtra videmus.

Veterina animalia dicuntur omnia, quæ vehere quid poſſunt. Lucretius lib. v:

Et genus omne quod eſt veterino ſemine partum. Idem:

Ne forte ex homine & veterino ſemine equorum.

Crepera res proprie dicitur dubia; vnde & crepuſculum dicitur lux dubia, & ſenes decrepiti dicti, in dubio vitæ conſtituti. Creperum bellum, anceps & dubium: Lucret. lib. v:

Exæquataque ſunt creperi certamina belli.

Accius Phœniſſis:

Quæ ego cuncta eſſe fluxa in mea re crepera comperi.

Idem Telepho:

Nunc tu in re crepera tua quid capias conſilij vide. Lucill. Satyr. lib. v:

Sannunt ſolis mihi in magno mærore, triſtitia in ſummo crepera iuuentus ſalutis.

Pacuuius Duloreſte:

Non vetet animum ægritudine in re crepera confici.

Plautus in Aſinaria:

--- Qui quidem cum filio

Potet vna, atque vnam amicam ductet decre-

pitus ſenex.

Varro myſterijs, Priſca, horrida ſilent oracla, crepera in nemoribus.

AVERNVS lacus iccirco appellatus eſt, quia eſt odor eius auibus infeſtiſſimus: huius rei manifeſtator eſt Lucretius lib. vj:

Principio, quod auerna vocantur, nomen id a re
Impoſitum eſt, quia ſunt auibus contraria cunctis.

Vnde & Virgil. lib. vj:

Inde vbi venere ad fauces grauceolentis Auerni,
Tollunt ſe celeris.

Et poſtea in eo libro:

Quam ſuper haut vllæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis; talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens ſupera ad conuexa ferebat.

VITVLANTES veteres gaudentes dixerunt, dictum a bonæ vitæ commodo: ſicuti qui nunc eſt in ſumma lætitia, viuere eum dicimus. Næuius Lycurgo:

Vt in venatu vitulantes ex ſuis
Locis nos mittant pœnis decoratos feris.

EXTORRIS dicitur extra terram, vel extra terminos. Accius Euryſace:

Nunc per terras vagus, extorris regno, exturbatus mari.

Turpilius Lemnijs:

Neque durare poſſunt, ita huius inſcitia atque dementia extorrem facit.

Salluſt. in Iugurth. bello: Sicuti videtis, extorrem patria, domo inopem, & coopertum mi-

ferijs effecit. Virgil. Æn. lib. iiij.
Finibus extorris, complexu auulſus Iuli.

Enoda ſignificat explana; & quæ ſit proprietas, manifeſtum eſt, hoc eſt, nodis exſolue. Accius Euryſace:

Tu autem quod quæro abs te enoda, & qui ſis explica.

Idem Alpheſibœa:

Quid hi tam obſcuridicum eſt, tamue inenodabile?

Ennius Telepho:

--- Verum, quorum liberi leto dati
Sunt in bello, non lubenter hæc enodari audiunt.

Turpilius Demetrio: Ab initio vt res ſit geſta, enoda mihi. Pacuuius Peribœa: Gnato ordinem omnem vt dederit, enodat patri. M. Tul. de finib. bon. & mal. lib. v: Hæc igitur nobis explicanda ſunt; ſed ſi enodatius, vos ignoſcetis: huius ætati. Varro de vita populi Romani lib. j: Neque vt ita in ſingulis rebus diutius moremur, vt dixi, atque enodare ſubtilius velimus.

Grvmvs dicitur agger, a congerie dictus. Accius Oenomao: Quemcumque inſtiteram grumum, aut præciſum iugum.

Torris dicitur fax; vnde & torridare dicimus comburere; Accius Menalippo: --- Regina erit tempus, quum hic torris, quem amburi vides.

Idem Meleagro:

Eum ſuum vitę finem, ac fati internecionem fore
Meleagro, vbi torris eſſet interfectus flammeus.

EXPECTORARE eſt extra pectus eijcere: Accius Phœniſſis: Incuſant vltro; a fortuna, opibuſque omnibus Deſertum, abiectum, afflictum ex animo expectorant. Idem Epigono: Eloquere propere, ac pauorem hunc meum expectora. Cicero de Orat. lib. iij: Tum pauor ſapientiam omnem mihi ex animo expectorat.

EXTISPICES proprie haruſpices dicti ſunt, quod exta ſpiciant. Accius Medea: Principio extiſpicium ex prodigijs congruens ars te arguit. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: ai: Conſulem mihi pelum cedere, ſubſilio, & hoſtia ſed extiſpicis diſputanti relinquo.

LACTARE eſt inducere, vel mulgere, vellere, decipere. Accius Medea: Niſi vt aſtu ingenium lingua laudem, & dictis lactem lenibus. Pacuuius Iliona: Ne porro te error, qui nunc lactat, maceret. Cæcilius Hypobolimæa raſtraria: Quod prolubium, quæ voluptas, quæ te lactat largitas? Accius Alcmæone: Tanta vt fruſtrando lactans, vanans protrahas. Varro ὄνος λύρας: Quibus ſuam delectet & ipſe amuſiam, Et auiditatem ſperibus lactet ſuis. Cicero Tuſcul. lib. iiij: Maliuolentia lactans malo alieno, delectatio, iactatio, & ſimilia.

SVCCVSSARE eſt ſurſum frequenter excutere. Accius Philocteta: --- Agite, ac, vulnus ne ſuccuſſet greſſus, caute ingredimini. Lucil. Satyr. lib. iiij: Succuſſatoris tardi, rarique caballi. Idem lib. xv: Campanus ſonipes ſuccuſſor nullus ſequetur.

STRENA dicta eſt a ſtrenuitate. Pomponius Pictoribus:

Pictoribus: Aſſide, ſi qua ventura eſt alia ſtrena ſtrenæ.

ADVLATIO eſt blandimentum propriè canum, quod & ad homines tractum conſuetudine eſt. M. Tul. de nat. Deor. lib. ij. Canum vero tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio. Idem de offic. lib. j: Cauẽdum eſt, ne aſſentatorib. patefaciamus auris, neue adulari nos ſinamus. Lucretius: ---- gamitu vocis adulat. Accius Prometheo: ſublime aduolans. Pennata cauda noſtrum adulat ſanguinem.

MANDVCONES, qui & manduci dicti ſunt, & mandones, edaces. Pompon. Pictoribus: Magnus manducus, camillus, canterius. Lucillius: ---- Atque omnes mandonum gulæ. Varro Vimargo: Magna vt tremeſcat Roma, & magnæ mandonum gulæ.

SENICA ſignificat ſenex. Pomp. Pictoribus: Pappus hic medio habitat, ſenica, non ſeſcuncia. Idem Præcone poſteriore: Sed me exercet ſenica nequam, neque illo quid faciam ſcio.

GRADARIVS eſt molli gradu & ſine ſucuſſatura nitens. Lucil. Sat. lib. xiiij. Ipſe equus non formoſus, gradarius, optimus vector. Varro Modio: ---- An, qui gradu tolutili Te medius quam tute molliter vectus, cito relinquat?

EXDORSVARE, dorſo nudare. Plautus Aul. ---- Tu Machærio Congrum, murænam, exdorſua, quantum potes.

DELIRARE eſt de recto recedere: lira autem eſt foſſa recta, quæ contra agros tuendos ducitur,

&c in quam vligo tertæ decurrat. Pomponius Proſtibulo: Iamne abierunt? iam non tundunt? iamne ego ſum in tuto ſatis? Numquis hic reſiſtit, qui nondum labeas lirarit mihi? id eſt, confoderit. Lucil. lib xxvj: Quapropter deliro, & cupide officium fungor ruberum. Plautus Amphitr. Delirat vxor.—

CENTVRIATIM dictum eſt abundanter & copioſe; à centurijs, quæ ſuffragium in comitijs ferebant. Pomponius Proſtibulo: Continuo ad te centuriatim current, qui panem petent.

RVMEN dicitur locus in ventre, quo cibus ſumitur, & vnde redditur; vnde & ruminare dicitur. Pomp. Proſtib. Ego rumorem paruifacio, dum ſit, rumen qui impleam.

RVDVS, ſtercus, quod raditur. Lucil. Satyr. lib. xj: Viam ſternendam, & iaciendum huc aggerem, & id genus rudus.

RVTRVM dictum eſt à radendo: Pomponius Pannuceatis: Sarculum hinc illo profectus, illinc rediſti rutrum. Lucil. Sat. lib. viiij: Frumentarius eſt, modium hic ſecum, atq. rutellum Vna affert. Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς: Cui celer δι' ἑνὸς lemmatos logos Antipatri ſtoici filius rutro caput diſplanat.

NEBVLONES & TENEBRIONES dicti ſunt, qui mendacijs & aſtutijs ſuis nebulam quandam, & tenebras obijciant; aut quib. ad fugam fugitiuis & furta hæc erant accommodata & vtilia. Pomponius Pannuceatis: Quid dedi nebuloni? quem perteſunt pauperem? Lucil. Satyr. lib xiiij: Publius Pauus mihi Tuditanus quæſtor Hibera

In terra fuit, lucifugus, nebulo, id genus ſane. Idem lib.xx: Nugator quidem, ac nebulo ſit maximus multo. Afranius Epiſtola: huc venit fugiens tenebrionem Tyrium. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Si & accuſator & reus erunt tenebriones, vterq; vtrumque vituperato. Quod Homerus confirmat Iliad. γʹ.

Εὖτ᾽ ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην,
Ποιμέσιν οὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.

Varro γερόντο διδασκάλῳ: Manius Curius Conſul Capitolio quum dilectum haberet, nec citatus in tribu ciuis reſpondiſſet, vendidit tenebrionem.

TRVAM veteres à terendo, quam nos diminutiuo, trullam dicimus, appellari voluerunt. Pomp. Pannuc.--Mulier vbi aſpexit tam mirifice tutulatam truam. Titin. Setina: Sapientia gubernator torquet nauem, haut valentia; Cocus magnum æneum, quando feruit, paula confutat trua.

EVANNETVR dictum eſt ventiletur, vel moueatur, à vannu, in qua legumina ventilantur. Pompon. Pannuceatis: Dixi ego illud futurum, in prima valua eſt, vix heret miſera, euannetur, & mea ocyus opera, vt fiat fecero. Lucillius ſatyr. lib. vij: Hunc molere, illam autem vt frumentum vannere lumbis. Idem lib. viiij: Criſauit vt ſi frumentum clunibus vannat. Varro de re ruſtica lib. j: Vt quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus ac palea, euannatur foras extra aream.

VAFRVM eſt callidum, & quaſi valde afrum, & vrbanum. Pomponius Præcone poſter.—Tergum varium, linguam vafram. M. Tul. de Rep. lib. iij: Non ſunt in diſputando vafri, non vete-

ratores,non malitioſi. Afranius Diuortio: ---Qui conere noctu clanculum Rus ire,dotem ne repromittas vafer, Honeſte vt latites, & nos ludas diutius.

PARTICVLONES dicti ſunt coheredes, quod partes patrimonij ſumant.Pomp.Præcone poſteriore: Age modo,ſta, garri,particulones producam tibi.

CLEPERE eſt furari, tractum à clope verbo Græco: Accius Epigone; Eaque hoc cauſſa, vt nequis noſtra auribus verba cleperet. Plaut.Pſeudulo: Rape,clepe,harpaga. M. Tul. de Rep. lib. iiij:non modo vt ſpartæ,rapere vbi pueri & clepere diſcunt. Idem de nat. Deor. lib.iij: Agnum inter pecudes aurea clarum coma Quondam Thyeſtem clepere auſum eſſe è regia. Pacuuius Hernicona: Sermonem hic noſtrum ex occulto clepit, quantum intellego. Varro Octogeſi:Seque opifico non probiter clepere.

CORPORARE eſt interficere,& quaſi corpus ſolum ſine anima relinquere.Ennius Andromeda: Corpus contemplatur vnde corporaret vulnere. Accius Staſiaſtis vel Tropæo lib.j: Corporare abs tergo es auſus.

CIRCVS dicitur omnis ambitus, vel gœrus, cuius diminutiuum eſt circulus.Accius Andromeda: Quot luna circos annuo in curſo inſtitit.

MEDICINAM dicimus & venenum;tractum à Græcis,qui venenum φάρμακον appellant. Acc. Finidis: Seuenis Sterilem eſſe illius opera & medicina autumans.

CERNVVS dicitur propriè inclinatus,quaſi quod

terram cernat. Lucil. Satyr. lib. iij: Cernuus extemplo plantas conueſtit honeſtas. Virgil. lib. x: —Eiectoque incombit cernuus armo. Lucil. Satyr. lib. xxvij: Modo ſurſum, modo deorſum, tanquam collus cernui. Varro de vita populi Rom. lib. j: Etiam pellis bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant; à quo ille verſus vetus eſt in carminibus: Sibi paſtores ludos faciunt corijs conſualia.

Strictvræ dicuntur propriè ſcintillæ, quæ de ferro feruẽti eunt; quod aut ſtrictè emittantur, id eſt, celeriter; aut quod oculos ſui fulgore perſtringant. Virgil. lib. viij: Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat. Lucil. Satyr. lib. iij: Crebræ vt ſcintillæ in ſtricturis, quod genus olim Feruenti ferro.

Qviritare eſt clamare; tractum ab ijs qui Quirites inuocant. Lucil. Sat. lib. vj. Hæc, inquam, rudet è roſtris, atque eiulitauit, Concurſans veluti ancarius, clareq. quiritans. Nigidius Commento grammatices: Clamat quiritatum.

Caries eſt vetuſtas, vel putrilago: vnde cariceum veteres dixerunt. Lucil. Sat. lib vij: Ne auriculam obſidat caries, ne vermiculique. Turpilius Leucadia: Ei peri: viden vt oſculatur cariem? num illum illæc pudet? Afranius Priuigno: Nemo illa viuit carie curioſior.

Virosæ mulieres dicuntur virorum appetentes, vel luxurioſæ. Lucil. Sat. lib. vij: Dixi: ad principium venio; vetulam atq; viroſam Vxorem cædam potius, quam caſtrem egomet me. Afranius Diuortio: Vigilans, ac ſolers, ſicca, ſana, ſobria:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Viroſa non ſum ; & ſi ſum , non deſunt mihi
Qui vltro dent ; ætas integra eſt, formæ ſatis.

CAPRONÆ dicuntur comæ, quæ ante frontem ſunt quaſi à capite pronæ. Lucil. Sat. lib. xv. Aptari caput, atque comas fluitare capronæ Altas, frontibus immiſſas, vt mos fuit illis.

CEREBROSI dicuntur ad inſaniam faciles, quibus cerebrum moueatur. Lucil. Sat. lib. xv: Te primum cum iſtis inſanum hominem, & cerebroſum.

GLISCIT eſt cõgelaſcit, & colligitur, vel creſcit, vel igneſcit. Turpil. Philopatro: ---Quum te ſaluum video, vt volui, gliſco gaudio: Accius Æneadis: Dis ſumma tibi perduellum eſt, quorum aut quibus ſe à partibus Gliſcunt.--- Pacuuius Peribœa:---Sed neſcio quidnam eſt: animi horreſcit, gliſcit gaudium. Salluſtius hiſt. lib. iij: Neque iam ſuſtineri poterat, immenſum aucto mari, & vento gliſcente. Virgil. lib. xij. Haud ſecus accenſo gliſcit violentia Turno. M. Tul. in Hortenſ. Ad iuuenilem lubidinem copia voluptatum gliſcit illa, vt ignis oleo. Plautus Aſinaria: Tempus eſt ſubducere hinc me, pulchre hoc gliſcit prælium.

POSTOMIS dicitur ferrum, quod ad cohibendum equorum tenaciam naribus, vel morſui imponitur, ἀπὸ τοῦ στόματος. Lucil. Satyr. lib. xv: Truleus poſtomide huic ingens de naribus pendet.

TRICONES moroſi, & ad reddendum duri. Lucil. Saty. rlib. xj.--- Cotta ſenex Craſſi pater huius paneci Magnus fuit trico nummarius, ſoluere nulli Lentus. ---id eſt, facilis.

SAGÆ mulieres dicuntur feminæ ad lubidinem

virorum indagatrices; vnde & ſagaces canes dicuntur, ferarum vel animalium quæſitores. Lucil. Satyr. lib.vij: Ætatem & faciem, vt ſaga, & bona conciliatrix. Turpil. Bœthuntibus: Non ago hoc per ſagam pretio conductam, vt vulgo ſolent.

Lapit ſignificat obdurefacit, & lapidem facit. Pacuuius Peribœa: Lapit cor cura, erumna corpus conficit.

Mvnes apud veteres dicebantur nonam largatia * ignota erat, ſed conſentientes ad ea quæ amici velint. Pacuuius Duloreſte: animum * quæ tum largitio multis ignota erat; munificus nemo putabatur, niſi pariter volens. Lucil. lib. xxvj: Munifici comeſque amicis noſtris videamur viri.

Petvlantia dicta eſt à petendo. M. Tul. de Rep. lib. iiij: Itaque à petendo petulantia, à procando, id eſt poſcendo, procacitas nominata eſt.

Calendarvm vocabulum proprium Varro complexus eſt de vita populi Romani lib.j: Itaque Calendis calabantur, id eſt vocabantur; & ab eo Calendæ appellatæ, quod eſt tractum à Græcis, qui καλεῖν, vocare dixerunt.

Consvlvm & prætorvm proprietas, quod conſulant & præeant populis, auctoritate Varronis oſtenditur, de vita pôpuli Rom. lib.ij. Quod idem dicebantur Conſules, & Prætores: quod præirent populo, Prætores: quod conſulerent Senatui, Conſules.

Procacitas à procando, id eſt poſcendo dicitur: vnde & proci dicti ſunt matrimonio-

rum petitores. M. Tullius de Rep. lib iiij: A procando, id eſt poſcendo, procacitas nominata eſt. Terentius Hecyra: Maligna multo, & magis procax facta illico eſt. Liuius Ægiſtho:
----Quin, quod parere vos maieſtas mea
Procat, toleratis, temploque hanc deducitis?

IGNOMINIA eſt nominis nota. M. Tul. de Rep. lib. iiij: Cenſoris iudicium nihil ferre damnato, niſi ruborem. Itaque vt omnis ea iudicatio verſatur tantummodo in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt. Lucillius lib. xxviiij: Apolloſt nomen, qui te antiquis non ſinet Delicijs maculam atque ignominiam imponere.

FIDEI proprietatem exemplo manifeſtauit M. Tullius de Rep. lib iiij: Fides enim nomen ipſum mihi videtur habere, quum fit quod dicitur.

PORTITORES dicuntur telonearij, qui portum obſidentes omnia ſciſcitentur, & ex eo vectigal accipiant. M. Tul. de Rep. lib. iiij: Nolo enim eumdem populum imperatorem & portitorem eſſe terrarum. Optimum autem & in priuatis familiis & in Rep. vectigal duco eſſe parſimoniam. Plaut. Menęchmis: Portitorem domum duxi: ita mihi neceſſe eſt eloqui quicquid egi atque ago. M. Tul. de offic. Primum improbantur ij quæſtus qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt feneratorum. Terentius Phormione: Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe audiui modo, Et ad porittorem eſſe delatam. Plautus Aſin. Ego pol iſtum portitorem priuabo portorio. Virgil. lib. vj: Portitor ille, Charon. Varro myſterjis: Aes de-

fraudaſſe cauponem, bonam luto obſcuiſſe, tum portitores erram duxe.

SEDITIONIS proprietas à M. Tullio manifeſtata eſt in lib. de Rep. vj: Eaq. diſſenſione ciuium, quod ſeorſum eunt alij ad alios, ſeditio dicitur.

HAMIOTAS, piſiatores, ab hamis Varro Bimargo voluit appellari: Cohortis cocorum, atque hamiotarum, aucupumq.

VALGVM eſt proprie intortum. Nouius Militibus Pometinenſibus: Valgus, Veternoſus, genib. magnis, talis tergidis.

VATRAX, & VATRICOSVS, pedibus vitioſis. Lucil. lib. xxviij: Vt ſi progeniem antiquam qua eſt maximus quintus vacax, qua varicoſus vatrax.

CATAX dicitur, quem nunc coxonem vocant. Lucil. Satyr. lib. ij: --- Hoſtilibus contra Peſtem, perniciemque, catax quam & Manlius nobis.

SILONES ſupercilijs prominentibus dicti, ſignificatione manifeſta. Varro γνῶθι σεαυτὸν: Non ne non vnum ſcribunt eſſe grandibus ſupercilijs, ſilonem, quadratum, quod Silenus hirſutis ſupercilijs fingeretur.

BRONCI ſunt producto ore, & dentibus prominentibus. Lucil. Satyr. lib. iij: Broncus nouillanius, dente aduerſo eminulo, hic eſt Rhinoceros.

COMPERNES dicuntur longis pedibus. Lucil. Satyr. lib. xvij:

Nunc cenſes καλλιπλόκαμον καλλιόσφυρον illam

Non licitum eſſe vterum aquæ etiam inguina tangere mammis.

Compernem, aut varam fuiſſe Amphitryonis acœtin
Alcmenam, atq. alias, lenam ipſam deniq. nolo
Dicere: tute vide, atq. diſyllabon elige quoduis,
Τυςὼ εὐπατέρειαν aliquam rem inſignem habuiſſe,
Verrucam, næuum, dictum, dentem eminulum vnum.

VARI dicuntur obtortis plantis. Lucil. Sat. lib. xvij: Compernem, aut varam fuiſſe Amphitryonis acœtin. Nam & varices inde dicuntur, venæ in ſuris inflexæ, vel obtortæ. Varro epiſtula ad Varronem: Nam ſi tuam rhedam non habuiſſem, haberem varices.

LINGVLACÆ dicuntur Verboſi. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Quare reſidit, lingulacæ obtrectatores tui iam nunc murmurantes dicunt; μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται.

RABVLÆ, litigioſi; à rabie dicti. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Ille ales gallus, qui ſuſcitabat aitharum muſarum ſcribtores, an hic quia gregem rabularum?

EBVLLIRE eſt ecferueſcere; à bullis dictum. Cic. Tuſcul. lib. iij. Qui ſi virtutis ebullire volent; & ſapientias, nihil aliud dicent, niſi eam vim qua fiant veſtræ voluptates, quas ſupra dixi.

RAPONES à rapiendo dicti. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Prętor veſter eripuit mihi pecuniam; de ea queſtum ad annum veniam ad nouum magiſtratum, quum hic rapo vmbram quoq. ſpei deuoraſſet.

Strabones ſunt ſtrābi quos nunc dicimus: Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν: Multi enim qui limina intrarunt integris oculis, ſtrabones ſunt facti: habet quiddam enim ἑλκυστικὸν prouincialis formoſula vxor. Lucil. lib xxvij: Nulli me inuidere, non ſtraborem fieri ſæpius delitijs me iſtorum.

Extermitatum eſt præter terminos miſſum. Lucil. lib. xxviiij: Non rediret ad ſe, atq. illam exterminaret miſeram. M. Tul. de offic. lib. iij: Atq. hoc omne genus peſtiferum atq. impium ea hominum communitate exterminandum eſt.

Exodium eſt finis; à Græco tractum, quaſi ἔξω τῆς ὁδοῦ, id eſt, extra viam. Varro ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν: Socrates quum in vinculis publicis eſſet, & iam bibiſſet κώνειον in exodia vitæ. Idem ἕως πότε, περὶ ὡρῶν: Vitæ curſum vt cognoſcere poſſem, & quæ ſeruitutis & liberatis ab origine ad exodium adductæ. Idem ταφὴ Μενίππου: Quod cœperas modo in via narra, vt ad exodium ducas.

Putus dictus eſt à putando. Plautus Pſeudolo: Purus putus eſt ipſus. Varro ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν: Mea igitur hecatombe pura ac puta. Idem Prometheo: Chryſoſandalos locat ſibi amiculam de lacte & cera Tarentina, quam apes Mileſiæ coegerint ex omnibus floribus libantes, ſine oſſe, & neruis, ſine pelle, ſine pilis, puram, putam, proceram, candidam, teneram, formoſam. Nam & rationes ea cauſſa putari dictę ſunt, quotiens ex his fraudis, aut falſi, aut mendacij, aut iniqui aliquid ſeparatur: Et ipſum namq. dubitantes quum dicimus, puto; ſignificamus nos in rebus incertis &

obſcuris falſis opinionibus fieri ambiguos.

COMPEDES non à pedibus dictæ, ſed ab impedimento. Varro Prometheo lib.j: Ego infelix non queam vim propulſare, atq. inimicum orco immittere: nequicquam ſæpe æratas manus compedes conor reuellere. Idem Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν: Domo exeo, intro, & pedes corrigis compedio. Idem Parmenone: Lepuſculi timentis hoc quadrangulum Dedit Diana rete nexile, arcyas, Viſcum, fugam, lineamq. compedam. Idem Seſquiulyſſe: Quo quum ire vellemus, obuius flare: vbi corporj ærinas compedes impoſitas video.

FVLGVRA dicuntur coruſcationes, à fulgore. Varro περὶ κεραυνοῦ: Cognitio enim tonitrium fulget, & tonitrum fulguris à fulmine orta.

COAGVLVM, à coagendo quod eſt colligendo. Varro eſt modus matulæ, περὶ μέθης:
Vino nihil iucundius quiſquam bibit;
Hoc ægritudinem ad medendam inuenerunt;
Hoc hilaritatis dulce ſeminarium;
Hoc continet coagulum conuiuia.

MVLIEROSI dicti mulierum appetentes. Afranius Vopiſco: Homo mulieroſus confert me illico alio.

FLAGRIONES dicti ſerui, quod flagris ſubiecti ſunt; vt verberones à verberibus. Afranius Vopiſco: Tu flagrionibus * priuigno: Iucunditatis plus ineſt in te mihi, Quam commercatis conquiſite edulibus.

MERENDA dicitur cibus, poſt meridiem qui datur. Afranius Fratrijs: Interim merendam oc-

curro ; ad cœnam quum veni, iuuat.

PEDETEMTIM, & PEDEPRESSIM dictum eſt caute, quaſi lenta & tarda itione. M. Tul. de offic. lib. j: Sin minus, ſenſim erit, pedetemtimq. faciendum. Lucil. lib. xxvij : Ille contra omnia; inter plures, ſenſim & pedetemtim foris: Nequem lædat. — Quadrigarius Annalibus : Exercitu inſtructo pedetemtim milites ducere cœpit. Cælius : A naui ipſe cum cetera copia pedetemtim ſequitur.

CALCES à calcando, quod eſt nitendo, dictæ ſunt, non à calcitrando. Nam & de omnibus pedib. & de hominum, & vniuerſorum animantium dici poteſt. Nam ſunt calces extrema pars pedum terræ proxima. Virgil. lib. v: Ecce volat, calcemq. terit iam calce Diores. Idem x. libro: Tollit ſe arrectum quadrupes, & calcibus auras Verberat.

SVBLIGACLVM eſt quo pudendæ partes corporis teguntur; dictum quod ſubtus ligetur. M. Tul. de offic. lib. j: Scenicorum quidem mos tantam habet vetere diſciplina verecundiam, vt in ſcenam ſine ſubligaclo prodeat nemo.

MEDIOCRITAS, medium dici voluit M. Tul. de offic. lib. j: Eadem ratio eſt habenda veſtibus, in quo, ſicut in pleriſq. rebus, mediocritas optima eſt. Lucil. lib. xxvij: Paulo hoc melius, quam mediocre : Hoc minus malum, quam vt peſſimum. Terentius Andria: — Et tamen omnia hæc mediocriter. Cic. Tuſc. lib. iij : At hæc mihi afferenter mediocritates; quæ ſi naturales ſunt, quid opus eſt conſolatione?

MODESTIAM à modo dictam M. Tul. auctor eſt, de off. lib. j: Non hanc, quam interpretamur modeſtiam, quo in verbo modus ineſt.

ANTES ſunt quadraturæ; vnde & antæ dictæ ſunt quadræ columnæ. Virg. Georg. lib. ij. Iam canit effetos extremus vinitor antes.

CAMERVM, obtortum; vnde & cameræ, tecta in curuitatem formata. Virg. Georg. lib. iij:— Et cameris hirtæ ſub cornibus aures.

IMMVNE dicitur ſine officio, ſine munere. Virg. Georg. lib. iiij: Immuniſq. ſedens aliena ad pabula fucus. M. Tullius Philiop. lib. j: Num immunitates datæ?

DIRVM eſt triſte, infeſtum, & quaſi deorum ira miſſum. Virg. Georg. lib. iij:— Prius quam Dira per incautum ſerpant contagia vulgus. Et Æn. lib. iiij: — Vltriceſq. ſedent in limine diræ. M. Tul. de ſenectute: Intellegi poteſt ex his fratribus, qui in Adelphis ſunt, quanta in altero diritas, in altero comitas.

EXORDIVM eſt initium; vnde & veſtis ordiri dicitur, quum inſtituitur detexenda. Virg. Æn. lib. iiij: —Quonam reginam ambire furentem Audeat affatu? quæ prima exordia ſumat? M. Tul. in Hortenſio: Perge quæſo; nec enim imperite exorſus es. Lucill. lib. xxviiij: Verum triſtis, contorto aliquo ex Pacuuiano exordio. Cicero Timæo: Difficillimum autem eſt in omni conquiſitione rationis exordium. Varro ὄνος λύρας: Qui fabularum collocant exordia.

INOPS dicitur ſine ope & auxilio. Vergil. lib. viij: — Res inopis Euandrus habebat. Et Georg.

lib. j: — Atq. inopi metuens formica ſenectæ. Terentius Adelphis: Ferre miſero atq. innocenti auxilium, ſubuenite inopi. M. Tul. de offic. lib. ij: Nimirum enim inops ille, ſi bonus eſt vir, etiamſi referre gratiam non poteſt, habere certe poteſt.

Defrvdare ſignificat fructum minuere, vel per fraudem aliquid exquirere. Terentius Phorm. Suum defrudans Genium comperſit miſer. Plautus Aſinaria: Ten' ego defrudem, cui ipſi nihil eſt in manu, Niſi quid tu porro vxorem defrudaueris?

Svdvm dictum eſt quaſi ſemiudum, vt eſt aër poſt pluuias ſerenus & liquidus. Virg. lib. viij. Arma inter nubes cæli regione ſerena Per ſudum rutilare vident. — Plautus Milite: Quam Solis radij olim quum ſudum eſt ſolent. Et Lucillius lib. xxviiij: Nec ventorum flamina flando ſuda ſecundent.

Irritare dictum eſt propriè prouocare; tractum à canibus, qui quum prouocantur, irriunt. Lucil. Satyr. lib. j: Irritato canes, quam homo, quam planius dicit. Terentius Phorm. Irritor. Virg. lib. x: Irritatq. virum telis, & voce laceſſit. Salluſtius Hiſt. lib. j: Tunc vero & poſci cum ceteri eiuſdem cauſſæ ducem ſe nactos rati, maximo gaudio bellum irritare. Lucillius lib. xxviij: — Lucili ſi in amore irritarit ſuo. Plautus Amphitr. — Irritabis crabrones. Varro Sexquiulyſſe: Omnes irritans ventos, omneſq. procellas.

Ablegare eſt propriè alio mittere; di-

ctum a legatis, qui cum legationibus mittuntur. Terent. Hecyra: Aliquo mihi eſt ablegandus, dum parit Philumena.

ARCANVM dicitur ſecretum, vel abſconditum; quod quæ in arcis ſunt, celata ſunt, & abſcondita. Virg. Æn. lib. iiij: — Solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus. Et Æn. lib. j: Longius & voluens fatorum arcana mouebo.

TORMINES, genus morbi, dicti, quod dolore torqueant. Cic. Tuſc. lib. ij: Quamuis idem forticulum ſe in torminib. & in ſtranguria ſua præbeat. Et iiij: Itaq. dicimus grauidinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos.

MONVMENTI proprietatem à monendo M. Tul. exprimendam putauit, ad Cæſarem epiſtola ij. Sed ego quæ momenti ratio ſit nomine ipſo admoneor, ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quam ad præſentis temporis gratiam. Virgil. lib. v: — Quem candida Dido Eſſe ſui dederat monumentum & pignus amoris.

RIVALES dicti ſunt, quaſi in vnum amorem deriuantes. Terentius in Eunucho: Miles Thraſo Phædriæ riualis.

GESTIRE ſignificat lætum eſſe; dictum à geſticulis facilioribus. Terentius in Eunucho: Chærea quid eſt quod ſic geſtis? aut quid hic ſibi veſtitus quærit? Virgil. Georg. lib. j: Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi.

INVOLARE eſt irruere, inſilire; aut à volatu, aut à vola, id eſt media manu, dictum. Ter. Eun. Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem. —

Lucil.

Lucil. lib. xxx: --- Inde canino ricto, oculiſq. inuolem.

PROPINARE à Græco tractum eſt, poſt potum tradere. Terentius Eunucho: Hunc vobis comedendum, & bibendum, & deridendum propino. Ennius Sat. lib. iij: Enni poeta ſalue, qui mortalibus Verſus propinas flammeos medullitus.

PEDETEMTIM dicitur caute. Cic. in Verrem act. j: Quæ tamen à me pedemtim cauteque dicentur.

INSVLSVM proprie fatuum, quaſi ſine ſale. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem epiſtola ij: Sed ita locutus inſulſe eſt, vt mirum Senatus conuicium exceperit. Et de orat. lib. ij: Vt nihil aliud eorum, quam ipſa inſulſitas rideatur.

IGNAVVM, & SEGNE, torpidum, feriatum, & ſine igni. Virg. Georg. lib. iiij: Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. Et Georg. lib. iij: --- En age ſegnis rumpe moras. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem lib. ij: In quo tua me prouocauit oratio, mea conſecuta eſt ſegnis. Et De ſenectute: Quę vitia ſunt, non ſenectutis, ſed incertę, ignauę, ſomniculoſæ ſenectutis.

CALAMITOSVM dicitur malis & calamitatibus prægrauatum. M. Tull. in Verrinarum diuinatione: Et honoris ampliſſimi puto eſſe, & accuſare improbos, & miſeros, calamitoſoſque defendere.

SERIVM, triſte, & quaſi ſine riſu. M. Afranius Priuigno: Non ego te noui, triſtem ſeruum, ſerium? Plautus Amphitr. Nunc quidem præ-

ter nos nemo eſt,dic mihi verum ſerio.

INTERPOLARE eſt immittere, & interponere, & nouam formam è vetere fingere. M. Tull. in Verrem actione ij: Aliquid demendo, mutando,interpolando. Et eſt tractum ab arte fullonia, qui poliendo diligenter vetera quæque quaſi in nouam ſpeciem mutant. Plautus Amphitr. Illic homo me interpolabit,meumque os finget denuo.

EVERRICVLVM, genus eſt retis piſcatorium, à verrendo dictum,vel quod trahatur, vel quod, ſi quid fuerit piſcium nactum, euerrat ad hoc. M. Tull. Verrinarum lib.v. de ſignis: Quod vmquam, Iudices,huiuſcemodi euerriculum vlla in prouincia fuit.

DIVARICARI dictum eſt diſtendi: dictum ab his, qui vitio naturæ ita ſunt pedibus diſcretis, vt eos in diuerſum habeant ſeparatos. M. Tull. de ſignis: Sopatrum hominem ſummum,domi nobilem,ſummo magiſtratu præditum diuaricari ac deligari iubet.

VACILLARE eſt trepidare, vel cum laſſitudine niti; à ſenibus,qui ſint æuo defeſſi, adque ſuſtinendam laſſitudinem baculo tarditatem leuent. M.Tullius Philipp. lib. iij: In Galliam mutilatum ducit exercitum cum vna legione, & ea vacillante.

PRÆSTRINGERE dictum eſt valde ſtringere,& claudere. Plautus in Milite glorioſo: Præſtringat oculorum aciem in acie hoſtibus. Lucil. lib.xxx: Præſtringat oculorum aciem ſplendore micanti. M.Tull. De ſenectute: Voluptas rationi

inimica,&mentis,vt ita dicam,pręſtringit oculos, non habet vllum cum virtute commercium. Varro Andabatis: Non mirum ſi cæcutis;aurum enim nonminuspręſtringit oculos,quam ὁ πολὺς ἄκρατος. Cic. De fato & De finibus bon. & mal. lib. iiij: Aciem animorum noſtrorum virtutis ſplendore præſtringitis.

Angina,genus morbi;eo quod angat,&Græce συνάγχη appellatur. Lucillius lib. xxx: Inſperato abijt,quem vna angina ſuſtulit hora.

Arqvatvs morbus dictus, qui Regius dicitur, quod arcus ſit concolor de virore, vel quod ita ſtringat corpora, vt in arcum ducat. Quod * Nos eſſe arquatos,ſurgamus,eamus,agamus. Varro Eumenidibus: Nam vt arquatis & lutea quæ non ſunt, & quæ ſunt, lutea videntur; ſic inſanis ſani & furioſi videntur eſſe inſani.

Privvm eſt proprium vniuſcuiuſque, vnde & res priuata.Lucillius lib.xxx: Culcitulæ accedunt priuæ centonibus binis. Idem: ---Abdomina thunni Priua dabo.

Nvgator nugiſtubator.Lucil.lib.xxx: Quam me hoc tempore nugator cognoſcere non vis.

Foramina quaſi diminutiue à foribus dicta. Cic. Tuſcul.lib.j: Nam nunc quidem quanquam foramina illa, quæ patent ad animos à corpore, callidiſſimo artificio natura fabricatur.

Discernicvlvm, acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit; dicta à diſcernendo. Lucil. lib. xxx: Euplocamo digitis, diſcerniculumque capillo.

Fratrvm proprietatem Nigidius acutiſſi-

me dixit. Frater eſt, inquit, dictus quaſi fere alter.

SVPPLANTARE dictum eſt, pedem ſupponere. Lucillius xxviiij: Supplantare aiunt Græci. M. Tull. de offic. lib. iij: Contendere debet, quam maxime poſſit, vt vincat; ſupplantare eum qui cum certet, aut manu pellere nullo modo debet.

CONIVNGERE, copulare; dictum eſt à iugo. Lucillius lib. xxviiij: Qui mihi quantum eſt inter humanum genus, Rerumq. inter ſe coniungat, communicat.

FENESTRÆ, à Græco vocabulo conuerſum eſt in Latinum, ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Cicero Tuſculanar. lib. j: Non eas partis, quæ quaſi feneſtræ ſunt animi.

EMVNGI ex manifeſta ſignificatione manat. Lucil. lib. xxviiij: In me illis ſpem eſſe omnem, quouis poſſe me emungi bolo. Terentius: — Emunxi argento ſenem.

ADGLOMERARE, implicare coniungere; dictum à glomere. Virgil. Æn. lib. ij: Et lateri adglomerant noſtro.

COLLARE eſt vinculi genus, quo collum adſtringitur. Lucil. lib. xxviiij: Cum manicis, catulo, collareq. vt fugitiuum Deportem.

DEPILATI dictum rarefacti. Lucil. lib. xxviiij: Nato quid actum eſt, depilati omnes ſumus.

EXCVRIARI, curia excludi. Varro ἱπποκυών: Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat.

PENSVM ſignificat exæquatum; quod ſine inclinatione ſunt quæ penduntur. Lucil. lib. xxviij: Nihil parui ac penſi, vti litera doceas, lutum.

Aqva intercus, hydropum morbus, quaſi aqua inter cutem. Lucillius lib. xxviij: — Aquam in animo habere intercutem. M. Tullius de offic. lib. iij: Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.

Maltas veteres molles appellari voluerunt; à Græco, quaſi μαλθακός: Lucil. lib. xxvij: Inſanum vocant, quem maltam ac feminam dici videt.

Monogrammi dicti ſunt homines macis pertenues, ac decolares; tractum à pictura, quæ prius quam coloribus corporatur, vmbra fingitur. Lucill. lib. ij: —Vix viuo homini, ac monogrammo. Et xxvij: Quæ pietas? monogrammi quinque adducti pietatem vocant.

Portorivm dicitur merces, quæ portitoribus datur. Lucil. lib. xxvij: Facit idem, quod illi qui inſcribtum è portu exportant clanculum, Ne portorium dent.

Impertire eſt participare, & partem dare. Lucil. lib. xxvij: Quibus poteſt impertit. —Nouius Decuma: Si ignotis impertibus flent facilius: M. Tul. de Rep. lib. v. Quod moleſtis ſenectutis ſuæ veſtris familias impertire poſſet. Et ad Hirtium lib. v. Et quoniam, vt hoc tempus eſt, nihil habeo patriæ quod impertiam.

Sedvlvm ſignificat ſine dolo. Lucil. lib. xxvij: — Salutem fictis verſibus Lucillius, Quibus poteſt, impertit, totumq. hoc ſtudioſe & ſedulo. M. Tul. de finib. bon. & malorum: Sedulo, inquam, faciam; ſed fortuna fortis; quare conare quæſo.

Scribtvrarios veteres, quos nunc tabu-

larios dicimus, dici volunt; quod ſcribturis vel commentarijs omnia vel vrbium, vel prouinciarum complecterentur. Lucil. lib. xxvj: Publicanus vero vt Aſiæ fiam, vt ſcribturarius.

VERSIPELLES dicti ſunt quolibet genere ſe commutantes. Lucil. lib. xxvj: At libertinus Tricorius Syrus ipſe ad maſtigias, Quicum verſipellis fio, & quicum commuto omnia. Plautus Amphitr.—Verſipellem ſe facit, quando lubet.

COMBIBONES, compotores; à bibendo dicti. Lucillius lib. xxvj: Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copijs.

CAPITAL dictum eſt capitis periculum. Plautus Menæchmis: Numquam Hercle effugiet, tametſi capital fecerit. Lucillius lib. xxvj: Facile deridemur; ſcimus capital eſſe iraſcier.

CLANDESTINO eſt abſcondite. Lucill. lib. xxvj: At enim dicis, clandeſtino tibi quod commiſſum foret, Neu mutires quiquam, neu myſteria ecferres foras.

IDIOTAS à Græco tractum, inutiles; quaſi ſibi tantum, non plurimis vtiles. Lucill. lib. xxvj: Quidni & tu idem inliteratum me atque idiotam diceres?

EXSPIRARE dictum eſt; vel ab ſpiritu effuſo, vel ab ſpiraminibus. Lucil. lib. iij: Exſpirans animam pulmonibus æger agebat. Idem xxvj: Vt ſi eluuiem facere per ventrem velis, curare omnibus diſtento corpore exſpiret vis.

ELIMINARE, extra limen eijcere: Pacuuius Duloreſte: Vbi illic eſt? me miſeram; quonam clam clam eliminat? Pomponius Concha: Vos

iſtic manete: eliminabo extra ædis coniugem. Ennius Medea exſule: Antiqua erilis fida cuſtos corporis, Quid ſic te extra ædis examinata eliminas? Accius Meleagro: Timide eliminor clamore, ſimul ac nota vox ad aures accidit.

Incoxare, in coxam ſidere. Pomponius Pannuceatis: Neque interim cacandi cauſa vmquam incoxaui nate.

Condepsere, commiſcere; à Græco tractum. Homerus Odyſſea: κηρὸν δεψήσας μελιηδέα. Pomponius Nubtijs: Partem inſipui, concluſi, condepſui.

Vitvperare dictum eſt vitio dare, tanquam culpæ, vel diſplicentiæ. Terentius in Andria: Nunc quam rem vitio dent, quæſo animo attendite. Et in ſequentibus: Id iſti vituperant factum. Lectum eſt autem & vitium dare, hoc eſt, vnicuique rei culpam applicare: ſed hoc in incertæ auctoritatis ſcriptorib. inuenitur.

Ordire eſt ponere, incipere. Accius Amphitr.---Non paruam rem ordibor; ne retice, obſecro. Afranius Suſpecta: Tamen animo ordire oportet me paula paululum.

Pilare dictum eſt, vt plumare, pilis veſtiri. Afranius Compitalibus: Præterea nunc corpus meum pilare primum cœpit. Nonius Exodio: Pati dum poterunt, antequam pugæ pilant.

Popvlare ſignificat populi amorem conciliare; vnde populares dicti, de vno populo amici. Pac. Chryſe: Atque, vt promeruit, pater mihi patriam populauit meam. Terentius Phormione: Amicus ſummus meus & popularis Geta.

RABERE dictum eſt à rabie. Varro idem Attij quod Titij: Quid eſt? quid lateras? quid rabis? quid vis tibi? Cæcilius hypobolimæa Raſtraria: Rabere ſe ait.

SVPERSEDERE, manere, perſeuerare; quaſi in voluntate & conſilio ſidere. Turpil. Pedio: Vt ille hac ſeſe abſtineret, ego ſuperſederem nubtijs. Plautus Epidico: Superſede iſtis rebus: iam tu ipſe, vbi lubet finem face. Siſenna Hiſt. lib. iiij. De virtute eorum accuſanda proloqui ſuperſederunt.

TITINNIRE dicitur ſonare, vnde & titinnacula ſunt appellata. Afranius Vopiſco: —Titinnire ianitoris impedimenta audio. Nigidius lib. xviij. Itaque ex re in inſaliaribus adtanus titinnat; id eſt, ſonat.

VERMINARI poſitum torqueri, à vermibus quod facile ſe torqueant. Pomponius Hirnea Pappi: Decimus menſis eſt, quum factum eſt; ita fit, ita ſemper ſolet: Decimo menſe demum turgens verminatur, parturit.

CANATIM, SVATIM, BOVATIM, canum & ſuum, & boum genere. Nigidius Commento grammatico: Sunt etiam adſimulanter dicta hæc, canatim, ſuatim, bouatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

COSSIM dictum, quaſi coxim. Pomp. Porcaria: Hoc ſciunt omnes, quantum eſt qui coſſim cacant.

INFABRE, fœde, vt eſt affabre, pulchre. Pacuuius Nyptra: Barbaricam peſtem nauibus noſtris obtulit, Noua figura factam, commiſſam infabre.

Sæpiunt ſignificat tenent, impediunt; dictum à ſæpibus, quæ obiectæ iter cludunt; vnde & circumſæptum dicitur. Afranius Materteris— Perij, lachrumæ linguam ſæpiunt.

Stigmatias veteres punctos in notis dici voluerunt. M. Tul. de offic. lib. ij: O miſerum, qui fideliorem & barbarum, & ſtigmatiam putaret.

Reserare, aperire; à ſera dictum, qua remota valuæ patefiunt. M. Tul. de offic. lib. ij: Nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit; nec ita reſeranda, vt pateat omnibus. Vergilius lib. octauo: Non ſecus, ac ſiqua penitus vi terra dehiſcens Infernas reſeret ſedes.

Abundare, ſupra modum aliquid eſſe, Virgil. Georg. lib. iiij: Ergo apibus fetis idem atq. examine multo Primus abundare. — tractum ex amnibus, qui quotiens augentur imbribus, maioribus & crebris vndis eriguntur. Virg. primo lib. Georg. Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans Exit.

Tergiversari, fallere, & dicta mutare; & eſt quaſi tergum vertere; vt ait Plautus Amphitr.— Verſipellem ſe facit, quando lubet. M. Tul. de off. lib. iij: Tribus generib. quomodo poſſunt, non incallide tergiuerſantur. *Et Tuſc. lib.* v: Itaq. illam tergiuerſari non ſinent, ſecumq. rapient.

Prudentiam à prouidendo dictam dilucide oſtendit M. Tul. in Hort. Id enim eſt ſapientis, prouidere; ex quo ſapientia eſt appellata prudentia. Et De ſenectute, Quid multa? ſic mihi perſua-

gnum teſtimonium eſt.

PANDERE Var. exiſtimat ea cauſſa dici, quod, qui ope indigerent, & ad aſylum Cereris confugiſſent, panis daretur. Pandere ergo quaſi panem dare, & quod numquam fanum talibus clauderetur: De vita populi Rom. lib. j: Hanc Deam Ælius putat eſſe Cererem; ſed quod in aſylum qui confugiſſet, panis daretur; eſſe nomen fictum à pane dando pandere, quod eſt, aperire.

BLATIS & BLATERAS confingis aut incondite, & inaniter loqueris: * . . . . .* aut à balatu. Plaut. in Amphitr. Qui, malum, intellegere quiſquam potis eſt? ita nugas blatis. In Aularia; Vbi tu es, quæ blateraſti iam vicinis omnibus.

PERCONTARI, diligenter inquirere. Plautus Amphitr. Qui iſthuc in mente eſt tibi ex me, mi vir, percontarier? Et eſt proprietas Verbi ab eo tracta, quod vada in fluminibus contis exquirunt.

PRODIGIA dicta ſunt porro adigenda: Plautus Amphitryone: Sed mulier, poſtquam experrecta es, te prodigiali Ioui Aut mola ſalſa hodie, aut ture comprecatam oportuit.

CERRITI, & LARVATI, male ſani, & aut Cereris ira, aut laruarum incurſatione animo vexati. Plautus Amphitr. Laruatus edepol hominem miſerum medicum quæritat. Idem qui ſupra: Quaſi aduenienti morbo medicati iuuem: tu certe aut laruatus es, aut cerritus.

CALCITRONES, qui infeſtant calcibus. Plautus in Aſinaria; Clamat procul, ſiquem vi-

derit ad ſe ire calcitronem. Varro Seſquiulyſſe: Itaq. tum equum mordacem calcitronem horridum miles ac vir non vitabat.

Votitvm veteres religione aliqua prohibitum, vel interdictum dici voluerunt. Plaut. in Aſin. Nolo illam habere cauſam, & votitam dicere.

Verberare non ſolum à verberibus dictum eſt, ſed à verbis. Plautus in Aulul. Nam cur me miſeram verberas?

Cassvm veteres inane poſuerunt; & arbitrandum eſt eius verbi proprietatem magis ab aranearum caſſibus dictam, quod ſint leuis ac nullius ponderis, non, vt quibuſdam videtur, quaſi quaſſum. Plautus in Aulul. Virginem habeo grandem, dote caſſam, atq. illocabilem.

Propriam coruorum vocem, Crocitvm veteres eſſe voluerunt. Plaut. in Aulul. Simul radebat pedibus terram, & voce crocibat ſua.

Svblevit ſignificat illuſit, & pro ridiculo habuit; tractum à genere ludi, quo dormientib. ora pinguntur. Plautus in Aulul. Fide cenſebam maximam multo fidem Eſſe; ea ſubleuit os mihi pæniſſume.

Investes dicuntur impuberes, quibus propter teneram ætatem nulla pars corporis pilat. Hoc & Æn. lib. viij. videtur ſenſiſſe Virgilius: Aurea cæſaries ollis atq. aurea veſtis. Sed melius intelligi poteſt inueſtes appellatos, quaſi in Veſta, id eſt, in pudicitia & caſtitate.

Infervm ab imo dictum; vnde inferi, quibus inferius nihil; vnde inferum recte poteſt dici,

ter nos nemo eſt, dic mihi verum ſerio.

INTERPOLARE eſt immittere, & interponere, & nouam formam è vetere fingere. M. Tull. in Verrem actione ij: Aliquid demendo, mutando, interpolando. Et eſt tractum ab arte fullonia, qui poliendo diligenter vetera quæque quaſi in nouam ſpeciem mutant. Plautus Amphitr. Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo.

EVERRICVLVM, genus eſt retis piſcatorium, à verrendo dictum, vel quod trahatur, vel quod, ſi quid fuerit piſcium nactum, euerrat ad hoc. M. Tull. Verrinarum lib. v. de ſignis: Quod vmquam, Iudices, huiuſcemodi euerriculum vlla in prouincia fuit.

DIVARICARI dictum eſt diſtendi: dictum ab his, qui vitio naturæ ita ſunt pedibus diſcretis, vt eos in diuerſum habeant ſeparatos. M. Tull. de ſignis: Sopatrum hominem ſummum, domi nobilem, ſummo magiſtratu præditum diuaricari ac deligari iubet.

VACILLARE eſt trepidare, vel cum laſſitudine niti; à ſenibus, qui ſint æuo defeſſi, adque ſuſtinendam laſſitudinem baculo tarditatem leuent. M. Tullius Philipp. lib. iij: In Galliam mutilatum ducit exercitum cum vna legione, & ea vacillante.

PRÆSTRINGERE dictum eſt valde ſtringere, & claudere. Plautus in Milite glorioſo: Præſtringat oculorum aciem in acie hoſtibus. Lucil. lib. xxx: Præſtringat oculorum aciem ſplendore micanti. M. Tull. De ſenectute: Voluptas rationi

inimica,&mentis,vt ita dicam,prçſtringit oculos, non habet vllum cum virtute commercium. Varro Andabatis: Non mirum ſi cæcutis;aurum enim nonminusprçſtringit oculos,quam ὁ πολὺς ἄκρατος. Cic. De fato & De finibus bon. & mal. lib. iiij: Aciem animorum noſtrorum virtutis ſplendore præſtringitis.

ANGINA,genus morbi;eo quod angat,&Græce συνάγχη appellatur. Lucillius lib. xxx: Inſperato abijt,quem vna angina ſuſtulit hora.

ARQVATVS morbus dictus, qui Regius dicitur, quod arcus ſit concolor de virore, vel quod ita ſtringat corpora, vt in arcum ducat. Quod * Nos eſſe arquatos,ſurgamus,eamus,agamus. Varro Eumenidibus: Nam vt arquatis & lutea quæ non ſunt, & quæ ſunt, lutea videntur; ſic inſanis ſani & furioſi videntur eſſe inſani.

PRIVVM eſt proprium vniuſcuiuſque, vnde & res priuata.Lucillius lib.xxx: Culcitulæ accedunt priuæ centonibus binis. Idem: ---Abdomina thunni Priua dabo.

NVGATOR nugiſtubator.Lucil.lib.xxx: Quam me hoc tempore nugator cognoſcere non vis.

FORAMINA quaſi diminutiue à foribus dicta. Cic. Tuſcul.lib.j: Nam nunc quidem quanquam foramina illa, quæ patent ad animos à corpore, callidiſſimo artificio natura fabricatur.

DISCERNICVLVM,acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit; dicta à diſcernendo. Lucil. lib. xxx: Euplocamo digitis, diſcerniculumque capillo.

FRATRVM proprietatem Nigidius acutiſſi-

me dixit. Frater eſt, inquit, dictus quaſi fere alter.

SVPPLANTARE dictum eſt, pedem ſupponere. Lucillius xxviiij: Supplantare aiunt Græci. M. Tull. de offic. lib. iij: Contendere debet, quam maxime poſſit, vt vincat; ſupplantare eum qui cum certet, aut manu pellere nullo modo debet.

CONIVNGERE, copulare; dictum eſt à iugo. Lucillius lib. xxviiij: Qui mihi quantum eſt inter humanum genus, Rerumq. inter ſe coniungat, communicat.

FENESTRÆ, à Græco vocabulo conuerſum eſt in Latinum, ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Cicero Tuſculanar. lib. j: Non eas partis, quæ quaſi feneſtræ ſunt animi.

EMVNGI ex manifeſta ſignificatione manat. Lucil. lib. xxviiij: In me illis ſpem eſſe omnem, quouis poſſe me emungi bolo. Terentius: — Emunxi argento ſenem.

ADGLOMERARE, implicare coniungere; dictum à glomere. Virgil. Æn. lib. ij: Et lateri adglomerant noſtro.

COLLARE eſt vinculi genus, quo collum adſtringitur. Lucil. lib. xxviiij: Cum manicis, catulo, collareq. vt fugitiuum Deportem.

DEPILATI dictum rarefacti. Lucil. lib. xxviiij: Nato quid actum eſt; depilati omnes ſumus.

EXCVRIARI, curia excludi. Varro ἱπποκύων: Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat.

PENSVM ſignificat exæquatum; quod ſine inclinatione ſunt quæ penduntur. Lucil. lib. xxviij: Nihil parui ac penſi, vti litera doceas, lutum.

Aqva intercus, hydropum morbus, quaſi aqua inter cutem. Lucillius lib. xxviij: — Aquam in animo habere intercutem. M. Tullius de offic. lib. iij: Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.

Maltas veteres molles appellari voluerunt; à Græco, quaſi μαλθακὸς: Lucil. lib. xxvij: Inſanum vocant, quem maltam ac feminam dici videt.

Monogrammi dicti ſunt homines macis pertenues, ac decolares; tractum à pictura, quæ prius quam coloribus corporatur, vmbra fingitur. Lucill. lib. ij: —Vix viuo homini, ac monogrammo. Et xxvij: Quæ pietas? monogrammi quinque adducti pietatem vocant.

Portorivm dicitur merces, quæ portitoribus datur. Lucil. lib. xxvij: Facit idem, quod illi qui inſcribtum è portu exportant clanculum, Ne portorium dent.

Impertire eſt participare, & partem dare. Lucil. lib. xxvij: Quibus poteſt impertit. —Nouius Decuma: Si ignotis impertibus flent facilius: M. Tul. de Rep. lib. v. Quod moleſtis ſenectutis ſuæ veſtris familias impertire poſſet. Et ad Hirtium lib. v. Et quoniam, vt hoc tempus eſt, nihil habeo patriæ quod impertiam.

Sedvlvm ſignificat ſine dolo. Lucil. lib. xxvij: — Salutem fictis verſibus Lucillius, Quibus poteſt, impertit, totumq. hoc ſtudioſe & ſedulo. M. Tul. de finib. bon. & malorum: Sedulo, inquam, faciam; ſed fortuna fortis; quare conare quæſo.

Scribtyrarios veteres, quos nunc tabu-

larios dicimus, dici volunt; quod ſcribturis vel commentarijs omnia vel vrbium, vel prouinciarum complecterentur. Lucil. lib. xxvj: Publicanus vero vt Aſiæ fiam, vt ſcribturarius.

VERSIPELLES dicti ſunt quolibet genere ſe commutantes. Lucil.lib.xxvj: At libertinus Tricorius Syrus ipſe ad maſtigias, Quicum verſipellis fio, & quicum commuto omnia. Plautus Amphitr.—Verſipellem ſe facit, quando lubet.

COMBIBONES, compotores; à bibendo dicti. Lucillius lib. xxvj: Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copijs.

CAPITAL dictum eſt capitis periculum. Plautus Menæchmis: Numquam Hercle effugiet, tametſi capital fecerit. Lucillius lib. xxvj: Facile deridemur; ſcimus capital eſſe iraſcier.

CLANDESTINO eſt abſcondite. Lucill. lib. xxvj: At enim dicis, clandeſtino tibi quod commiſſum foret, Neu mutires quiquam, neu myſteria ecferres foras.

IDIOTAS à Græco tractum, inutiles; quaſi ſibi tantum, non plurimis vtiles. Lucill. lib. xxvj: Quidni & tu idem inliteratum me atque idiotam diceres?

EXSPIRARE dictum eſt, vel ab ſpiritu effuſo, vel ab ſpiraminibus. Lucil. lib. iij: Exſpirans animam pulmonibus æger agebat. Idem xxvj: Vt ſi eluuiem facere per ventrem velis, curare omnibus diſtento corpore exſpiret vis.

ELIMINARE, extra limen eijcere: Pacuuius Duloreſte: Vbi illic eſt? me miſeram; quonam clam clam eliminat? Pomponius Concha: Vos

iſtic manete: eliminabo extra ædis coniugem. Ennius Medea exſule: Antiqua erilis fida cuſtos corporis, Quid ſic te extra ædis exanimata eliminas? Accius Meleagro:. Timide eliminor clamore, ſimul ac nota vox ad aures accidit.

INCOXARE, in coxam ſidere. Pomponius Pannuceatis: Neque interim cacandi cauſa vmquam incoxaui nate.

CONDEPSERE, commiſcere; à Græco tractum. Homerus Odyſſea: κηρὸν δεψήσας μελιηδέα. Pomponius Nubtijs: Partem inſipui, concluſi, condepſui.

VITVPERARE dictum eſt vitio dare, tanquam culpæ, vel diſplicentiæ. Terentius in Andria: Nunc quam rem vitio dent, quæſo animo attendite. Et in ſequentibus: Id iſti vituperant factum. Lectum eſt autem & vitium dare, hoc eſt, vnicuique rei culpam applicare: ſed hoc in incertæ auctoritatis ſcriptorib. inuenitur.

ORDIRE eſt ponere, incipere. Accius Amphitr.—Non paruam rem ordibor; ne retice, obſecro. Afranius Suſpecta: Tamen animo ordire oportet me paula paululum.

PILARE dictum eſt, vt plumare, pilis veſtiri. Afranius Compitalibus: Præterea nunc corpus meum pilare primum cœpit. Nonius Exodio: Pati dum poterunt, antequam pugæ pilant.

POPVLARE ſignificat populi amorem conciliare; vnde populares dicti, de vno populo amici. Pac. Chryſe: Atque, vt promeruit, pater mihi patriam populauit meam. Terentius Phormione: Amicus ſummus meus & popularis Geta.

RABERE dictum eſt à rabie. Varro idem Attij quod Titij: Quid eſt? quid lateras? quid rabis? quid vis tibi? Cæcilius hypobolimæa Raſtraria: Rabere ſe ait.

SVPERSEDERE, manere, perſeuerare; quaſi in voluntate & conſilio ſidere. Turpil. Pedio: Vt ille hac ſeſe abſtineret, ego ſuperſederem nubtijs. Plautus Epidico: Superſede iſtis rebus: iam tu ipſe, vbi lubet finem face. Siſenna Hiſt. lib. iiij. De virtute eorum accuſanda proloqui ſuperſederunt.

TITINNIRE dicitur ſonare, vnde & titinnacula ſunt appellata. Afranius Vopiſco: —Titinnire ianitoris impedimenta audio. Nigidius lib. xviij. Itaque ex re in inſaliaribus adtanus titinnat; id eſt, ſonat.

VERMINARI poſitum torqueri, à vermibus quod facile ſe torqueant. Pomponius Hirnea Pappi: Decimus menſis eſt, quum factum eſt; ita fit, ita ſemper ſolet: Decimo menſe demum turgens verminatur, parturit.

CANATIM, SVATIM, BOVATIM, canum & ſuum, & boum genere. Nigidius Commento grammatico: Sunt etiam adſimulanter dicta hæc, canatim, ſuatim, bouatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

COSSIM dictum, quaſi coxim. Pomp. Porcaria: Hoc ſciunt omnes, quantum eſt qui coſſim cacant.

INFABRE, fœde, vt eſt affabre, pulchre. Pacuuius Nyptra: Barbaricam peſtem nauibus noſtris obtulit, Noua figura factam, commiſſam infabre.

Sæpivnt ſignificat tenent, impediunt; dictum à ſæpibus, quæ obiectæ iter cludunt; vnde & circumſæptum dicitur. Afranius Materteris— Perij, lachrumæ linguam ſæpiunt.

Stigmatias veteres punctos in notis dici voluerunt. M. Tul. de offic. lib. ij: O miſerum, qui fideliorem & barbarum, & ſtigmatiam putaret.

Reserare, aperire; à ſera dictum, qua remota valuæ pateſiunt. M. Tul. de offic. lib. ij: Nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit; nec ita reſeranda, vt pateat omnibus. Vergilius lib. octauo: Non ſecus, ac ſiqua penitus vi terra dehiſcens Infernas reſeret ſedes.

Abvndare, ſupra modum aliquid eſſe, Virgil. Georg. lib. iiij: Ergo apibus fetis idem. atq. examine multo Primus abundare. — tractum ex amnibus, qui quotiens augentur imbribus, maioribus & crebris vndis eriguntur. Virg. primo lib. Georg. Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans Exit.

Tergiversari, fallere, & dicta mutare; & eſt quaſi tergum vertere; vt ait Plautus Amphitr.— Verſipellem ſe facit, quando lubet. M. Tul. de off. lib. iij: Tribus generib. quomodo poſſunt, non incallide tergiuerſantur. *Et Tuſc. lib.* v: Itaq. illam tergiuerſari non ſinent, ſecumq. rapient.

Prvdentiam à prouidendo dictam dilucide oſtendit M. Tul. in Hort. Id enim eſt ſapientis, prouidere; ex quo ſapientia eſt appellata prudentia. Et De ſenectute, Quid multa? ſic mihi perſua-

ſi, ſic ſentio, quum tanta celeritas animorum ſit, tanta memoria præteritorum, futurorumq. prudentia. Et de Rep. lib. vj: Totam igitur expectas prudentiam huius rectoris, quæ ipſum nomen hoc nacta eſt ex prouidendo.

APPENDIX dicitur, quod alij eſt adiunctum, quaſi ex alio pendeat. M. Tullius in Hortenſio: Vidit enim quod videndum fuit, appendicem animi eſſe corpus, nihilq. eſſe in eo magnnm.

CONVIVII proprietatem M. Tullius De ſenectute demonſtrat: Bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominauerunt.

OCCATIONEM ab occæcatis ſeminibus, qua id efficitur, dici M. Tullius voluit, de ſenectute: Sparſum ſemen accepit, primum id obcæcatum cohibet; ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata eſt.

COAGMENTA dicta ſunt coniunctiones artæ, & compares; à cogendo, id eſt ſtringendo; vnde coagulum dicitur. M. Tullius de ſenectute: Viuendi eſt finis optimus, quum integra mente, certiſq. ſenſibus opus ipſa ſuum eadem, quæ coagmentauit, natura diſſoluit.

VERNILITER, pro adulatorie; à vernis, quibus hæc viuendi ars eſt. Cæcilius Venatore: --- Credo, nimis tandem hoc fit verniliter.

PECVNIOSORVM, & LOCVPLETVM proprietatem aperuit M. Tul. de Repub. lib. ij: à pecore pecunioſos, & à poſſeſſionibus locorum locupletes appellatos aſſerens, multæq. dictione ouium, & boum: Quod tunc erat res in pecore, &

locorum poſſeſſionibus, ex quo pecunioſi & locupletes vocabantur.

VIRITIM dictum eſt ſeparatim, & per ſingulos viros. M. Tullius de Rep. lib. ij: Ac primus agros, quos bello Romulus ceperat, diuiſit viritim ciuibus. Plautus Aulularia, aliter; ſub hac tamen ſignificantia: Diuidere argenti dixit mummos in viros. Varro de vita populi Rom. lib. j: Et extra vrbem in regiones xxvj. agros viritim liberis attribuit,

VERNAS veteres appellabant, qui vere ſacro fuerant nati; & habebatur nomen hoc pro vitabili maledicto. Plaut. Amphitr. Hic qui verna natus eſt queritur. Lucillius: Verna accer cupit hecon. Plautus, qui ſupra: Cum cruciatu tuo iſthæc hodie verna verba funditas.

CONCINNARE eſt facere; vt Plautus Amphitr. Lachrymantem ex abitu concinnas tu tuam vxorem. Sed proprietas verbi hæc eſt, quod apud veteres cinnus potionis genus ex multis liquorib. confectum dici ſolet. Recte autem concinnare, & conſentire intelligi poteſt, quaſi concinere, vt multis diuerſe canentibus vnus efficitur modus. Plaut. Aſin. Anceps, quando concinnauit aream, offundit cibum. M. Tul. de fin. bon. & mal. lib. v: Cum ijs, cum quibus re concinebatur, Verbis diſcrepare? Idem in Academicis lib. j: Qui cum ſimilitudine verbi concinere maxime ſibi videretur.

PAVPERTAS dicta eſt à pecunia parua. Varro de vita Pop. Rom. lib. j: Pecuniaq. erat parua; ab eo paupertas dicta, cuius paupertatis ma-

gnum teſtimonium eſt.

PANDERE Var. exiſtimat ea cauſſa dici, quod, qui ope indigerent, & ad aſylum Cereris confugiſſent, panis daretur. Pandere ergo quaſi panem dare, & quod numquam fanum talibus clauderetur: De vita populi Rom. lib. j: Hanc Deam Ælius putat eſſe Cererem; ſed quod in aſylum qui confugiſſet, panis daretur; eſſe nomen fictum à pane dando pandere, quod eſt, aperire.

BLATIS & BLATERAS confingis aut incondite, & inaniter loqueris: * . . . . .* aut à balatu. Plaut. in Amphitr. Qui, malum, intellegere quiſquam potis eſt? ita nugas blatis. In Aularia: Vbi tu es, quæ blateraſti iam vicinis omnibus.

PERCONTARI, diligenter inquirere. Plautus Amphitr. Qui iſthuc in mente eſt tibi ex me, mi vir, percontarier? Et eſt proprietas Verbi ab eo tracta, quod vada in fluminibus contis exquirunt.

PRODIGIA dicta ſunt porro adigenda: Plautus Amphitryone: Sed mulier, poſtquam experrecta es, te prodigiali Ioui Aut mola ſalſa hodie, aut ture comprecatam oportuit.

CERRITI, & LARVATI, male ſani, & aut Cereris ira, aut laruarum incurſatione animo vexati. Plautus Amphitr. Laruatus edepol hominem miſerum medicum quæritat. Idem qui ſupra: Quaſi aduenienti morbo medicati iuuem: tu certe aut laruatus es, aut cerritus.

CALCITRONES, qui infeſtant calcibus. Plautus in Aſinaria; Clamat procul, ſiquem vi-

derit ad ſe ire calcitronem. Varro Seſquiulyſſe: Itaq. tum equum mordacem calcitronem horridum miles ac vir non vitabat.

Votitvm veteres religione aliqua prohibitum, vel interdictum dici voluerunt. Plaut. in Aſin. Nolo illam habere cauſam, & votitam dicere.

Verberare non ſolum à verberibus dictum eſt, ſed à verbis. Plautus in Aulul. Nam cur me miſeram verberas?

Cassvm veteres inane poſuerunt; & arbitrandum eſt eius verbi proprietatem magis ab aranearum caſſibus dictam, quod ſint leuis ac nullius ponderis, non, vt quibuſdam videtur, quaſi quaſſum. Plautus in Aulul. Virginem habeo grandem, dote caſſam, atq. illocabilem.

Propriam coruorum vocem, Crocitvm veteres eſſe voluerunt. Plaut. in Aulul. Simul radebat pedibus terram, & voce crocibat ſua.

Svblevit ſignificat illuſit, & pro ridiculo habuit; tractum à genere ludi, quo dormientib. ora pinguntur. Plautus in Aulul. Fide cenſebam maximam multo fidem Eſſe; ea ſubleuit os mihi pæniſſume.

Investes dicuntur impuberes, quibus propter teneram ætatem nulla pars corporis pilat. Hoc & Æn. lib. viij. videtur ſenſiſſe Virgilius: Aurea cæſaries ollis atq. aurea veſtis. Sed melius intelligi poteſt inueſtes appellatos, quaſi in Veſta, id eſt, in pudicitia & caſtitate.

Infervm ab imo dictum; vnde inferi, quibus inferius nihil; vnde inferum recte poteſt dici,

quicquid deſuper mittatur. Varro Marcipore: Nubes aquali frigido velo leues Cæli cauernas aureas ſubduxerant, Aquam vomentes inferam mortalibus.

SYRVS à Græco magis tractum eſt, ἀπὸ τῦ σύρειν. Has nos ſcopas, ruſtici eo nomine ſyrus vocant. Varro Marcipore: Ventiq. frigido ſe ab axe eruperant Phrenetici ſeptemtrionum filij, Secum ferentes tegulas, ramos, ſyrus.

EVIRARE dicitur virilitatem amittere, & effeminari. Varro Marcipore: Spatula euirauit omnes Veneriuaga pueros.

LVDIBRIA proprietatem trahunt à leui, ac ſine pondere, & contemnendo; aut, quod magis verum eſt, à ludicro. Virgil. lib. vj: — Folijs tantum ne carmina manda, Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

FEBRIS proprietatem (à feritate morbi vel mali, vt à calendo calorem vel caldorem) Varro Andabatis aperiendam putat: Idq. alterum appellamus à calendo calorem, alterum à feruore febrim.

VVLPINARI dictum eſt fraudibus & mendacijs vera peruertere; vel effugere; dictum ab inrecto, ſed intorto vulpium curſu. Varro Myſterijs: Vulpinare modo; & concurſa qua lubet erras.

SVFFLATVM dicitur proprie tumidum, erectum, & quaſi vento quodam elatius factum. Varro Agathone: Neq. auro, aut genere, aut multiplici ſcientia Sufflatus quærit Socratis Veſtigia.

VESPERTILIO, animal volucre, biforme;

dictum quod veſpero ſe ad volatum proferat noctis. Varro Agathone. Quid multa? Factus ſum verſpertilio; neq. in muribus planè, neq. in volucribus ſum.

Exporrectvm, extentum: porrectum eſt enim tentum, id eſt porrò iactum. Varro Endimionibus: Quæ res in ſomnium reccideris, ἐπὰν δ᾽ οὐρέποτε eris iterum exporrectus.

Ivgatvm, coniunctum; à iugo dictum. Cic. Tuſcul. lib. iij: Hoc quidem eſt commune virtutum; omnes enim inter ſe iugatæ ſunt.

Prodivs dictum, interius, longius; à prodeundo, quaſi porro eundo. Varro Virgula diuina: Primum venit in vrbem, atq. intra muros; deinde accedit prodius, atq. introit domum, id eſt, intra priuatos muros.

Granaria loca in horreis ſeruandis ſeminum granis. Varro γερoντοδιδασκάλῳ: Vel decem menſis, vbi vna ſæpiant granaria.

Torcvlvm, quod vſu torcular dico; quod intortum laticem vitis vel oleæ exprimant. Var. γεροντοδιδασκ. Vineis vbi ampla cælla torculum reſpondeat.

Cingvlvm à cingendo, quod incingulum plerumq. dicitur. Varro γεροντοδιδασκάλῳ: Nouos maritus tacitulus taxim vxoris ſoluebat cingulum.

Tvtilina dea eſt, à tuendo dicta. Varro Hercules tuam fidem: Non Tutilinam, quam ego ipſe, inuoco, quod meæ Aures abs te obſidentur.

Tvtanvs deus, à tutando. Varro Hercules tuam fidem: Noctu Annibalis quum fugaui exerci-

tum, Tutanus, hoc Tutanus Romæ nuncupor, Hac propter omnes, qui laborant, inuocant.

SILICERNIVM peſſime intelligentes ita poſuiſſe Terentium putant, quod incuruitate ſilices cernat ſenex. Silicernium eſt proprie conuiuium funebre, quod ſenibus exhibetur. Varro Meleagris: Funus exſequiatis laude ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confecimus, id eſt, περίδειπνον: quo pranſi diſcedentes dicimus alius alij vale.

SVFFVNDATVM dictum eſt ſubiectum; dictum a fundamentis. Varro ταφῇ μενίππου: Vt antiqui noſtri in domibus lateritijs paululum modo lapiditus ſuffundatis, vt humorem ecfugerent, habitabant.

EDONES, & PHAGONES, ab edacitate; vnum Latinum, aliud Græcum, Varro ταφῇ μενίππου ἢ ἀπελαύνοιος: Edones Romani; & turba incendant annonam; ſed propter phagones ficetulam pinguem, aut turdum niſi volantem non video.

ELIXVM, quicquid ex aqua mollitur, vel decoquitur; nam lixam aquam veteres eſſe dixerunt. vnde & lixæ dicti, qui militibus aquam ad caſtra, vel ad tentoria ſolent ferre. Varro ταφῇ μενίππου: In pauimento non audes facere laconam; at in humu calceos facis elixos.

PAROCHOS à Græco tractum eſt nomen, quod vehicula præeat: ochemata enim Græce, Latine vehicula appellantur; & eſt officij genus, quod adminiſtrantibus paret. Varro Seſquiulyſſe: Hic enim omnia erat; idem ſacerdos, prætor, parochos, deniq. idem ſenatus, idem populi caput.

TROSSVLI

Trossvli dicti ſunt toroſuli. Varro Seſquiulyſſe: Nunc emunt troſſuli nardo nitidi vulgo Attico talento equum.

Proboscis Græcum nomen eſt; dictum, quod ante depaſcat, & eſt porrecta corporis pars inherens naribus, quæ excepto homine in alijs animantibus inuenitur. Varro Sexageſi: Inueniſſe ſe, quum dormire cœpiſſet tam glaber quam Socrates, caluum eſſe factum ericium è pilis albis, cum proboſcide.

Cetari, genus eſt piſcatorum, quod maiores piſces capit; dictum ab eo quod cete in mari maiora ſunt piſcium genera; quod Virgil. Immania cete. Varro γνῶθι σεαυτόν: Non animaduertis cetarios, quum videre volunt in mari thunnos, eſcendere in malum alte, vt penitus per aquam perſpiciant piſces?

Tonimvs poſitum ſonamus cum modo, a tono. Varro Eumenidibus: Tibi tympana non inani ſonitu matris deum tonimus.

Tibinos, a tibijs modos. Varro Eumenidibus: Sonitus matris Deum tonimus tibinos tibi nunc ſemiuiri.

Dierecti dicti crucifixi, quaſi ad diem erecti. Varro Eumenid. Apage in dierectum a domo noſtra iſtam inſanitatem.

Præsepia, non tantum quibus aut cantheria, aut iumenta cetera, aut vetera animalia pabulantur; ſed & omnia loca clauſa, & tuta dicta præſepia. Virg. Æn. lib. j: —Aut agmine facto Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent. Varro ὄνος λύρας: Si quis melodinuſt onos lyras, Præſepis

bus ſe retineat forenſibus.

Svbrigere ſignificat ſuſum erigere; quo verbo ruſtici vtuntur, quum tritæ fruges ad ventilandum in areis eriguntur. Virgil. Æn. lib. iiij: Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſurrigit auris.

Lingvlacæ, locutuleiæ; à procacitate linguæ & loquendi proprietatem trahunt. Plautus in Caſina: —Lingulaca eſt, nam numquam tacet.

Fvres ſignificantiam habent à furuo, quod Romani veteres atrum appellauerint, & quod per obſcuras atq. atras noctes opportuna ſit eius mali effectio, eos dictos fures. Varro Rerum diuinarum lib. xiiij: —Furem ex eo dictum, quod furuum atrum appellauerint; & fures per obſcuras noctes, atq. atras facilius furentur. Homerus: —κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω.

Ventorvm proprietates, & vocabulorum ſignificationes in tractatibus nobilium philoſophorum quæſitas, has apertiſſimas potuimus inuenire.

Evrvm dictum, ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέοντα; quod flatus eius ab oriente ſit hyemali.

Avstrvm, qui Græce νότος, dictum ab humore & nebula, quod νοτὶς Græce humor Latina interpretatione dicatur; ac ſit is ventus ſudoris effector, vt eſt Homeri; —κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς.

Circivm, à turbine ac vertigine.

Boream, hoc eſt Aquilonem, ἀπὸ τῆς βοῆς, quod ſonorus ſit, & procelloſus. Homerus: Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων. Et in alio loco:

Οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάα ποτὶ χέρσον
Πόντοθεν ὀρνύμενον πνοιῇ βορέω ἀλεγεινῇ.

PENI, PENVS vel PENORIS, ſic enim à plurimis declinatum eſt, proprietatem docti veteres hanc eſſe voluerunt, quod, quæ in ea ſunt, quaſi penitus, & in penetralibus recondantur: Hoc in antiquis libris, & philoſophorum tractatibus inuenitur.

LÆVVM ſignificari veteres putant quaſi à leuando. Virgilium quoque ſub hac oſtentatione poſuiſſe voluerunt, Georgic. lib. iiij: —Si quem Numina læua ſinunt, auditq. vocatus Apollo. Ennius Annali lib. iij: Olim de cælo læuum dedit inclytus ſignum.

RVDENTES ea cauſſa ſapientiſſimi dictos volunt, quod funes, quum vento verberentur, rudere exiſtimentur; atq. hunc ſonum proprium funium non aſinorum putant.

INFESTI proprietatem hanc eſſe Nigidius voluit, quaſi nimium feſtinantis ad ſcelus, vel ad fraudem.

MATVRARE non, vti conſuetudo eſt, properare dicendum eſt, ſed cum modo ſtudium adhibere feſtiuum; à maturitate dictum, quæ ratione naturæ modificatione quadam nec præcipitatur, ne præcox quid fiat; neque differtur, ne ſenio diſſoluatur. Virgil. Georg. lib. j: Multa forent quæ mox cælo properanda ſereno Maturare datur.

LICTORIS proprietatem à ligando dictam vetuſtas putat; ita enim carnificis officium antiquitus fungebatur: M. Tull. pro Rabirio: Lictor, inquit, colliga manus.

SORORIS appellationem veteres eleganti interpretatione poſuerunt ; itaque maximi iuris ſcribtores exprimendam putauerunt. Antiſtius Labeo : Soror , inquit, appellata eſt, quod quaſi ſeorſum naſcitur,ſeparaturque ab ea domo in qua nata eſt.

LVES a rebus ſoluendis propoſita. Licinius Macer Annalib. lib. ij : Nequaquam ſui lauandi reluant arma lue.

HVMANITATEM non ſolum, vti nunc conſuetudine perſuaſum eſt,de beniuolentia,dexteritatem,quoque communitatem veteres dicendam putauerunt,quam Græci φιλανθρωπίαν vocant ; ſed honeſtorum ſtudiorum & artium appetitum, quod nulli animantium generi abſque hominibus conceſſa ſit. Varro Rerum human. lib.j: Praxiteles, qui propter artificium egregium nemini eſt paulum modo humaniori *ignotus.*

ADOR frumenti genus,quod epulis & immolationibus ſacris pium putatur;vnde & adorare,propitiare religiones , poteſt dictum videri. Varro de Re ruſtica lib. j. In loco humidiore far adoreum potius ſerunt , quam triticum. Virgilius lib. vij:---Et adorea liba per herbam Subijciunt epulis.

FACIEM,totius corporis formam, πρόσωπον,id eſt os , poſuit antiquitas prudens; vt ab aſpectu ſpecies,& a fingendo figura,ita a factura corporis facies. Plautus Pœnulo : Sed earum nutrix qua ſit facie, mihi expedi. Statura non magna, corpore aquilo. Ipſa eſt. Pacuuius Nyptra : ---Ætate integra : Feroci ingenio , facie procera.

Salluſtius Hiſt. lib. ij: Sardinia in Africo mari facie veſtigij humani, in occidentem quam in orientem latior.

Vestibvla quidam putant ſub ea proprietate diſtincta, quod in primis ingreſſibus, & in ſpatijs domorum Veſtæ, hoc eſt aræ ac foci ſoleant haberi. Sed ſiue ſic intellegi debent, non abhorreat vocabuli proprio. Inuenitur etiam apud veteres doctos veſtibula ob eam ſignificantiam dicta, quod in his locis, ad ſalutandos dominos domorum quicumque veniſſent, ſtare ſoleant, dum introeundi daretur copia; atq. ob hanc conſtitionem, & quaſi ſtabulationem primos ingreſſus domorum veſtibula nominatos. Cicero in Orat. Veſtibula nimirum honeſta, adituſque ad cauſſam faciet.

Bidentes qui æſtimant ob eam cauſſam oues à Virgilio dictas, quod duos dentes habeant, peſſime ac vitioſe intellegunt. Nam nec duos dentes habent, & hoc quidem & genus monſtri eſt; & melius intellegi poteſt, ſi biennis dixerit auctoritate Pomponij in Atellana: Mars, tibi voueo facturum, ſi vnquam redierit, Bidenti verre. — Laberius in Paupertate: Viſus hac nocte bidentis propter viam facere. Et Nigidius Figulus dicit bidental vocari, quod bimæ pecudes immolentur.

Ivgeri proprietatem Varro deſignat, de Re ruſtica primo: In agro Romano ac Latino, iugeris; iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare poſſint.

Fænvs ab eo dictum eſt, quod pecuniam pa-

riat inſequenti tempore, quaſi fetus, aut fetura. Nam & Græce τόκος dicitur ἀπὸ τοῦ τίκτειν, quod eſt parere. Varro lib. iij. De Latino ſermone. Fænus autem dictum à fetu, & quaſi fetura quadam pecuniæ. Nam & Catonem, & ceteros antiquiores ſine a litera fenus pronuntiaſſe contendit, vt fetus, & fecunditas.

RECEPTITIVM ſeruum quidam ab ea proprietate dictum volunt, vt ſi nequam & nihili ſit, qui venumdatus ob aliquod vitium aut malefactum à diſtractore recipiatur. Sed Vera hæc eſt eius nominis interpretatio, quem in data dote aut donatione quis exceperit, quod eſt proprie receperit. Plautus Trinummo: Poſticulum hoc recepit, quum ædes vendidit. Cato: Mulier & magnam dotem dat, & magnam pecuniam retinet: ex ea igitur re familiari, ex qua ſibi dote data retinuit pecuniam *viro mutuam dat; eam pecuniam*, a viro forte irata repetere inſtituit; apponit ei flagitatorem receptitium, hoc eſt proprium, ſeruum, quem reliqua pecunia receperat, nec dederat doti, ſed exceperat. Cic. de Orat. lib ij: Sed dicet te, quum ædis venderes, ne in rutis quidem cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe.

SITICINES, vt liticines à lituo, vt tubicines a tuba; ita ſiticines, qui apud funeratos, vel vita functos, & ſepultos, hoc eſt iam ſitos, canere ſoliti erant honoris cauſſa cantus lamentabilis. Hoc in libris Coniectaneis Atei Capitonis inuenitur, & Cato id vocabulum indubitanter appoſuit.

IVMENTVM à iungendo veteres dictum putant, g litera in eo nomine attrita. Nam & vecta-

bulum dicunt, quod nunc vehiculum dicitur.

Arcera plauſtrum eſt ruſticum tectum vndique quaſi arca. Hoc vocabulum & apud Varronem, & apud M. Tullium inuenitur. Hoc autem vehiculi genere ſenes & ægroti vectari ſolent. Varro γεροντοδιδασκάλῳ: Vehebatur cum vxore vehiculo ſemel aut bis in anno cum arcera: *ſi non vellet, non ſterneret.

Tropæi ſignificantiam propriam Varro Bimarco oſtendit: Ideo fuga hoſtium Græce vocatur τροπή: hinc ſpolia capta fixa in ſtipitibus appellantur tropæa.

Luxum, id eſt, vulſum, & loco motum, quod nunc luxari ignari Latine dicimus. Inde luxuria, quia a recta viuendi via ſit excluſa & eiecta.

Colinam veteres coquinam dixerunt, non vt nunc vulgus putat. Varro Modio: Et hoc intereſt inter Epicurum, & ganeones noſtros, quibus modulus eſt vitæ colina. Plautus Muſtell. Exi è colina ſis foras, maſtigia, Qui mihi inter patinas exibes argutias. Varro de vita populi Romani lib. j: Qua fini ſit antica, & poſtica In poſtica parte erant, colina; dicta ab eo quod ibi colebant ignem. Locupletiorum domus quam fuerint anguſtijs paupertinis coactæ, ipſa nomina declarant.

Modeſtum a modico; hoc eſt a moderato, poſitum. Varro Modio: Non eos optume vixiſſe, qui diutiſſimè vixent, ſed qui modeſtiſſime; id eſt modice.

Infans a non fando dictus eſt. Cic. in Orato-

re: Nam & infantes actionis ſæpe fructum tulerunt. Et eſt quod aut dici non debeat, aut fari non poſſit. Nam & infantes vſque eo appellandi ſunt, donec cœperint fari. Lucilius lib. xviij: Vt pueri infantes faciunt mulierculam honeſtam. Et xv: Vt pueri infantes credunt ſigna omnia aëna Viuere, & eſſe homines. Virgil. Æn. lib ij: Infandum, regina, iubes renouare dolorem. Varro ὄνος λύρας: Voces Amphionem tragœdum, iubeas Amphionis agere partis; infantiorem quam meus eſt mulio. Accius Athamante: Priuſquam infans facinus oculi veſcuntur tui. Varro Eumenidibus: Poſtremo nemo ægrotus quicquam ſomniat Tam infandum, quod non aliquis dicat philoſophus. Cicero de Orat. lib. iij: Modo hoc conſtet, neq; infantiam eius, qui rem nouerit, ſed eam explicare dicendo non queat; neq. inſcitiam illius, cui res non ſuppeditat, at verba non deſint, eſſe laudandam.

SARCINARICIS, non, vt quidam volunt, ſarcitricis, quaſi a ſarciendo; ſed magis a ſarcinis; quod plurimum veſtium ſumant. Varro ὄνος λύρας: Homines ruſticos in vindemia incondita cantare; ſarcinatricis in machinis.

PETAVRISTÆ a veteribus dicebantur qui ſaltibus vel ſchemis leuioribus mouerentur; & hæc proprietas a Græca nominatione deſcendit, ἀπὸ τοῦ πετᾶσθαι. Varro Epiſtola ad Cæſarem: Conuocat Ptolomæum cinædologon, Nicona petauriſten, Diona αὐλοποιόν. Idem de vita pop. Rom. lib. ij: Nec minus alio in genere ſunt ludi vellitis Galli, Germani petauriſtæ.

Cvriam a cura dictam Varro deſignat, de vita pop. R. lib. ij. Itaq. propter curam locus quoq. quo ſuam quiſq. domum Senator confert, curiam appellat.

Legionvm proprietatem a dilectu militum. Varro de vita populi R. lib.iij. dictam interpretatur: Tum appellatus eſt dilectus, vt ab electione legio; ab hac ſuperuacaneorum conſuetudine adſcribuntur.

Assas, nutrices, difficilis multi exiſtimant intellectus. At vero acri intentione potuimus indagare, ob eam proprietatem officij eo nomine nuncupari, quod aſſint his quos nutriant, nec vel exiguo diuellantur; vnde aſſeculas, ab eo, quod aſſint & omnibus iuſſis dominorum præſto ſint, eſſe vocitatos.

Enixæ dicuntur feminæ nitendi, hoc eſt conandi & dolendi labore perfunctæ, a Nixis, quæ religionum genera parientibus præſunt; ſed eligantior intellectus, vt ex hoc dictæ eſſe credantur, quod vinculis quibuſdam periculi, quibus implicarentur, fuerint exſolutæ: nexum enim dicimus arctum & colligatum. Plautus in Amphit. id probat, dicens; Vno labore exſolueret erumnas duas.

Remvlcare dictum, quaſi molli & leni tractu ad progreſſum mulcere. Siſenna hiſtoriæ lib. ij: Siquæ celeriter ſolui poterat, in altum remulcare trahit.

Congenvlare eſt genu replicato cadere. Siſenna Hiſt. lib iij: Multi plagis aduerſis & congenulati, Romanis præcipitatis ipſi ſupra voluti in caput.

AGILEM, celerem; ab agendo. Siſen. Hiſt. lib. iij: Agilem dari, facilemq. victoriam, neq. foſſas aut bellum remoratum.

EXPEDITI, & IMPEDITI ex vna proprietate habent vocabuli cauſſam, aut exſolutis pedibus, aut illigatis. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Inermos armati, impeditos expediti ſine vllo ſuorum vulnere cunctos interficiunt.

TESTVDINES ſunt loca in ædificijs camerata, ad ſimilitudinem aquatilium teſtudinum, quę duris tergoribus ſunt & incuruis. Virg. Æn. lib. j: Tum foribus Diuæ media teſtudine templi. Siſenna Hiſt. lib. iiij: C. Titinnius quidam, cui minus proprietas menis ab natura tradita videretur, primo ante teſtudinem cōſtitit; deinde apud Conſulem cauſſam atq. excuſationem præferre cœpit.

INSINVARI eſt immitti, quaſi ſinu accipi. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Agmen perturbatum pedites inſinuant, ac loco commouent.

ADOLERE verbum eſt propriè ſacra reddentium, quod ſignificat votis ac ſupplicationibus numen auctius facere; vt eſt in hiſdem, Macte eſto: & intelligi debet ab eo quod eſt adoleuit, id eſt, creuit; & adultum, quod eſt auctum, & aut ætate aut aliqua cauſſa maius ſolito factum, ducere proprietatem. Virgil. Æn. lib. j: Cura penum ſtruere & flammis adolere penates. Idem in ſeptimo: — Adolet quum altaria tædis. Et in Bucolicis: Verbenaſq. adole pinguis, & maſcula tura; quod eſt adde, cumula. Et Georgic. lib. iiij: — Panchæis adoleſcunt ignibus aræ.

ACCENSI genus militiæ eſt adminiſtrantibus

proximum. Vario Rhetoricorum lib. xx: Vt Conſules ac Prætores qui ſequuntur in caſtra, accenſi dicti, quod ad neceſſarias res ſæpius accian-tur velut acceriti, quos nunc dicimus, deputati.

Nefarii proprietatem lib. j. De vita populi Rom. Varro patefacit, a farre quod, adoreum eſt, in quo ſcelerati vti non debeant; Non triticum, ſed far. Hoc quoq. idem adſignficat, quod qui indigni ſunt qui viuant, nefarij vocantur.

Adoreum quoq. ab eo dictum putat, quod cibi ora, id eſt principium, ſit far.

Propitium dicimus prorſus pium, aut propriè pium; vt apud Terentium Adelph.--- Quam ea quæ parentes propitij. aut certe porro pium, quod eſt vehementer & valde; vt apud eundem Terentium in prologo Andriæ: Dehinc vt quieſcant porro moneo, & deſinant Maledicere, male facta ne noſcant ſua.

Impancrare eſt inuadere; verbum à Græco tractum, quaſi πᾶν κρέας conſumere. Varro: Eccleſiam in regiam arcam impancrarunt.

Mansuetum dictum eſt, quaſi manu aſſuetum, quod omnia quæ ſunt natura fera, manuum permulſione miteſcant. Vnde Virg. Georgic. lib. iij; --- Et plauſæ ſonitum ceruicis amare. Et Æn. lib. vij. Ille manum patiens. quoniam ſupra dixerat; Pectebatq. ferum, puroque in fonte lauabat.

Cinnus eſt commixtio plurimorum; vnde & concinnare dicitur. Cicero in Orat. Eſt autem quidam interiectus inter hos medius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec flu-

mine vtens ſuperiorum, vt cinnus amborum, neutro excellens, vtriuſq. particeps, vel vtriuſque, ſi verum quærimus, potius expers.

ENVCLEATE dicitur, purgate, exquiſite, & ſine aſperitate, aut duritia; ab eo quod nucibus ſeparatis, id eſt teſtis, nuculeorum vtilis vſus habeatur. Cic. in Oratore: Modo id eliganter, enucleateq. faciat, eum ſolum Attice dicere. Idem Tuſcul. lib. iiij: Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate diſputant.

ROTVNDVM a rota dictum eſt, vel rota a rotundo; & eſt rotundum, collectum, & per omnem circuitum ſine offenſione aſperi, aut anguli leue; quam ſignificantiam Cicero in Orat. etiam ad humani ingenij tranſtulit formam: Theodectes autem præfractior, nec ſatis, vt ita dicam, rotundus, primus inſtituit dilatare verbis.

RABVLA a rabie dictus eſt, quem nunc aduocatum, vel cauſſarum patronum dicamus. Cicero in Oratore: Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum & perfectiſſimum quęrimus. Inde & Sall. Canina, vt ait Appius, fecundia exercebatur.

MERIDIES manifeſte medius dies. Cic. in Oratore: Iam videtur, neſcire dulcius; ipſum meridiem, cur non medidiem?

INEPTI proprietatem Cic. de Orat. lib. ij. patefecit: Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non ſit aptus.

DEVORSORIA dicta ſunt hoſpitia, a deuortendo. Cic. de Orat. lib. ij. Quieſcam in Cæ-

ſaris ſermone, quaſi in aliquo opportuno deuorſorio.

SANNIONES dicuntur a ſannis, qui ſunt in dictis fatui, & in motibus, & in ſchemis, quos moros vocant Græci. Terentius in Eunucho: --- Solus Sannio ſeruat domi. Cic. de Orat. l. ij: Quid enim poteſt tam ridiculum, quam Sannio eſt? qui ore, vultu, imitandis motibus, voce, deniq. corpore, ridetur ipſo.

HEREDIOLI proprietatem indicat Varro de Re ruſt. lib. j: Bina iugera, quod a Romulo primum diuiſa viritim, quæ heredem ſequerentur, heredium appellarunt.

LEGVMINA Varro De Re ruſtica lib. j: Dicta exiſtimat, non quod ſecentur, ſed quod legantur: Cetera quæ velluntur *è terra non ſubſecantur, quæ quod ita leguntur*, legumina dicta

PORCÆ agri quam dicimus, ſignificantiam, Varro deſignat de Re ruſt. lib. j: Qua aratrum vomere lacunam ſtriam facit, ſulcus vocatur; quod eſt inter duos ſulcos elata terra dicitur porca, quod ea ſeges frumentum porricit. Accius Parergorum lib. j: Bene proſciſſas coſſigerare ordine porcas, bidenti ferro rectas dereuere. Porcæ ſunt ſigna ſulcorum, quę vltra ſe iaci ſemina prohibeant; porcere enim prohibere ſæpius legimus.

OCCATIONIS proprietas his indicijs aperitur. Varro de Re ruſt. lib. j: Et poſtea occare, id eſt comminuere, ne ſit gleba, quod ita occidunt, occare dictum. Serenus: Occatio occæcatio eſt.

POMORVM a Varrone proprietas explanata eſt; de Re ruſt. lib. j: A quam addi cotidie veſperi,

à quo, quod indigent potui, poma dicta eſſe poſſunt.

FRACCESCERE, tamquam fricari, & putrefieri vetuſtate. Varro de Re ruſt. lib. j: Hæc, de qua fit oleum, congeri ſolet aceruatim dies ſingulos in tabulata, vt ibi mediocriter fracceſcat.

LIXARVM proprietas hæc eſt, quod officium ſuſtineant militibus aquæ vehendæ; lixam namq. aquam veteres vocauerunt; Vnde elixum dicimus, aqua coctum. Lix etiam cinis dicitur, vel humor cineri mixtus; Nam etiamnunc id genus lexiuium vocatur. Varro de vita pop. Rom. lib. j: Proinde vt elixum panem ex farre & aqua frigida fingebant.

CALONVM quoq. proprietas hæc habetur; quod ligna militibus ſumminiſtrent: κᾶλα enim Græce ligna dicuntur, vt Homerus: πολλά τε ξύλ' ἐπέσσυτο.

CONFLVGES, loca in quæ riui diuerſi confluant. Liuius Andromeda: Confluges vbi conuentu campum totum inhumigant.

CONSEDO, a conſedendo, vt aſſedo, vel aſſeſſor. Caſſius Hemina Annalium lib. iiij: Nemo vicinus conſedo.

CONTICINIVM, noctis primum tempus, quo omnia quieſcendi gratia conticeſcunt. Auctores multi ſunt mihi, ſed auctoritate deficiunt.

DELIBRATVM, decorticatum; vt deartuatum per artus diſciſſum. Virgil. Georg. lib. ij: --- Vdoq. docent moleſcere libro.

EXTEREBRARE eſt vi aliquid extorquere, & ſcrutari, aut curioſius quærere. Plautus in

Aſtraba: Cum in curioſum iocaretur, terebratum quidem pertundis.

Grvmæ ſunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur, & conueniunt viæ. Eſt autem gruma, menſura quædam, qua fixa viæ ad lineam dirigantur, vt eſt agrimenſorum, & talium. Ennius lib. xviij: Gruma dirigere dixit, degrumari ferrum. Lucillius lib. iij: — Viamque Degrumabis, vt caſtris menſor facit olim.

Lvcvlentvm, pulchrum, & bonum, & perſpicuum; dictum a luce. Licinius Macer Annali lib. j: Auſpicia pulchra & luculenta commemorat. Plautus Cornicul. Pulchrum & luculentum hoc nobis hodie euenit prælium.

Logi a Græco ſermone, vel dicta ridicula & contemnenda. Cicero pro Callio: Ego te certo ſcio omnes logos, qui ludis dicti ſunt animaduertiſſe. Turpil. Canephoro: — Teſtamentum ergo celabis? logi.

Fvlgvratoris, vt extiſpicis, & haruſpicis, ita hi fulgurum inſpectores. Cato de moribus Claudi Neronis: Haruſpicem, fulguratorem ſiquis adducat.

Moletrina, a molendo, quod piſtrinum dicimus; vt feratrina, vt fœtutina. Cato in Thermum: Neruo, carcere, moletrina.

Panis proprietatem a paſcendo putant veteres æſtimandum. Varro de vita populi Ro. lib. j: Paſtillos, & panes, hæc vocabula paſtus, quod eſſe paſcere dicebant.

Mvstvlentvm, & vinvlentvm, vt fæculentum. Plautus Ciſtell. Nam ita muſtulen-

tus æſtus nares attigit; vt ſit odor muſti,aut muſto oblitus ac madens.

CONVICIVM dictum eſt, quaſi è vicis iocum, qui ſecundum ignobilitatem loci maledictis & dictis turpibus cauilletur

PROLVBIVM eſt * patere amicitiam & fidem. Accius Andromeda:— Muliebre ingenium, prolubium, occaſio. Nonius Colace: Et volo, & vereor, & facere in prolubio eſt. Laberius Compitalibus: Quo quidem me a matronali pudore prolubium meretricis progredi coegit. Varro de lingua Lat.lib.v.Prolubiem & prolubidinem dici ab eo quod lubeat; vnde etiam lucus Veneris Lubentinæ dicatur,

PEDATO poſitum pro repetitu, vel acceſſu, quaſi per pedem; ſicuti nunc vulgo dicitur, tertio pedato. Cato Orig.lib. j: Igitur tertio pedato bellum nobis facere. Idem in diſſuaſione de fęneratione: Tertio autem pedato item ex fænore diſcordia excreſcebat.

PRÆCLAVIVM, pars veſtis quæ ante clauum texitur. Afranius Homine: Tertium diem pręclauium vnum texere. Idem Fratrijs: Mea nutrix ſurge, ſi vis, profer purpuram, Præclauium, contextus.

PROPAGES eſt ſeries & affixio continua, vel longe ducta: pages enim, compactio, vnde compages, & propagare, id eſt genus longe mittere. Pacuuius Antiopa: Saluete gemini mea propages ſanguinis. Ennius: Nobis vnde forent fructus, vitæq. propagmen.

PRÆGREDITVR, anteuenit; dictum a gradu.

du. Pacuuius Tantalo: Extremum intra camterem ipſum prægradat Parthenoreum.

Promicare, extendere, & porro iacere; vnde emicare. Nęuius Agrypnuntibus: Siquidem loqui vis, non perdocere, multa longe promicanda oratio eſt.

Prævius dictus eſt antecedens. Cicero: Alcyon hunc genuit claudis delapſus ab aſtris, Præuius auroræ ſolis, noctiſque ſatelles.

Digladiari dictum eſt diſſentire, & diſſidere; dictum a gladijs. Cicero Academicorum lib. j: Quid autem ſtomachatur Mneſarchus? quid Antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus? Idem iij: Digladiari autem ſemper, depugnare in facinoroſis & audacibus, quis non cum miſerrimum, tum etiam ſtultiſſimum dixerit.

Æqvor, ab æquo & plano, Cicero Academic. lib. ij. vocabulum accepiſſe confirmat: Quid tam planum videtur, quam mare? e quo etiam æquor illud poetæ vocant.

Mæniana ab inuentore eorum Mænio dicta ſunt; vnde & columna Mænia. Cic. Acad. lib. iiij: Item ille quum æſtuaret, veterum vt mænianorum, ſic Academicorum vmbram ſecutus eſt.

Natrices dicuntur angues natantes. Cic. Academicorum lib. iiij: Sic enim vultis, tantam vim natricum, viperarumque fecerit? Lucillius Satyr. lib. ij: Si natibus natricem impreſſit craſſanr & capitatam.

Exsvltare dictum eſt exſilire. Cicero Acad. lib. iij: Et vt nos nunc ſedemus ad Lucri-

num, piſciculoſque exſultantes videmus. Virgil. Æn. lib. iij: Exſultantque vada, atque æſtu miſcentur arenæ.

EXCORDES, CONCORDES ſue ex corde ſignificantiam ducunt. Cic. Tuſc. lib. j: Aut vnde, magna diſſenſio eſt. Alijs cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vaccordes, concordeſque dicuntur.

MANVM dicitur clarum; vnde etiam mane, poſt tenebras noctis diei pars prima: inde Matuta, quæ Græce Leucothea. Nam inde volunt etiam deos Manes manes appellari, id eſt bonos ac proſperos, quod melior mors ſapientioribus quam vita probetur. Cic. Tuſc. lib. j: Quid Ino Cadmi filia? nonne Λευκοθέα nominata a Græcis, Matuta habetur a noſtris? Inde immanes, non boni, vt ſæpe.

FODICARE eſt fodere; a fodiendo dictum. Cic. Tuſcul. lib. iij: Non eſt enim in poteſtate, fodicantibus eis rebus, quas malas opinamur, diſſimulatio vel obliuio.

POLITIONES, agrorum cultus diligentes, vt polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta. Ennius Sat. lib. iij: Teſtes ſunt lati campi, quos gerit Africa terra politos. Idem Annali libro nono: Raſtros dentefabres capſit cauſſa poliendi Agri. Varro: Quid mirum? ex agri depolitionibus eijciuntur; Hic in cænaculo polito recipiuntur.

PRÆFICÆ dicebantur apud veteres, quę adhiberi ſolent funeri mercede conductæ, vt & flerent, & fortia facta laudarent. Plautus in Friuola-

ria: Superaboq.omnes argutando præficas. Idem Truculento:---præfica, Quæ alios collaudare,a ſe vero non poteſt. Lucillius lib. xxij: ---Mercede quæ Conductæ flent alieno in funere præficæ Multo,& capillos ſcindunt & clamant magis. Varro de vita populi Ro. lib. iiij: Dein næniam cantari ſolitam ad tibias & fides,eorumq.ludiſtricas curſitaſſent; hæc mulier vocitata olim præfica vſque ad Pœnicum bellum.

PARECTATOE, hi qui de pueritia veniunt ad pubertatem; a Græco vocabulo ſumtum. Lucil. lib. viiij: Inde parectatoe,chlamydes,ac barbula prima. Idem viceſimo: Tuum ephebum quemdam, quem vocant parectaton. Varro de compoſitione Satyrarum: Parectatæ adſunt, mulierque mulier Venus caput.

PROLETARII dicti ſunt plebei, qui nihil Reip. exhibeant, ſed tantum prolem ſufficiant. Cato de tribunis militum: Expedito pauperem plebeium, atque proletarium. Caſſius Hemira Annali lib. ij: Tunc Marcus præco primum proletarios armauit. Varro de vita populi Romani lib. j: Quibus erant pecuniæ ſatis locupletis, aſſiduos; contrarios proletarios. * Aſſiduo neminem vindicem voluerunt locupleti.

PROSAPIES, generis longitudo; dicta a proſupando; aut proſerendo. Cato Orig. lib. j: Veteres proſapia: & multa alia apud multos.

OPTIONES in cohortibus,qui ſunt honeſti gradus,vt optatos, quod eſt electos;& adoptatos,

quod aſcitos, Varro de vita populi Ro. lib iij. exiſtimat appellatos: Referentur Centurionib. adoptati in cohortes ſubibant, vt ſemper plenæ eſſent legiones; a quo optiones in turmis decurionum, & in cohortibus centurionum appellati.

INCIPIT DE HONESTIS ET NOVE. VETERVM *dictis per literas.*

A.

APVD, iuxta. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Dum priſtinum vinum apud ignem per ſudorem corpore exhauſerunt. M. Tull. de offic. Cuius focum mirari ſolitus Cato, apud quem ille ſedens Samnitum quondam hoſtium, iam clientium ſuorum munera repudiauerat. Et de orat. lib. ij: Quum etiam tum in lecto Craſſus eſſet, & apud eum Sulpitius ſederet.

APISCI, inuenire. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Itaque poſtero die legatos Iguuium redeuntis apiſcitur.

ABSTEMIVS eſt, * immo ſcit, quo rete leporem tenebat, lupum non teneri. Apuleius in ſe fuiſti quondam Athenis paucius atque abſtemius: in libro Ludicrorum. Lucil. Sat. lib. vj: ---Thaunomeno, inquit, valua ſororem Lanificam dici ſiccam, atque abſtemiam vbi audit. Varro de vita pop. Rom. lib. j: Quantopere abſtemias mulieres voluerint eſſe vel ex vno exem-

plo poteſt videri.

Adipatvm veteres honeſte pro pingui, & ſucculento,& opimo poſuerunt. Cicero in Orat. Adſciuerunt ſuis artibus opimum quoddam & tamquam adipatæ dictionis genus.

Adamare. Cic. Academic. lib. ij: Qui enim ſerius honores adamauerunt, vix admittuntur ad eos, nec ſatis commendari multitudini poſſunt eſſe.

Astipvlari poſitum eſt aſſentiri. Cicero in Academicis libro iiij: Falſum eſſe, Stoici dicunt, & eorum aſtipulator Antiochus.

Addictvm eſt, quaſi deuotum, vel obnoxium. Cic. Tuſcul. lib. ij: Qui certis quibuſdam deſtinatiſque ſententijs quaſi addicti & conſecrati ſunt.

Aqvilex. Varro Quinquatribus: An hoc præſtat Herofilus Diogene, quod ille è ventre aquam mittit? an hoc te iactas? at hoc pacto vtilior te Tuſcus aquilex.

Æqvimentvm poſitum eſt, non æquamentum, quaſi parem vicem; ſed merces, pro eo quod dicitur admiſſum. Varro Sexageſi: An ſi equam emiſſes quadripedem, vt meo aſino Reatino admitteres, quantum popoſciſſem, dediſſes æquimenti?

Ærificivm dictum, quod fit ex aëre. Varro γνῶθι σεαυτόν: Nihil ſunt veſtræ policis veſtræ, quas aerificæ duxti.

Aplvdas frumenti furfures dicunt ruſtici veteres; hoc in antiquis inuenitur, quorum in dubio eſt auctoritas: quanquam & Plautus in Aſtra-

mine vtens ſuperiorum, vt cinnus amborum, neutro excellens, vtriuſq. particeps, vel vtriuſque, ſi verum quærimus, potius expers.

ENVCLEATE dicitur, purgate, exquiſite, & ſine aſperitate, aut duritia; ab eo quod nucibus ſeparatis, id eſt teſtis, nuculeorum vtilis vſus habeatur. Cic. in Oratore: Modo id eliganter, enucleateq. faciat, eum ſolum Attice dicere. Idem Tuſcul. lib. iiij: Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate diſputant.

ROTVNDVM a rota dictum eſt, vel rota a rotundo; & eſt rotundum, collectum, & per omnem circuitum ſine offenſione aſperi, aut anguli leue; quam ſignificantiam Cicero in Orat. etiam ad humani ingenij tranſtulit formam: Theodectes autem præfractior, nec ſatis, vt ita dicam, rotundus, primus inſtituit dilatare verbis.

RABVLA a rabie dictus eſt, quem nunc aduocatum, vel cauſſarum patronum dicamus. Cicero in Oratore: Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, ſed doctiſſimum & perfectiſſimum quęrimus. Inde & Sall. Canina, vt ait Appius, facundia exercebatur.

MERIDIES manifeſte medius dies. Cic. in Oratore: Iam videtur, neſcire dulcius; ipſum meridiem, cur non medidiem?

INEPTI proprietatem Cic. de Orat. lib. ij. patefecit: Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non ſit aptus.

DEVORSORIA dicta ſunt hoſpitia, a deuortendo. Cic. de Orat. lib. ij. Quieſcam in Cæ-

ſaris ſermone, quaſi in aliquo opportuno deuorſorio.

Sanniones dicuntur a ſannis, qui ſunt in dictis fatui, & in motibus, & in ſchemis, quos moros vocant Græci. Terentius in Eunucho: --- Solus Sannio ſeruat domi. Cic. de Orat. l. ij: Quid enim poteſt tam ridiculum, quam Sannio eſt? qui ore, vultu, imitandis motibus, voce, deniq. corpore, ridetur ipſo.

Heredioli proprietatem indicat Varro de Re ruſt. lib. j: Bina iugera, quod a Romulo primum diuiſa viritim, quæ heredem ſequerentur, heredium appellarunt.

Legvmina Varro De Re ruſtica lib. j: Dicta exiſtimat, non quod ſecentur, ſed quod legantur: Cetera quæ velluntur *è terra non ſubſecantur, quæ quod ita leguntur*, legumina dicta

Porcæ agri quam dicimus, ſignificantiam, Varro deſignat de Re ruſt. lib. j: Qua aratrum vomere lacunam ſtriam facit, ſulcus vocatur; quod eſt inter duos ſulcos elata terra dicitur porca, quod ea ſeges frumentum porricit. Accius Parergorum lib. j: Bene proſciſſas coſſigerare ordine porcas, bidenti ferro rectas dereuere. Porcæ ſunt ſigna ſulcorum, quę vltra ſe iaci ſemina prohibeant; porcere enim prohibere ſæpius legimus.

Occationis proprietas his indicijs aperitur. Varro de Re ruſt. lib. j: Et poſtea occare, id eſt comminuere, ne ſit gleba, quod ita occidunt, occare dictum. Serenus: Occatio occæcatio eſt.

Pomorvm a Varrone proprietas explanata eſt; de Re ruſt. lib. j: A quam addi cotidie veſperi,

à quo, quod indigent potui, poma dicta eſſe poſſunt.

FRACCESCERE, tamquam fricari, &putrefieri vetuſtate. Varro de Re ruſt. lib. j: Hæc, de qua fit oleum, congeri ſolet aceruatim dies ſingulos in tabulata, vt ibi mediocriter fracceſcat.

LIXARVM proprietas hæc eſt, quod officium ſuſtineant militibus aquæ vehendæ; lixam namq. aquam veteres vocauerunt; Vnde elixum dicimus, aqua coctum. Lix etiam cinis dicitur, vel humor cineri mixtus; Nam etiamnunc id genus lexiuium vocatur. Varro de vita pop. Rom. lib. j: Proinde vt elixum panem ex farre & aqua frigida fingebant.

CALONVM quoq. proprietas hæc habetur; quod ligna militibus ſumminiſtrent: κάλα enim Græce ligna dicuntur, vt Homerus: πολλά τε ξύλ' ἐπέθεντο.

CONFLVGES, loca in quæ riui diuerſi confluant. Liuius Andromeda: Confluges vbi conuentu campum totum inhumigant.

CONSEDO, a conſedendo, vt aſſedo, vel aſſeſſor. Caſſius Hemina Annalium lib. iiij: Nemo vicinus conſedo.

CONTICINIVM, noctis primum tempus, quo omnia quieſcendi gratia conticeſcunt. Auctores multi ſunt mihi, ſed auctoritate deficiunt.

DELIBRATVM, decorticatum; vt deartuatum per artus diſciſſum. Virgil. Georg. lib. ij: --- Vdoq. docent inoleſcere libro.

EXTEREBRARE eſt vi aliquid extorquere, & ſcrutari, aut curioſius quærere. Plautus in

Aſtraba: Cum in curioſum jocaretur, terebratum quidem pertundis.

Grvmæ ſunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur, & conueniunt viæ. Eſt autem gruma, menſura quædam, qua fixa viæ ad lineam dirigantur, vt eſt agrimenſorum, & talium. Ennius lib. xviij: Gruma dirigere dixit, degrumari ferrum. Lucillius lib. iij:--- Viamque Degrumabis, vt caſtris menſor facit olim.

Lvcvlentvm, pulchrum, & bonum, & perſpicuum; dictum a luce. Licinius Macer Annali lib. j: Auſpicia pulchra & luculenta commemorat. Plautus Cornicul. Pulchrum & luculentum hoc nobis hodie euenit prælium.

Logi a Græco ſermone, vel dicta ridicula & contemnenda. Cicero pro Callio: Ego te certo ſcio omnes logos, qui ludis dicti ſunt animaduertiſſe. Turpil. Canephoro: --- Teſtamentum ergo celabis? logi.

Fvlgvratoris, vt extiſpicis, & haruſpicis, ita hi fulgurum inſpectores. Cato de moribus Claudi Neronis: Haruſpicem, fulguratorem ſiquis adducat.

Moletrina, a molendo, quod piſtrinum dicimus; vt feratrina, vt fœtutina. Cato in Thermum: Neruo, carcere, moletrina.

Panis proprietatem a paſcendo putant veteres æſtimandum. Varro de vita populi Ro. lib. j: Paſtillos, & panes, hæc vocabula paſtus, quod eſſe paſcere dicebant.

Mvstvlentvm, & vinvlentvm, vt fæculentum. Plautus Ciſtell. Nam ita muſtulen-

tus æſtus nares attigit; vt ſit odor muſti, aut muſto oblitus ac madens.

CONVICIVM dictum eſt, quaſi è vicis iocum, qui ſecundum ignobilitatem loci maledictis & dictis turpibus cauilletur

PROLVBIVM eſt* patere amicitiam & fidem. Accius Andromeda:— Muliebre ingenium, prolubium, occaſio. Nonius Colace: Et volo, & vereor, & facere in prolubio eſt. Laberius Compitalibus: Quo quidem me a matronali pudore prolubium meretricis progredi coegit. Varro de lingua Lat. lib. v. Prolubiem & prolubidinem dici ab eo quod lubeat; vnde etiam lucus Veneris Lubentinæ dicatur,

PEDATO poſitum pro repetitu, vel acceſſu, quaſi per pedem; ſicuti nunc vulgo dicitur, tertio pedato. Cato Orig. lib. j: Igitur tertio pedato bellum nobis facere. Idem in diſſuaſione de fęneratione: Tertio autem pedato item ex fænore diſcordia excreſcebat.

PRÆCLAVIVM, pars veſtis quæ ante clauum texitur. Afranius Homine: Tertium diem pręclauium vnum texere. Idem Fratrijs: Mea nutrix ſurge, ſi vis, profer purpuram, Præclauium, contextus.

PROPAGES eſt ſeries & affixio continua, vel longe ducta: pages enim, compactio, vnde compages, & propagare, id eſt genus longe mittere. Pacuuius Antiopa: Saluete gemini mea propages ſanguinis. Ennius: Nobis vnde forent fructus, vitæq. propagmen.

PRÆGREDITVR, anteuenit; dictum a gra-

du.

du. Pacuuius Tantalo: Extremum intra camterem ipſum prægradat Parthenoreum.

PROMICARE, extendere, & porro iacere; vnde emicare. Nęuius Agrypnuntibus: Siquidem loqui vis, non perdocere, multa longe promicanda oratio eſt.

PRÆVIVS dictus eſt antecedens. Cicero: Alcyon hunc genuit claudis delapſus ab aſtris, Præuius auroræ ſolis, noctiſque ſatelles.

DIGLADIARI dictum eſt diſſentire, & diſſidere; dictum a gladijs. Cicero Academicorum lib. j: Quid autem ſtomachatur Mneſarchus? quid Antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus? Idem iij: Digladiari autem ſemper, depugnare in facinoroſis & audacibus, quis non cum miſerrimum, tum etiam ſtultiſſimum dixerit.

ÆQVOR, ab æquo & plano, Cicero Academic. lib. ij. vocabulum accepiſſe confirmat: Quid tam planum videtur, quam mare? e quo etiam æquor illud poetæ vocant.

MÆNIANA ab inuentore eorum Mænio dicta ſunt; vnde & columna Mænia. Cic. Acad. lib. iiij: Item ille quum æſtuaret, veterum vt mænianorum, ſic Academicorum vmbram ſecutus eſt.

NATRICES dicuntur angues natantes. Cic. Academicorum lib. iiij: Sic enim vultis, tantam vim natricum, viperarumque fecerit? Lucillius Satyr. lib. ij: Si natibus natricem impreſſit craſſam & capitatam.

EXSVLTARE dictum eſt exſilire. Cicero Acad. lib. iij: Et vt nos nunc ſedemus ad Lucri-

num, piſciculoſque exſultantes videmus. Virgil. Æn. lib. iij: Exſultantque vada, atque æſtu miſcentur arenæ.

EXCORDES, CONCORDES ue ex corde ſignificantiam ducunt. Cic. Tuſc. lib. j: Aut vnde, magna diſſenſio eſt. Alijs cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vaccordes, concordeſque dicuntur.

MANVM dicitur clarum; vnde etiam mane, poſt tenebras noctis diei pars prima: inde Matuta, quæ Græce Leucothea. Nam inde volunt etiam deos Manes mapes appellari, id eſt bonos ac proſperos, quod melior mors ſapientioribus quam vita probetur. Cic. Tuſc. lib. j: Quid Ino Cadmi filia? nonne Λευκοθέα nominata a Græcis, Matuta habetur a noſtris? Inde immanes, non boni, vt ſæpe.

FODICARE eſt fodere; a fodiendo dictum. Cic. Tuſcul. lib. iij: Non eſt enim in poteſtate, fodicantibus eis rebus, quas malas opinamur, diſſimulatio vel obliuio.

POLITIONES, agrorum cultus diligentes, vt polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta. Ennius Sat. lib. iij: Teſtes ſunt lati campi, quos gerit Africa terra politos. Idem Annali libro nono: Raſtros dentefabres capſit cauſſa poliendi Agri. Varro: Quid mirum? ex agri depolitionibus eijciuntur; Hic in cænaculo polito recipiuntur.

PRÆFICÆ dicebantur apud veteres, quę adhiberi ſolent funeri mercede conductæ, vt & flerent, & fortia facta laudarent. Plautus in Friuola-

ria: Superaboq. omnes argutando præficas. Idem Truculento:---præfica, Quæ alios collaudare, a ſe vero non poteſt. Lucillius lib. xxij: ---Mercede quæ Conductæ flent alieno in funere præficæ Multo, & capillos ſcindunt & clamant magis. Varro de vita populi Ro. lib. iiij: Dein næniam cantari ſolitam ad tibias & fides, eorumq. ludiſtricas curſitaſſent; hæc mulier vocitata olim præfica vſque ad Pœnicum bellum.

Parectatoe, hi qui de pueritia veniunt ad pubertatem; a Græco vocabulo ſumtum. Lucil. lib. viiij: Inde parectatoe, chlamydes, ac barbula prima. Idem viceſimo: Tuum ephebum quemdam, quem vocant parectaton. Varro de compoſitione Satyrarum: Parectatæ adſunt, mulierque mulier Venus caput.

Proletarii dicti ſunt plebei, qui nihil Reip. exhibeant, ſed tantum prolem ſufficiant. Cato de tribunis militum: Expedito pauperem plebeium, atque proletarium. Caſſius Hemira Annali lib. ij: Tunc Marcus pręco primum proletarios armauit. Varro de vita populi Romani lib. j: Quibus erant pecuniæ ſatis locupletis, aſſiduos; contrarios proletarios. * Aſſiduo neminem vindicem voluerunt locupleti.

Proſapies, generis longitudo; dicta a proſupando; aut proſerendo. Cato Orig. lib. j: Veteres proſapia: & multa alia apud multos.

Optiones in cohortibus, qui ſunt honeſti gradus, vt optatos; quod eſt electos; & adoptatos,

quod aſcitos, Varro de vita populi Ro. lib iij. exiſtimat appellatos: Referentur Centurionib. adoptati in cohortes ſubibant, vt ſemper plenæ eſſent legiones; a quo optiones in turmis decurionum, & in cohortibus centurionum appellati.

INCIPIT DE HONESTIS ET NOVE VETERVM *dictis per literas.*

A.

APVD, iuxta. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Dum priſtinum vinum apud ignem per ſudorem corpore exhauſerunt. M. Tull. de offic. Cuius focum mirari ſolitus Cato, apud quem ille ſedens Samnitum quondam hoſtium, iam clientium ſuorum munera repudiauerat. Et de orat. lib. ij: Quum etiam tum in lecto Craſſus eſſet, & apud eum Sulpitius ſederet.

APISCI, inuenire. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Itaque poſtero die legatos Iguuium redeuntis apiſcitur.

ABSTEMIVS eſt, * immo ſcit, quo rete leporem tenebat, lupum non teneri. Apuleius in ſe fuiſti quondam Athenis paucius atque abſtemius: in libro Ludicrorum. Lucil. Sat. lib. vj:---Thaunomeno, inquit, valua ſororem Laniſicam dici ſiccam, atque abſtemiam vbi audit. Varro de vita pop. Rom. lib. j: Quantopere abſtemias mulieres voluerint eſſe vel ex vno exem-

plo poteſt videri.

Adipatvm veteres honeſte pro pingui, & ſucculento, & opimo poſuerunt. Cicero in Orat. Adſciuerunt ſuis artibus opimum quoddam & tamquam adipatæ dictionis genus.

Adamare. Cic. Academic. lib. ij: Qui enim ſerius honores adamauerunt, vix admittuntur ad eos, nec ſatis commendari multitudini poſſunt eſſe.

Astipvlari poſitum eſt aſſentiri. Cicero in Academicis libro iiij: Falſum eſſe, Stoici dicunt, & eorum aſtipulator Antiochus.

Addictvm eſt, quaſi deuotum, vel obnoxium. Cic. Tuſcul. lib. ij: Qui certis quibuſdam deſtinatiſque ſententijs quaſi addicti & conſecrati ſunt.

Aqvilex. Varro Quinquatribus: An hoc præſtat Heroſilus Diogene, quod ille è ventre aquam mittit? an hoc te iactas? at hoc pacto vtilior te Tuſcus aquilex.

Æqvimentvm poſitum eſt, non æquamentum, quaſi parem vicem; ſed merces, pro eo quod dicitur admiſſum. Varro Sexageſi: An ſi equam emiſſes quadripedem, vt meo aſino Reatino admitteres, quantum popoſciſſem, dediſſes æquimenti?

Ærificivm dictum, quod fit ex aëre. Varro γνῶθι σεαυτόν: Nihil ſunt veſtræ policis veſtræ, quas aerificæ duxti.

Aplvdas frumenti furfures dicunt ruſtici veteres; hoc in antiquis inuenitur, quorum in dubio eſt auctoritas: quanquam & Plautus in Aſtra-

ba fabula ita dixerit; cuius incertum eſt, an ſit eius comedia; atque ideo verſus eoſdem ponere ſuperſedimus.

ADVLTERIONEM, pro adultero. Laberius Caprino ; quem ſi quis legere voluerit, ibi inueniet, & fidem noſtram ſua diligentia adiuuabit.

ANTICIPARE poſuerunt veteres præuenire, hoc eſt antecapere. Varro Bimarco:

Ipſe fiſtis dicite labde;
Et viuos contemnitę viui:
Anticipate, atque addite calcar.
Stultos contemnite docti.

AVRIGATVR honeſte poſitum pro moderatur ac regit. Varro Modio: Aſſe vinum, aſſe pulmentarium, ſecundas quo natura aurigatur non neceſſitudo.

ARCHITECTARI. Cic. de fin. bon. & mal. lib. ij: An quod ita callida eſt, vt optime poſſit architectari voluptates?

AIAT, quod eſt dicat. Cic. de finib. bon. & mal. Et Marcus; Quaſi ego id curem, quod ille aiat aut neget.

ANELLVS. M. Tul. de fin. bon. & mal. lib. v: Nec tamen Epicurum licet obliuiſci, ſi cupiam; cuius imaginem non modo in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis, & in anellis habebant.

AMATIO. Plaut. Rudente: Nimis pęne inepta atque odioſa eius amatio eſt.

ADESVM, conſumtum. Siſenna Hiſt. lib. iij: Iiſdem temporibus Æſernini duplici foſſa, valloq.

circumdati, frumento adeſo, quod ex arcis in oppidum portatum eſt.

ATTENDERE, pro intendere, cogitare. Cic. de Orat. lib. j: Nihilne Vobis in mentem venit, quod præterea a Craſſo requiratis? Id me Herculesipſum, inquit, attendo.

ACCOMMODAT, adiugat, applicat. Cicero de Orat. lib. ij: Africano illi ſuperiori coronam ſibi in conuiuio ad caput accommodanti. Virgil. Æn. lib. ij: —Laterique Argiuum accommodat enſem.

AVTVMNITAS, pro autumno. Varro Serrano περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Retinet viatorem meridie prætereuntem fontem; quod autumnitas in anni tetrachordo menſem prєterierat. Idem Quinquatrubus: Cape hanc caducam liberi mollem dapem De fronde Bromiæ autumnitatis vbidam. Neutro: Varro Ephemeride nauali: Eteſiæ diutius & vberius flauerant, & autumnum ventoſum fuerat.

ARITVDINEM, pro ariditate. Varro Meteo. lib j. humanarum: Quandam gentem ſtirpis conquit frigus calore atque humore aritudinem miſcet.

ABORIATVR, pro abortiat. Varro pro Callio vel Fundanio, de admirandis rebus: Vinum quod ibi natum ſit in quodam loco ſi prægnans biberit, fieri vt aboriatur.

ADOLESCENTIARIS. Varro Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐτελείας: Tu quidem vt faciat cenſeo, quoniam tu quoque adhuc adoleſcentiaris.

ANCILLANTVR, pro ſeruiunt. Titinnius

Prælia: Verum enim dotibus deleniti vltro etiam vxoribus ancillantur. Accius Meleagro: Quam inuita ancillans, dicto obediens viri.

ABSONVM, ſine ſono. Cic. j. de Orat. Sed ſunt quidam aut ita lingua heſitantes, aut ita voce abſoni.

ALGV, pro algore: Accius Andromeda: Miſera obualla ſaxo, ſenio, pædore, alguq. & fame. Varro ἔχω σε, ἢ περὶ τύχης: Leges ruina ne iacentem ſubdealbet algudanti frigore. Lucillius: Nam tam algu atque nigrore maius. Lucretius lib. iij: —Morbis, alguque fameque.

ÆTATEM poſitum pro ſæpe, ac diu. Plautus Aſin. Adeo vt ætatem ambo ambobus ſint obnoxij. Idem eadem: Ætatem velim ſeruire, Libanum qui conueniam modo.

ALTILE, non ſolum pingue, ab alendo; verum etiam epulentum. Plautus Ciſtellaria: Prohibet diuitiis maximis, dote altili atque opima.

ASSVLATIM, vt minutatim. Plautus Captiuis: Priuſquam putando aſſulatim foribus exitium dabo. Næuius Pullis: Eſcam hic iure inops pullo da adſcintille ſimul aſſulatim vis aias ſumit cibum. Plautus Menæchmis: Niſi dedolabo aſſulatim viſcero.

ANXITVDO. Accius Euryſace: Perſuaſit mœror, anxitudo, error, dolor. Idem armorum iudicio: Vbi cura eſt, ibi anxitudo; acerba ibi cuncta conſiliorum ratio & fortunæ. Sic M. Tul. de Repub. lib. ij: Quartaque anxitudo prona ad luctum, & mærens, ſemperq. ipſa ſe ſollicitans. Pacuuius Hermiona: Triſtitia, atque animi intoleran-

da anxitudine.

Albitvdinem, pro albore. Plautus Trinummo; Vbi habet, & item alterum ad iſtanc capitis albitudinem.

Adhesvm a coherendo dixit Lucretius lib. iij: Nam neq. pulueris interdum ſentimus adheſum. Item lib. iiij: Tenue, locis quia non potis eſt affigere adheſum.

Amolimini eſt recedite, vel tollite. Terentius in Andria. Proinde hinc vos amolimini; nam mihi impedimento eſtis. Pacuuius Hermiona: Non tu te è conſpectu hinc amolire? Idem Antiopa: Nonne hinc vos propere ſtabulis amolimini? Siſenna Hiſt. lib. iiij: Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur.

Acrimonia eſt animi viuacitas. Næuius Lycurgo: Ne ille mei feri ingenij atq. animi acrem acrimoniam. Accius Neoptolemo: Vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram; acrimoniam.

Abivgat, ſeparat, alienat. Pacuuius Medo: Quæ res te ab ſtabulis abiugat, certum eſt loqui.

Angvstitatem. Accius Oenomao: Saxum id facit anguſtitatem, & ſub eo ſaxo exuberans Scatebra fluuiæ radit rupem. Anguſtitatem dictum pro anguſtia. Accius Alpheſibœa: Sed anguſtitatem incluſam, ac ſaxis ſqualidam.

Assestrix femininum eſt ab eo quod eſt aſſeſſor. Afranius Fratrijs: Dimittit aſſeſtricem, me ad ſeſe vocat.

Atri dies dicuntur, quos nunc nefaſtos, vel poſteros vocant. Afranius Fratrijs: Septembris heri Kalendæ, hodie ater dies.

Aivtamini, pro aiutate. Pacuuius Chryſe: ---Aiutamini & defendite.

Aera, numeri nota. Lucillius lib.xxviiij: Hoc eſt ratio peruerſa, aëra ſumma, & ſubducta improbe.

Appetones ab appetendo dicti. Laberius Virgine: Alienum appetonibus viæ preditæ diuerticulas.

Advocasse, preuocaſſe. Lucil. lib. xxviiij: Amicos, hodie cum illo imprŏbo audiuimus Lucillio aduocaſſe.

Armillvm. Lucil. lib. xxviij: Hinc ad me hunc licet anus rurſum ad armillum.

Advlescentvrire. Laberius: Incipiunt aduleſcenturire, & neſcio quid nugarum facere.

Avxiliatvm, vt ſuppetiatum. Lucretius lib.v: Alituum porro genus alis omne videmus Fidere, & a pennis tremulum petere auxiliatum.

Ardvm, pro aridum. Lucil. lib. xxvj: Ardum, miſerrimum atq. infelix lignum, ſambucum vocant.

Aberrvncare, auertere. Lucil. lib.xxvj: Dij mouerint meliora, amentiam aberruncaſſint tuam. Pacuuius Medo: Poſſum ego iſtam capite cladem auerruncaſſere. M. Tullius de finib. bon. & mal. Dij maluerint meliora, atq. amentiam aberruncaſſim meam.

Apisci, adipiſci. Lucil. lib.xxvj: Vt ego effugiam, quod te in primis cupere apiſci intelligo.

Accepso, accipio. Pacuuius Teucro: Haud ſinam quicquam profari, priuſquam accepſo quod peto.

ADAVCTAVIT, auxit. Accius Æneadis: Quibus rem ſummam & patriam noſtram quondam adauctauit pater.

ADAXINT, adigant. Plautus Aulularia: Vtinam me diui adaxint ad ſuſpendium.

AFFECTARE, afficere. Plautus Baccid.---- Tua flagitia, tua damna, aut diſpoliabula, Quibus patrem, & me, teque, amicoſque omnis affectas tuos.

ADIVGARE, adiungere. Pacuuius Chryſe: Mater eſt terra, ea parit corpus, animam ęther adiugat. Idem Iliona: Blandam hortatricem adiugat voluptatem.

ÆDITVOR, id eſt ædem tueor. Pomponius Ædituo: ---Qui poſtquam tibi appareo atq. ædituor In templo, nec mortalis, nec mortalium in terra miſerius eſt.

ÆTERNARE. Varro Rerum human. lib. ij: Literiſq. ac laudibus æternare.

ALBICATVR, candidatur, exalbeſcit. Varro: Caue canem. Vbi riuus præcipitatur in nemore, deorſum rapitur, atq. offenſus aliquo a ſcopulo lapidoſo albicatur.

ABSCONDIT, pro abſcondidit. Cæcil. Exſule: Nam hic in tenebris intus ſeſe abſcondit. Pomponius maccis Geminis: Perij, non puellula eſt; nunc quid abſcondiſti inter nates?

ATTIGAT, continget. Turpil. Leucadia: Ne me attiga, atq. aufer manum: heia quam ferocula eſt. Accius Erigonis: Age, age, amolire, amitte, caue veſtem attigas. Plautus Bacchid. Ne attigas puerum iſta cauſſa, quando fecit ſtrenue.

AVGIFICAT, auget. Ennius Andromeda: Quid fit? ſeditio tabetne, an numeros augificat ſuos?

ATROX, crudum. Næuius belli Pœnici lib. iiij: Simul atrocia proſicerent exta miniſtratores.

ADEVO, pro quantum. Afranius Promo: Vt ſcire poſſis adquo te expediat loqui. Idem Priuigno: Ni tantum amarem talem tam merito patrem, Iratus eſſem, adquo liceret.

ALTERNATIM, per vices. Quadrig. Annal. lib. iiij: Item gaudium atq. ægritudinem alternatim ſequi.

APRICARI, in aprico eſſe. Varro myſterijs: Licet videre multos cotidie hyeme in ſole apricari.

ABSENTE NOBIS, & PRÆSENTE NOBIS, pro præſentibus nobis, & abſentibus nobis. Plaut. Amph. Nec nobis præſente aliquis quiſquam niſi ſeruus. Afranius Auctione: Adeſt ſi hic abſente nobis venierit puer.

ANTIQVARI, obſole fieri, & memoria tolli. M. Tul. de offic. lib. ij: Pernicioſe enim Philippus in tribunatu, quum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile paſſus eſt, in eo vehementer ſe moderatum præbuit.

ALLECTAT, illicit, delectat. M. Tul. de ſenectute: Ad quem fruendum non modo retardat, verum etiam inuitat atq. allectat ſenectus.

ABVSA, vtendo, vel in vſum comſumta. Plautus Aſinaria: Vbi illa quæ dedi ante? abuſa: nam ſi ea durarent mihi, Mulier mitteretur ad te, nec te quicquam poſcerem.

ASSA VOCE, ſola voce, linguæ tantum mo-

do, aut vocis humanæ, non admixtis alijs muſicis eſſe voluerunt. Varro de vita pop. R. lib. ij: In conuiuijs pueri modeſti vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudis erant maiorum, & aſſa voce & cum tibicine. Idem, Cato vel de liberis educandis: Melos alterum in cantibus eſt bipartitum; vnum quod eſt in aſſa voce, alterum quod vocant organicon. Aſſum autem ęſtimandum eſt, vt in obſonijs ſine pigmento ſaporis alieni, quemadmodum merum dicitur ſolum.

A r c i. Varro de vita pop. Ro. lib iiij: Eoq. pecuniam magnam conſumſiſſet, quod arci quos ſummo operefecerat, feſſi pondere, diu facti celeriter corruiſſent.

A d m i n i c v l a v i poſitum pro adiuui. Varro Cato, vel de liberis educandis. Quod petiſti; vt eius educationis fierem tibi ſocius, quoad potui adminiculaui tuam voluntatem ſcribendo.

B.

B e t e r e, id eſt, ire. Varro τί πατερὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας: Annos multos quod parere ea non poterat, mulierem foras betere iuſſit. Pacuuius Nyptris. Vos hinc defenſum patriam in pugnam betite. Idem Medo: Si reſto, pergit, vt eam; ſi ire conor, prohibet betere.

B e l l i o r i s eſt melioris. Varro Teſtamento, περὶ διαθηκῶν: Venio nunc ad aleterum genus teſtamenti, quod dicitur phyſicon, in quo Græci belliores quam Romani noſtri.

B r v t v m dicitur hebes & obtuſum. Lucretius lib. iij: An contracta ſuis e partibus obbruteſcat. Pacuuius Hermiona: Et obnoxium eſſe,

aut brutum, aut elinguem putes.

Bvlga eſt folliculus omnis, quam & cruminam veteres appellarunt : & eſt ſacculus ad brachium pendens. Lucillius Satyr. lib. vj: Cui neq. iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes vllus; Bulgam, & quicquid habet nummorum, ſecum habet ipſe. Cum bulga cænat, dormit, lauit; omnis in vna Spes homini bulga, hæc deuincta certo eſt. Varro Octogeſi, περὶ νομισμάτων: In quo nobilius eſt philippeum quod accipimus, quam quod bibimus; quum alterum addamus in bulgam, alterum in veſicam. Lucill. lib. xxvj: Ita vt quiſq. noſtrum e bulga eſt matris in lucem editus.

Baccillvm. M. Tul. De ſupplic. Deniq. proximus lictori Sextius, de quo ſæpe iam dixi, conuerſo baccillo oculos miſero tundere vehementiſſime cœpit. Afranius Homine: Baccillum deligatum cornèolum poſcit. Cic. De finib. bon. & mal. lib. ij: Vt baccillum aliud eſt inflexum, & incuruatum, aliud ita natum.

Bacchari veteres non ſolum Bacchi numine furere dici voluerunt; verum & loca in quibus ſit debacchatum, bacchata dixerunt. Virgil. in Georg. lib. ij: --- O vbi campi, Sperchiuſque, & virginibus bacchata Lacænis Taygeta. --- Nam & quicquid vehementius commouetur, bacchari voluerunt. Santra Nuntijs Bacchis: --- Ita obſcoletum ſono Furenter ab omni parte bacchatur nemus.

Blaterare, confingere per mendacia. Afranius Augure: Quid eſt iſtuc, te blaterare atq. obloqui? Idem Incendio: Illud memento

nequid in primis blateres. Cæcilius Hymnide: Deſine blaterare, nihil agit in amore inermus.

BOVNT dictum a boum mugitibus. Pacuuius Medo: Clamore & ſonitu colles reſonantes bount. Virg. Georg. lib. iij:--- Reboant ſyluæq. & magnus olympus. Varro Parmenone: Exeunt citi, ſtrepunt, bount.

BAIVLARE, ferre. Plautus Aſinaria: Ego baiulabo, tu, vt decet dolonum, ante me ito inanis.

BIPENNIS manifeſtum eſt id dici, quod ex vtraque parte ſit acutum. Nam nonnulli gubernaculorum partes tenuiores ad hanc ſimilitudinem pinnas vocant eliganter. Varro Marcipore: Delune bipennis vt leuis paſſerculus. Idem in eodem: At nos caduci naufragi, vt ciconiæ Quarum bipennis fulminis plumas vapor Peruſſit, alte mæſti in terram cecidimus. Idem Parmenone: Ferens ferream humero bipennem ſecurem.

BIVIRAS, quas vſus viduas appellat. Varro Lege Mænia: Ad biuiram venio; quum vellem oſtendere quid Vellem, Metamelos inconſtantiæ filius me reprehendit.

BOVINATORES, quos nunc malitioſos, & tergiuerſatores dicimus. Lucil. lib. xj: Hic ſtrioſus bouinatorq. ore improbus duro.

BVBVLCITARE. Varro Mæonio vmedo meus, quod apud Plocium Rhetorem bubulcitare, alteri in dolori non defuit. Plautus Muſtellaria: Decet me amare, & te bubulcitare.

BASES. Varro ὄνος λύρας: Primum eam eſſe phyſicen, quod ſit emphytos, vt ipſa vox baſis eius.

ba fabula ita dixerit; cuius incertum eſt, an ſit eius comedia; atque ideo verſus eoſdem ponere ſuperſedimus.

ADVLTERIONEM, pro adultero. Laberius Caprino; quem ſi quis legere voluerit, ibi inueniet, & fidem noſtram ſua diligentia adiuuabit.

ANTICIPARE poſuerunt veteres præuenire, hoc eſt antecapere. Varro Bimarco:

Ipſe fiſtis dicite labde;
Et viuos contemnitę viui:
Anticipate, atque addite calcar.
Stultos contemnite docti.

AVRIGATVR honeſte poſitum pro moderatur ac regit. Varro Modio: Aſſe vinum, aſſe pulmentarium, ſecundas quo natura aurigatur non neceſſitudo.

ARCHITECTARI. Cic. de fin. bon. & mal. lib. ij: An quod ita callida eſt, vt optime poſſit architectari voluptates?

AIAT, quod eſt dicat. Cic. de finib. bon. & mal. Et Marcus; Quaſi ego id curem, quod ille aiat aut neget.

ANELLVS. M. Tul. de fin. bon. & mal. lib. v: Nec tamen Epicurum licet obliuiſci, ſi cupiam; cuius imaginem non modo in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis, & in anellis habebant.

AMATIO. Plaut. Rudente: Nimis pęne inepta atque odioſa eius amatio eſt.

ADESVM, conſumtum. Siſenna Hiſt. lib. iij: Iiſdem temporibus Æſernini duplici foſſa, valloq.

circumdati, frumento adeſo, quod ex arcis in oppidum portatum eſt.

Attendere, pro intendere, cogitare. Cic. de Orat. lib. j: Nihilne Vobis in mentem venit, quod præterea a Craſſo requiratis? Id me Hercules ipſum, inquit, attendo.

Accommodat, adiugat, applicat. Cicero de Orat. lib. ij: Africano illi ſuperiori coronam ſibi in conuiuio ad caput accommodanti. Virgil. Æn. lib. ij: —Laterique Argiuum accommodat enſem.

Avtvmnitas, pro autumno. Varro Serrano περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Retinet viatorem meridie prætereuntem fontem; quod autumnitas in anni tetrachordo menſem prętererierat. Idem Quinquatrubus: Cape hanc caducam liberi mollem dapem De fronde Bromiæ autumnitatis vbidam. Neutro: Varro Ephemeride nauali: Eteſiæ diutius & vberius flauerant, & autumnum ventoſum fuerat.

Aritvdinem, pro ariditate. Varro Meteo. lib j. humanarum: Quandam gentem ſtirpis conquit frigus calore atque humore aritudinem miſcet.

Aboriatvr, pro abortiat. Varro pro Callio vel Fundanio, de admirandis rebus: Vinum quod ibi natum ſit in quodam loco ſi prægnans biberit, fieri vt aboriatur.

Adolescentiaris. Varro Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μῦρον, περὶ εὐτελείας: Tu quidem vt faciat cenſeo, quoniam tu quoque adhuc adoleſcentiaris.

Ancillantvr, pro ſeruiunt. Titinnius

Prælia: Verum enim dotibus deleniti vltro etiam vxoribus ancillantur. Accius Meleagro: Quam inuita ancillans, dicto obediens viri.

ABSONVM, ſine ſono. Cic. j. de Orat. Sed ſunt quidam aut ita lingua heſitantes, aut ita voce abſoni.

ALGV, pro algore: Accius Andromeda: Miſera obualla ſaxo, ſenio, pædore, alguq. & fame. Varro ἔχω σε, ἢ περὶ τύχης: Leges ruina ne iacentem ſubdealbet algudanti frigore. Lucillius: Nam tam algu atque nigrore maius. Lucretius lib. iij: —Morbis, alguque fameque.

ÆTATEM poſitum pro ſæpe, ac diu. Plautus Aſin. Adeo vt ætatem ambo ambobus ſint obnoxij. Idem eadem: Ætatem velim ſeruire, Libanum qui conueniam modo.

ALTILE, non ſolum pingue, ab alendo; verum etiam epulentum. Plautus Ciſtellaria: Prohibet diuitiis maximis, dote altili atque opima.

ASSVLATIM, vt minutatim. Plautus Captiuis: Priuſquam putando aſſulatim foribus exitium dabo. Næuius Pullis: Eſcam hic iure inops pullo da adſcintille ſimul aſſulatim vis aias ſumit cibum. Plautus Menæchmis: Niſi dedolabo aſſulatim viſcero.

ANXITVDO. Accius Euryſace: Perſuaſit mœror, anxitudo, error, dolor. Idem armorum iudicio: Vbi cura eſt, ibi anxitudo; acerba ibi cuncta conſiliorum ratio & fortunæ. Sic M. Tul. de Repub. lib. ij: Quartaque anxitudo prona ad luctum, & mærens, ſemperq. ipſa ſe ſollicitans. Pacuuius Hermiona; Triſtitia, atque animi intoleran-

da anxitudine.

Albitvdinem, pro albore. Plautus Trinummo; Vbi habet, & item alterum ad iſtanc capitis albitudinem.

Adhesvm a coherendo dixit Lucretius lib. iij: Nam neq. pulueris interdum ſentimus adheſum. Item lib. iiij: Tenue, locis quia non potis eſt affigere adheſum.

Amolimini eſt recedite, vel tollite. Terentius in Andria. Proinde hinc vos amolimini; nam mihi impedimento eſtis. Pacuuius Hermiona: Non tu te è conſpectu hinc amolire? Idem Antiopa: Nonne hinc vos propere ſtabulis amolimini? Siſenna Hiſt. lib. iiij: Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur.

Acrimonia eſt animi viuacitas. Næuius Lycurgo: Ne ille mei feri ingenij atq. animi acrem acrimoniam. Accius Neoptolemo: Vim, ferociam, animum, atrocitatem, itam; acrimoniam.

Abivgat, ſeparat, alienat. Pacuuius Medo: Quæ res te ab ſtabulis abiugat, certum eſt loqui.

Angvstitatem. Accius Oenomao: Saxum id facit anguſtitatem, & ſub eo ſaxo exuberans Scatebra fluuiæ radit rupem. Anguſtitatem dictum pro anguſtia. Accius Alpheſibœa: Sed anguſtitatem incluſam, ac ſaxis ſqualidam.

Assestrix femininum eſt ab eo quod eſt aſſeſſor. Afranius Fratrijs: Dimittit aſſeſtricem, me ad ſeſe vocat.

Atri dies dicuntur, quos nunc nefaſtos, vel poſteros vocant. Afranius Fratrijs: Septembris heri Kalendæ, hodie ater dies.

AIVTAMINI, pro aiutate. Pacuuius Chryſe: --Aiutamini & defendite.

AERA, numeri nota. Lucillius lib.xxviiij: Hoc eſt ratio peruerſa, aëra ſumma, & ſubducta improbe.

APPETONES ab appetendo dicti. Laberius Virgine: Alienum appetonibus viæ preditæ diuerticulas.

ADVOCASSE, preuocaſſe. Lucil. lib. xxviiij: Amicos, hodie cum illo improbo audiuimus Lucillio aduocaſſe.

ARMILLVM. Lucil. lib. xxviij: Hinc ad me hinc licet anus rurſum ad armillum.

ADVLESCENTVRIRE. Laberius: Incipiunt adoleſcenturire, & neſcio quid nugarum facere.

AVXILIATVM, vt ſuppetiatum. Lucretius lib.v: Alituum porro genus alis omne videmus Fidere, & a pennis tremulum petere auxiliatum.

ARDVM, pro aridum. Lucil. lib. xxvj: Ardum, miſerrimum atq. infelix lignum, ſambucum vocant.

ABERRVNCARE, auertere. Lucil. lib.xxvj: Dij mouerint meliora, amentiam aberruncaſſint tuam. Pacuuius Medo: Poſſum ego iſtam capite cladem auerruncaſſere. M. Tullius de finib. bon. & mal. Dij maluerint meliora, atq. amentiam aberruncaſſim meam.

APISCI, adipiſci. Lucil. lib.xxvj: Vt ego effugiam, quod te in primis cupere apiſci intelligo.

ACCEPSO, accipio. Pacuuius Teucro: Haud ſinam quicquam profari, priuſquam accepſo quod peto.

Adavctavit, auxit. Accius Æneadis: Quibus rem ſummam & patriam noſtram quondam adauctauit pater.

Adaxint, adigant. Plautus Aulularia: Vtinam me diui adaxint ad ſuſpendium.

Affectare, afficere. Plautus Baccid.---- Tua flagitia, tua damna, aut diſpoliabula, Quibus patrem, & me, teque, amicoſque omnis affectas tuos.

Adivgare, adiungere. Pacuuius Chryſe: Mater eſt terra, ea parit corpus, animam ęther adiugat. Idem Iliona: Blandam hortatricem adiugat voluptatem.

Æditvor, id eſt ædem tueor. Pomponius Æditu o:---Qui poſtquam tibi appareo atq. æditu or In templo, nec mortalis, nec mortalium in terra miſerius eſt.

Æternare. Varro Rerum human. lib. ij: Literiſq. ac laudibus æternare.

Albicatvr, candidatur, exalbeſcit. Varro: Caue canem. Vbi riuus præcipitatur in nemore, deorſum rapitur, atq. offenſus aliquo a ſcopulo lapidoſo albicatur.

Abscondit, pro abſcondidit. Cæcil. Exſule: Nam hic in tenebris intus ſeſe abſcondit. Pomponius maccis Geminis: Perij, non puellula eſt; nunc quid abſcondiſti inter nates?

Attigat, continget. Turpil. Leucadia: Ne me attiga, atq. aufer manum: heia quam ferocula eſt. Accius Erigonis: Age, age, amolire, amitte, caue veſtem attigas. Plautus Bacchid. Ne attigas puerum iſta cauſſa, quando fecit ſtrenue.

AVGIFICAT, auget. Ennius Andromeda: Quid fit? ſeditio tabetne, an numeros augificat ſuos?

ATROX, crudum. Næuius belli Pœnici lib. iij: Simul atrocia proficerent exta miniſtratores.

ADEVO, pro quantum. Afranius Promo: Vt ſcire poſſis adquo te expediat loqui. Idem Priuigno: Ni tantum amarem talem tam merito patrem, Iratus eſſem, adquo liceret.

ALTERNATIM, per vices. Quadrig. Annal. lib. iiij: Item gaudium atq. ægritudinem alternatim ſequi.

APRICARI, in aprico eſſe. Varro myſterijs: Licet videre multos cotidie hyeme in ſole apricari.

ABSENTE NOBIS, & PRÆSENTE NOBIS, pro præſentibus nobis, & abſentibus nobis. Plaut. Amph. Nec nobis præſente aliquis quiſquam niſi ſeruus. Afranius Auctione: Adeſt ſi hic abſente nobis venierit puer.

ANTIQVARI, obſole fieri, & memoria tolli. M. Tul. de offic. lib. ij: Pernicioſe enim Philippus in tribunatu, quum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile paſſus eſt, in eo vehementer ſe moderatum præbuit.

ALLECTAT, illicit, delectat. M. Tul. de ſenectute: Ad quem fruendum non modo retardat, verum etiam inuitat atq. allectat ſenectus.

ABVSA, vtendo, vel in vſum comſumta. Plautus Aſinaria: Vbi illa quæ dedi ante? abuſa: nam ſi ea durarent mihi, Mulier mitteretur ad te, nec te quicquam poſcerem.

ASSA VOCE, ſola voce, linguæ tantum mo-

do, aut vocis humanæ, non admixtis alijs muſicis eſſe voluerunt. Varro de vita pop. R. lib. ij: In conuiuijs pueri modeſti vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudis erant maiorum, & aſſa voce & cum tibicine. Idem, Cato vel de liberis educandis: Melos alterum in cantibus eſt bipartitum; vnum quod eſt in aſſa voce, alterum quod vocant organicon. Aſſum autem ęſtimandum eſt, vt in obſonijs ſine pigmento ſaporis alieni, quemadmodum merum dicitur ſolum.

ARCI. Varro de vita pop. Ro. lib iiij: Eoq. pecuniam magnam conſumſiſſet, quod arci quos ſummo operefecerat, feſſi pondere, diu facti celeriter corruiſſent.

ADMINICVLAVI poſitum pro adiuui. Varro Cato, vel de liberis educandis. Quod petiſti; vt eius educationis fierem tibi ſocius, quoad potui adminiculaui tuam voluntatem ſcribendo.

B.

BETERE, id eſt, ire. Varro τῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας: Annos multos quod parere ea non poterat, mulierem foras betere iuſſit. Pacuuius Nyptris. Vos hinc defenſum patriam in pugnam betite. Idem Medo: Si reſto, pergit, vt eam; ſi ire conor, prohibet betere.

BELLIORIS eſt melioris. Varro Teſtamento, περὶ διαθηκῶν: Venio nunc ad aleterum genus teſtamenti, quod dicitur phyſicon, in quo Græci belliores quam Romani noſtri.

BRVTVM dicitur hebes & obtuſum. Lucretius lib. iij: An contracta ſuis e partibus obbrutiſcat. Pacuuius Hermiona: Et obnoxium eſſe,

aut brutum, aut elinguem putes.

BVLGA eſt folliculus omnis, quam & crumi-nam veteres appellarunt: & eſt ſacculus ad brachium pendens. Lucillius Satyr. lib. vj: Cui neq. iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes vllus; Bulgam, & quicquid habet nummorum, ſecum habet ipſe. Cum bulga cænat, dormit, lauit; omnis in vna Spes homini bulga, hæc deuincta certo eſt. Varro Octogeſi, περὶ νομισμάτων: In quo nobilius eſt philippeum quod accipimus, quam quod bibimus; quum alterum addamus in bulgam, alterum in veſicam. Lucill. lib. xxvj: Ita vt quiſq. noſtrum e bulga eſt matris in lucem editus.

BACCILLVM. M. Tul. De ſupplic. Deniq. proximus lictori Sextius, de quo ſæpe iam dixi, conuerſo baccillo oculos miſero tundere vehementiſſime cœpit. Afranius Homine: Baccillum deligatum cornèolum poſcit. Cic. De finib. bon. & mal. lib. ij: Vt baccillum aliud eſt inflexum, & incuruatum, aliud ita natum.

BACCHARI veteres non ſolum Bacchi numine furere dici voluerunt; verum & loca in quibus ſit debacchatum, bacchata dixerunt. Virgil. in Georg. lib. ij: --- O vbi campi, Sperchiuſque, & virginibus bacchata Lacænis Taygeta. --- Nam & quicquid vehementius commouetur, bacchari voluerunt. Santra Nuntijs Bacchis: --- Ita obſo-letum ſono Furenter ab omni parte bacchatur nemus.

BLATERARE, confingere per mendacia. Afranius Augure: Quid eſt iſtuc, te blaterare atq. obloqui? Idem Incendio: Illud memento

nequid in primis blateres. Cæcilius Hymnide: Deſine blaterare, nihil agit in amore inermus.

BOVNT dictum a boum mugitibus. Pacuuius Medo: Clamore & ſonitu colles reſonantes bount. Virg. Georg. lib. iij:--- Reboant ſyluæq. & magnus olympus. Varro Parmenone: Exeunt citi, ſtrepunt, bount.

BAIVLARE, ferre. Plautus Aſinaria: Ego baiulabo, tu, vt decet dolonum, ante me ito inanis.

BIPENNIS manifeſtum eſt id dici, quod ex vtraque parte ſit acutum. Nam nonnulli gubernaculorum partes tenuiores ad hanc ſimilitudinem pinnas vocant eliganter. Varro Marcipore: Delune bipennis vt leuis paſſerculus. Idem in eodem: At nos caduci naufragi, vt ciconiæ Quarum bipennis fulminis plumas vapor Peruſſit, alte mæſti in terram cecidimus. Idem Parmenone: Ferens ferream humero bipennem ſecurem.

BIVIRAS, quas vſus viduas appellat. Varro Lege Mænia: Ad biuiram venio; quum vellem oſtendere quid Vellem, Metamelos inconſtantiæ filius me reprehendit.

BOVINATORES, quos nunc malitioſos, & tergiuerſatores dicimus. Lucil. lib. xj: Hic ſtrioſus bouinatorq. ore improbus duro.

BVBVLCITARE. Varro Mæonio vmedo meus, quod apud Plocium Rhetorem bubulcitare, alteri in dolori non defuit. Plautus Muſtellaria: Decet me amare, & te bubulcitare.

BASES. Varro ὄνος λύρας: Primum eam eſſe phyſicen, quod ſit emphytos, vt ipſa vox baſis eius.

BADIVS. Varro ὄνος λύρας: E qui colore diſpares, item nati; Hic badius, iſte giluus, ille murinus.

BINVM MILLIVM NVMERO, pro binis millibus. Siſenna Hiſt. lib. iij: Ad binum millium numero ſamijs vtrimque factis.

BALBE, obſcure. Varro Rerum Human. lib: xx: * Pręterquam duobus in primis eſt, ſcribtum ſpectare velit potius quam voluntatem, debeam non datum dicere magiſtratum.

BAIOLVM. Cic. De Orat. lib. ij: Remigem aliquem aut baiolum nobis oratorem deſcribſeras.

BALBVTIRE eſt cum quadam linguæ heſitatione & confuſione trepidare. Cic. Academic. lib. iiij: Plane & ſupradictus Stoicus perpauca balbutiens. Et Tuſcul. lib. v: Me quidem autore etiam Peripatetici vetereſq. Academici balbutire aliquando deſinant.

BVRA dicitur pars aratri poſterior decuruata. Virg. Georg. lib. j: Continuo in ſyluis magna vi flexa domatur In burim. Varro de Re ruſtica lib. j: Et ſæpe fracta bura relinquunt vomerem in aruo. Hanc Virgilius burim vocauit.

BLITEA, inutilis; a blito herba nullius vſus. Plautus Trucul. Blitea & lutea eſt meretrix. Laberius in Lucca: — Bipedem, bliteam beluam.

BVCERIAS, boum greges. Lucretius lib. ij: Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles, Buceriæq. greges.

BAVBARE, latrare; a canum voce. Lucretius lib. v: Et quum deſerti bobantur in ędibus omnes

BELLOSVM, bellicoſum. Cæcilius: Tantum bellum ſuſcitare conati aduerſarios contra belloſum genus.

BVAS potionem poſitum paruulorum. Varro Cato, vel de liberis educandis: Quum cibum ac potionem buas ac pappas vocét,& matrem mammam, patrem tatam. Lucil. lib. viij: Quum vinulentas diceret, vini buas deſignauit.

C

COMEST, pro comedit. Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς: Natura humanis omnia ſunt paria. Qui pote plus, vrget; piſcis vt ſæpe minutos Magnus comeſt, vt auis enecat accipiter. Titinnius Gemina: ---Libram aiebant ſatis Eſſe ambobus farris intritæ: plus comeſt Sola vxor. Idem Fullonibus: Ego me mandatam meo viro male arbitror, Qui rem diſperdit & meam dotem comeſt. Afranius Æqualibus: Iſte, vt tu rem narras, dona comeſt hic cotidie. Plaut. Muſt. Sine modo venire ſaluum, quem abſentem comes. Idem Trinummo: ---Quod ecbibit, quod comeſt. Quod facit ſumti. Pomponius Piſtore: Decipit vicinos, quod molendum conduxit, comeſt. Nouius Fullonibus feriatis: Vortit ſe in omnis beſtias, comeſt quicquid tetigit tantum. Idem Agricola: Edepol, paternam qui comeſt pecuniam. Lucillius Sat. lib. iiij: Commanducatur totum complexa, comeſtque. Et xxx: --- Conficit ipſe, comeſtque. M. Tull. in Hortenſio: Se ad extremum pollicetur prolaturum, qui ſe ipſe comeſt, quod efficit Dialecticorum ratio.

CVIA, pro cuius. Lucillius lib. xxx: Cuia opera troginus calix per caſtra cluebat.

CONTOLLERE, contra tollere. Plaut. Aulul.

Contollam gradum.

CLARITVDO, pro claritas. Salluſtius in Iugurtha: Quum præſertim tam multæ variæq. ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur. Siſenna Hiſt. lib.iij: Quod fortaſſean ex voluntate ſua ſumma cum claritudine celeriter confeciſſet.

COLLVVIO, labes ex immunditia. M. Tul. De ſeneſt. Quumque ex hac turba & colluuione diſcedam.

COMMALAXARE eſt exercere, ac maturefacere. Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν: Nec dolere adiaphoron eſſe, quod philoſophia commalaxarem ea patrem, neq. irato mihi habenas dedi, vmquam, neque cupiditas non impoſuit frænos.

CETRAM. Varro, Væ victis, περὶ φιλονεικίας: Quis rutundam facere cetram nequeat?

CORACEM noue poſitum pro coruo. Cic. de Orat. lib.iij: Quare Coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere.

CANITVDINEM, pro canicie. Varro Ab originib. περὶ ἀνθρώπου φύσεως: Sed neq. vetulus cantherius, quam nouellus, melior, nec canitudini comes virtus.

CONDOCEFACERE. Cic. Tuſcul. lib.v: Nemo eſt enim, qui eorum bonorum animum puter eſſe iudicem, eumque condocefaciat, vt ea, quæ bona malaue videantur, poſſit contemnere.

CONSCRIBILLAVI, pro conſcribſi. Varro Columna Herculis, περὶ δόξης: Itaque in ceram conſcribillauit Herculis athlis. Idem Marcip. Aſtro-

logi non ſunt: qui conſcribillarunt pingentes cælum.

COMMICTILIS. Pomp. Præcone poſteriore: Si ſciam quid velis, quaſi ſerui comici commictilis.

CONTENTE, parce, & continenter. Plaut. Aſinaria: Quamquam illum mater arcte contenteque habet.

CARIES eſt vetuſtas. Varro Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: Singulos lectos ſtratos vbi habuimus propter cariem & tineam. Lucill. lib. xxx: Plauda vna eſt, pedibus carioſis, menſulibano.

CORTES ſunt villarum intra maceriam ſpatia. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Dum vixi, promiſcaris mei in cortibus pauit. Idem de Re ruſt. lib. j: Nec minus & a pabulo quum redierint anſeres, ſues, porci. In corte exteriore. Idem de vita populi Romani lib. j: Ad focum hyeme ac frigoribus cænitabant: æſtiuo tempore in propatulo; rure in corte; in vrbe, in tabulino, quod mænianum poſſumus intellegere tabulis fabricatum.

CVPAS. Varro eſt modus matulæ, περὶ μέθης: Cupas vinarias ſirpare noli. Adde cyathum vini in vxorculæ inopicillum. Idem Seſquiulyſſe: Alteram viam deformaſſe Carneadem virtutis e cupis acris aceti.

COMEDIM, pro comedam. Plaut. Bacchidibus: Quod dem ſcortis, quodque in luſtris comedim, congræcem, pater. Cicero ad Varronem Epiſtola Pæti: Set cura, ſi me amas, vt valeas, ne ego iacente bona tua comedim: ſtatui enim tibi ne ægroto quidem parcere. Pomponius

Proſtibulo: Ego quęro quod edum, has quærere quos cacent contrarius eſt.

COMMEMORAMENTVM. Cæcilius Plocio: Pudebat credo, commemoramentum, ſtupri.

CONSPICILIVM, vnde conſpicere poſſis. Plautus Medico: In conſpicilio adſeruabam,pallium obſeruabam.

COLVSTRA, lumnam lacchonere vinmi mammis. Lucil. lib. viij: Hiberam inſulam fomento omni colore coluſtra. Laberius in Virgine: Siquidem mea coluſtra fretus terris ſtudere feciſſet ſumere aquam ex fonte.

CONQVINISCERE, & OCQVINISCERE inclinari ſignificat. Plautus Ciſtell. Faciundum eſt puerile officium,conquiniſcam ad ciſtulam. Idem Pſeudolo: Si conquiniſcet iſtic,ceueto ſimul.

COPI, pro copioſo. Plautus Pſeudulo: Atque ego nunc me vt glorioſum faciam,& copi pectore. Turpil. Epiclero: Te quidem omnium iam pater copem cauſarem facit. Pacuuius Peribœa: O multimodis varie dubium & proſperum, copem diem.

COLLVTVLET ſignificat dedecoret. Plautus Trinummo: Hæc famigęratio te honeſtet, & me collutulet,& ſi ſine dote duxeris.

CONGENERAT eſt adiungit, aſſociat. Accius Finidis: Quæ veat grafo tibi congenerat gentium aut generum affinitas.

CETTE ſignificat dicite, vel date; ab eo quod cedo. Næuius Lycurgo: Proin Dryante regem prognatum patre Lycurgum cette. Ennius in

Medea: Saluete optima corpora, cette manus veſtras, meaſque accipite. Accius Menalippo: Eneum aliquis cette in conſpectum, aut nos vbi eſt ducite ad eum. Pacuuius Atalanta: Is veſtrorum vter ſit, cui ſignum datum eſt, cette.

CVPPEDIA, cupiditas. Cic. Tuſcul. lib. iiij: Ambitio, mulieroſitas, peruicacia, ligurritio vinulentia, cuppedia.

CASTITVDINEM pro caſtitate. Accius Phœniſſis: Ibi fas, ibi cunctam antiquam caſtitudinem.

COMITASSET, pro mouiſſet. Acc. Erigona: Tum autem Ægiſthus ſi me eſſet eodem lecto comitaſſet patri.

CITVMA ſunt proxima cælo millia. M. Tul. de Rep. lib. vj: Ex quibus erat ea minima, quæ vltima cælo, cituma terris luce lucebat aliena. Et lib. j: Quare, ſi placet, deduc orationem tuam de eo loco ad hæc citeriora.

CLARET, clara eſt, vel clareat. Turpilius Pedio: Cuius aduentu inſula hodie claret Cypros. Ennius Telamone: Nam ita mihi Telamonis patris atque facies proaui Iouis gratia ea eſt, atque hoc lumen candidum claret mihi.

CASTERIA, locus vbi, quum nauigatio conquieſcit, remi & gubernacula conquieſcunt. Plaut. Aſinar. Quin pol, ſi repoſiui remum, ſola ego in caſteria Vbi quieſco, omnis familiæ cauſſa conſiſtit tibi.

COLVINATVM, ad coquendum. Plaut. Aulul. Neque ego vnquam, niſi hodie, ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.

CVRIO, curioſus. Plautus Aulul. Volo ſcire ego ex te, qui ſit agnus curio.

CVLCITA. Varro Quinquatribus: Quam in teſtudineo lecto, culcita plumea in die dormire. Idem de vita pop. Ro. lib. j: Qui primus vxorem ducebat, duabus culcitis ac duabus toris plagulis quum ſtraſſet.

CITRVS. Varro γεροντοδιδασκάλῳ: In quibus Libyſſa citrus faſceis cingit fores.

CÆCVTIVNT. Varro γεροντοδιδασκάλῳ: Vtrum oculi mihi cęcutiunt, an ego vidi ſeruos in armis contra dominos?

CABALLVS. Lucill. lib. ij: Succuſſatoris tuetri tardiq. caballi. Varro Parmenone: Alius caballum arbori ramo in humili alligatum relinquit. Idem Seſquiulyſſe: In caſtris permanſi, inde caballum reduxi ad cenſorem.

CODA. Var. ταφῇ μενίππου: Sed vt canis ſine coda.

CARNALES, ſeddules. Varro Sexageſi: Vix ecfatus erat, quum more maiorum vltro carnales arripiunt, de Ponte in Tiberim deturbant.

CRASSVM poſitum pro hebeti & ſtulto. Varro Sexageſi: Senibus craſſis humili non vidimus quid fiat?

CANVM, vetus, antiquum. Virgil. lib. j: Cana fides, & Veſta. Varro Eumenid. Et ecce de improuiſo ad nos accedit cana veritas Atticæ philoſophiæ alumna.

CISSIVM, vehiculi biroti genus. M. Tul. Philipp. lib. ij: Delituit in quadam caupona, atque ibi ſe occultans perpotauit ad veſperum; inde ciſſio celeriter ad vrbem adductus domum venit.

CELERATIM, celeriter. Siſenna Hiſt.lib.v: Quo magis celeratim poterant, inſidijs ſuos diſponit.

COPIATVR, a copia, honeſte poſitum, vt lignantur, & pabulantur, & aquantur. Cælius lib. j: Armis, & magno commeatu, & præda ingenti copiantur. Virg. Georg. lib. iiij: ---Sub mœnibus vrbis aquantur.

CONFVTARE eſt confundere, vel committere. Varro Manio: Harum ædium ſumme atria confutabant architectones. Titinnius Setina: Cocus magnum ahenum, quando feruit paula, confutat trua.

COMPLVRIES, frequenter. Cato Suaſione in legem populi: Quod compluries vſu venit, omni tempore anteuentum eſſe, Rempublicam reddimus. Idem Orig.lib.iiij: Cōpluries eorum milites mercenarij inter ſe inulti alteri alteros in caſtris occidere. Plautus in Perſa: Quid metuis? metuo hercle vero: ſenſi ego compluries.

COGNOMEN eſt eiuſdem nominis. Afranius Diuortio: Letium genus cognominationis morborum cognominis.

CLYPEAT. Pacuuius Hermyona: Currum liquit chlamyde contorta aſtu clypeat brachium. Ita & galeare. Cinna Epigrammatis: ---Miſeras audet galeare puellas.

CONVASARE dicitur furto omnia colligere. Terentius Phorm. Aliquid conuaſaſſem, atque hinc me ego conijcerem protinus in pedes.

CLVET, nominatur Lucil. lib.xxx: Cuia opera troginus calix per caſtra cluebat. Ennius

Ambracia: Per gentes eſſe cluebat omnium miſerrimus. Pacuuius Iliona: Sed hæc cluentur hoſpitum infideliſſimi. Varro ὄνος λύρας: Pacuuius diſcipulus dicor, porro is fuit Ennius, Muſarum; Pompilius clueor.

CIBICIDAS. Lucil. lib. xxvij: Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas.

CONTENTVRVM. Lucillius lib. xxvij: Tu Lucillium credis contenturum, quum me ruperim, ſumma omnia fecerim. Varro Cato, vel de liberis educandis: Vel maxime illic didici & ſitienti videri aquam mulſam, eſurienti panem cibarium ſiligineum, & exercitato ſomnum ſuauem.

CACINAS veteres furfures eſſe voluerunt. Lucil. lib. xxvij: Quanti vellet, quam canicas apud te & magonis manu.

CONCORDITAS, pro concordia. Pacuuius Hermiona: Concorditatem hoſpitio adiunctam perpetem Comitatem conſeruetis.

COMMENTVM, pro communitum. Plautus Amphit. Fac iam Amphitryonem aduenientem ab ædibus Vt abeat quouis pacto, fac commentus ſies.

CRIBRVM. Lucil. lib. xxvj: Cribrum, incerniculum, lucernam in laterem, in telam licium.

CONTEMNIFICVM. Lucil. lib. xxvj: Ego enim contemnificus fieri, & faſtidire Agamemnonis.

CORDI EST, honeſte dictum, animo ſedet. Lucil. lib. xxvj: Et quod tibi magnopere cordi eſt, mihi vehementer diſplicet. Idemq. *Si tibi,*

porro iſthæc res iccirco eſt cordi, quod rere vtilem.

CONGENVCLARE. Cælius Annal.lib. vij: Ipſe regis eminus equo ferit pectus aduorſum: congenuclat percuſſus, deiecit dominum.

CAVSSARI, cauſſam dicere, vel defendere. Accius Medea: Qui potis eſt repelli quiſquam, vbi nullus eſt cauſſandi locus? Afranius Emancipato: Vide vt facunde contra cauſſeris patrem. Pacuuius Arm. Iudic.--- Qui ſeſe adfinem eſſe ad cauſſandum volunt, De virtute is ego cernundi do poteſtatem omnibus.

CELERESCAT. Accius Diomede: Et qualis fuerit, fama celebreſcat tua.

COEPERE incipere. Cæcil. Hypobolimæa raſtraria: Aere obſcuro hercle deſine, mane cœpiam. Plautus Menæchmis: Neq. ego inſanio, neq. pugnas, nec litis cœpio. Idem Truculento: Dum habeat, tum amet; vbi nihil habeat, alium quæſtum cœpiat.

CERTISSANT, certa fiant. Pacuuius Chryſe: Aquæ eccos vnde certiſſent.

CELEBRE, non ſolum frequens, ſed etiam velox. Accius Ægiſto: Celebri gradu greſſum acceleraſſe decet.

CALLISCERVNT, pro occalluerunt. Cato de bello Carthaginenſi: Aures nobis calliſcerunt ad iniurias.

COMMENTARE commeare. Nouius Bubulco cerdone: Quum ad lupam noſtram tam multi crebro commetant lupi. Afranius Virgine: Quo tu commetas? vbi confixus deſides?

CONCALLVIT. M. Tul. ad Atticum lib. iiij: Locus ille animi noſtri, ſtomachus vbi habitat, olim concaluit. Et de deorum Nat. lib. iij: Quorum tamquam manus opere, ſic animus vſu concaluit.

CONCIERE, cum perturbatione commouere. Accius Medea: Niſi quas terreſtris pontus ſtrages conciet. Afranius Depoſito: --- Dij ſunt irati tibi, Qui conciere cogites tantum mali. Ennius Duloreſte: Extemplo Ægiſthi fidem nuncupantes conciebant populum.

CONGLOMERARE, inuoluere, ſuperaddere. Ennius Tithe: Heu mea fortuna, vt omnia in me glomeras mala.

CONGERMANESCERE, coaleſcere, coniungi, vel conſociari. Quadrig. Annal. Facite exempla eorum, vt vos cum illis congermaneſcere ſciatur. Varro Rerum Human. lib. iij: Poſtea cum his vna Remp. coniuncti & congermani tenuere.

COLLABELLA. Laberius Annalium: Peranna collabella oſculum.

CYMBALISSARE. Caſſius Hemina lib. iij: Mulier cantabat tibijs Phrygijs, & altera cymbaliſſabat.

CONCINNARE, conficere, vel colligere. Næuius belli Pœnici lib. iiij: Tranſit Melitam Romanus exercitus, inſulam integram, vrit, populatur, vaſtat, rem hoſtium concinnat.

CATVLLIRE, eſurire, vel libidinari. Laberius Lacubalerna: Scinde vna exoleto impatienti catullientem lupam.

Caducιter, præcipitanter. Varro Etratione: Aut frigidos nimbos aqua caduciter mentis Pertimuerint aquatilis querquetulæ natantes.

Cvpienter, cupidiſſime. Accius Philocteta: --- Cui poteſtas detur tua Cupienter malis membra diſcerpat ſuis. Ennius Phœnice: Stultusſt qui cupida cupiens cupienter cupit.

Commemorare, commonefacere, in memoriam reducere. M. Tul. De ſenectute: Pythagoreorumq. more, exercendæ memoriæ gratia quid quoq. die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro veſperi. Idem de finib. bon. & mal. lib. v: Sed a te opportune facta mentio eſt: ſtudet enim meus audire Cicero, quænam ſit iſtius veteris, quam commemoras, Academiæ de finibus bonorum, Peripateticorumq. ſententia.

Coniecturarium, efficax, perfectum. M. Tul. de fin. bon. & mal. lib. iiij: Illud vero minime coniecturarium, ſed in primis hebes illorum.

Concubia nocte, primi ſomni. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Ipſi legati concubia nocte oppido digreſſi iam ſupra hoſtium munitionem ſuccedunt.

Cistas. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Ciſtaſq. quæ erant legum ferendarum gratia parta, defecerant.

Centones, & cilicia. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Puppis aceto madefactis centonibus integuntur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obtenduntur.

Crebritudinem, pro crebritatem. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Nam clandeſtina celeriter tranſigi, apud notos cogitata dici decet, non explanari.

Cæmenta lapides non magni modi, qui-

bus ædificia conſurgunt. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Formidine oppreſſus, quod humilem cæmentis inſtructum oppidi murum ſciebat. Varro Bimarco: Non te pudet, Mani, quum domi tuæ vides commilitonum tuorum cohortis ſeruis tuis miniſtrare cęmenta?

CIS poſitum pro vltra. Salluſtius: Cis Rhenum, atq. inter mare noſtrum, & oceanum, niſi qua paludibus inuia fuit, perdomita. Varro Rhetoric. lib. xx: Eo die cis Tiberim redeundum eſt, quod de cælo auſpicari ius nemini ſit præter magiſtratum.

QVADRIFARIAM. Varro Rhetoric. lib. xx: Et ea quæ ad mortalis pertinent, quadrifariam diſpertierim, in homines, in loca, in tempora, in res.

CONCALFACERE, exercitare, vel incendere, vel hortari. Cic. de Oratore lib ij: Et ait idem, quum brachium concalfecerit, tum ſe ſolere pugnare. Idem ad Panſam lib. iij: Nos ventidianis rumoribus calficimur.

CAVILLANTVR, vt iocantur. Cic. de Orat. lib. iij: Cauillantur, aut aliquid de Oratoris arte paucis præcipiunt libellis.

CATVS, pro ſapiente. Cic. Tuſcul. lib. ij: Sed Homo catus numquam terminat nec magnitudinis nec diuturnitatis modum.

CONTRAHI dictum eſt honeſte, quadam triſtitia liberari, & ſolicitudine, aut mȩrore. Cic. Tuſcul. lib. iij: Hoc detracto, quod totum eſt voluntarium, ægritudo erit ſublata illa mærens; morſus tamen & contractiunculæ quædam animi re-

linquentur. Et lib. iiij: Itaq. hæc prima definitio eſt, vt ægritudo ſit animi aduerſante ratione contractio.

Cicvres. Cic. Tuſc. lib. v: Partim ſoliuagas, partim congregatas, immanes alias, quaſdam autem cicures, nonnullas abditas, terraque tectas.

Cvias, vnde. Cic. Tuſc. lib. v: Socrates quidem, quum rogaretur cuiatem ſe eſſe diceret, mundanum, inquit.

Cibarivm, quod nunc aut de pane ſordido, aut de alio indigno dicatur. Varro Modio: In bucolico dormire mallem, ſcilicet potius vinum meum cibarium, quam ego dominus cubarem. Idem ὄνος λύρας: Tuus autem ipſe frater cibarius fuit Ariſtoxenus. Cic. Tuſc. lib. v: Cui quum peregrinanti Ægyptum, comitibus non conſecutis, cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum illo pane iucundius.

Comedones, ab edendo. Varro Modio: Putat fore hoc, quod hic comedonibus conuenit vſu, quibus nota voluptate quum edunt, duntaxat gula gaudet.

Cavlem, vitis robur. Varro de Re ruſtica lib. j: quem dicimus caulem, vt Virgil. lib. xij: Puberibus caulem folijs: Ex ſarmento caules qui nati ſunt, de his qui plurimum valent, primum, ac ſecundum, nonnumquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere.

Continvari, conuenire, concurrere. Siſenna Hiſtor. lib. v: Marius oſtio Liris euehitur, adq. Ænariam ſuos continuatur.

Cinefactvm, in cinerem diſſolutum: fi-

guratio, vt tepefactum, & labefactum. Lucretius lib. iij: At nos Horrifico cinefactum te prope buſto.

COXENDICAS, coxas. Lucillius: Caput collo ſuſtentatur, truncus ſuſtinetur a coxendicib. Varro de Re ruſt. lib. j: Lata fronte, naribus ſimis, lato pectore, craſſis coxendicibus.

CONDITANEVM, quod condi vel condiri poteſt, recte dici Varro de Re ruſt. lib. j: * In agro craſſo & calido oleam conditaneam, radium maiorem, Sallentinam orchitem, puſeam Serginam, albicerem, colmineam.

CÆNATVS, vt pranſus, vt potus, vt lotus, id eſt confecta cæna. Varro de vita pop. Rom. lib. iij: Vt eius conuiuium, qui triumpharet in Capitolio videretur eſſe proprium, vt ipſe potius domum reduceretur cænatus a conuiuio.

CIRROS. Varro Cato, vel de liberis educandis: Itaq. Ambraciæ primum capillum puerilem demtum, item cirros ad Apollinem ponere ſolent.

CATELLOS. Varro Cato, vel de liberis educandis: Quare meliuſculæ conſuetudinis pueriles illorum, qui ſuis catellis miniſtrant, quod edint.

D.

DEXTIMA, pro dextra. Varro περὶ αἱρέσεων: Porro inde ab vnoquoq. compito ternæ viæ oriuntur, e quibus ſingulæ exitum ac telos habent proprium. A primo compito dextimam viam munit Epicurus.

DESVEVI illum, pro deſueſeci illum, id eſt, conſuetudinem ei abſtuli: Titinnius Gemina:

Paraſitos amoui, lenonem ædidus abſterrui, Deſueui nequo ad cęnam iret extra conſilium meum.

DAPALIS cæna eſt amplis dapibus plena. Titinnius Varro: Toto fit in foco de lignis indapalis cæna.

DIVITANT, pro diuites faciunt. Accius Aſtyanacte: Nihil credo auguribus, qui auris verbis diuitant Alienas, ſuas vt auro locupletent domos. Turpilius Thraſyleone: --- Dij me diuitant.

DESQVAMAT, ſquamis exſpoliat. Plautus Aulul. Dromo deſquama piſcis, tu Machærio Gongrum, murænam exdorſua, quantum potes: Lucil. Satyrarum libro vij: Sador, ſubbellor, deſquamor, pumicor, ornor, Expilor, pingor.

DEARTVARE eſt quaſi per artus concidere. Plautus Capt. Tum igitur ego deunciatus, deartuatus ſum miſer. Idem in eadem: Deartuaſti, dilacerauiſti, atq. opes Confeciſti.

DEMOLIRI, diruere. Salluſtius Hiſt. lib. iiij: Pluteos reſcindit, ac munitiones demolitur, locoq. ſummo potitur.

DIVIDOS, id eſt ſeparatos. Accius Andromeda: Noſq. vt ſeorſum diuidoș leto offeros.

DISPVLVERARE eſt diſſoluere. Næuius Gymnaſtico: Saxa, ſyluas, lapides, montes diſſicis, diſpulueras.

DIFFERITAS, pro differentia. Lucretius lib. iiij: Tantaq. in his rebus diſtantia, differitaſque.

DEBILO, debilis. Ennius lib. viiij. Debilo homo.

DOMVITIONEM. Pacuuius Hermiona: Nam ſolus Danais hic domuitionem dedit. Lucill. lib. xxvj: domuitionis cupidi imperium regis pæne imminuimus.

DESIGNARE, cum nota & ignominia aliquid facere. Terentius Adelphis: --- Illa, quæ ante facta ſunt Omitto; modo quid deſignauit?

DEBLATERARE, obloqui, confingere. Lucillius lib. xxx: Deblaterant plenus bonus ruſticus concinit vna.

DELETILE, non quod deleatur, ſed quod deleat. Varro Modio: Si diſplicebit tam tibi latum mare, Partis quantum ſpungeam deletilem.

DATATIM, id eſt, inuicem dando. Plautus Curcul. Tum iſti, qui ludunt ſerui ſcurrarum datatim in via. Afranius Homine: Datatim vxorem vt ludas. Pompon. Adelphis: Quod ille dicit, quum datatim in lecto tecum luſi. Nouius Exodio: In molis non ludunt raptim pila, datatim morſo.

DIVIDIA eſt tædium. Accius Armorum iudicio: Huius me diuidia cogit plus quam eſt par loqui. Turpilius Epiclero: Sperabam conſilia noſtra diuidiæ tibi, quum ætas acceſſet, non fore.

DVLCITAS, DVLCITVDO, pro dulcedo. Accius Tereo: O ſuauem linguæ ſonitum, o dulcitas conſpiratum animæ. Cæcilius Syracuſis: Tantan'hinc inuaſit in corda indulcitas? Cicero de Deorum nat. lib. iij: Quin etiam guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, quiq. dulcitudine præter ceteros ſenſus commouetur.

DISCORDITAS, pro diſcordia. Pacuuius Hermiona:

Hermiona: Quantamque ex diſcorditate cladem importem familiæ.

DELETIO. Lucil. lib. xxviiij: Deletionem noſtri ad vnum exercitus.

DEPOCVLASSERE, ac DEARGENTASSERE, & DECALAVTICARE. Lucil. lib. xxvj: Depoculaſſere aliqua ſperans me, ac deargentaſſere, Decalauticare, eburno ſpeculo depeculaſſere.

DIFFLARE eſt flatu diſturbare. Plautus: Cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu. Lucillius lib. xxvj: Pars difflatur vento, pars autem obrigeſcit frigore.

DANVNT, dant Pacuuius Iliona: Dij me, etſi perdunt, tamen eſſe adiutam expetunt, Quum, priuſquam intereo, ſpacium vlciſcendi danunt. Plautus Pſeud. Cui ſeruitutem dij danunt lenoniam. Næuius belli Pœnici lib. iiij: Eam carnem victoribus danunt. Cæcil. Plocio: Patiere quod dant, quando optata non danunt.

DEAMARE, vehementius amare. Afranius Vopiſco: Voluptatem capio maximam, cruciari tua te culpa, Qui de te, & de illa peſſume, quam deamas promerere.

DECOLLARE, ex collo deponere. Cæcil. Notonicaſione: Habes, vide, tibi tradidi, in tuo collo eſt, decolles caue.

DEGVLASSE eſt gulæ dediſſe. Afranius Brundiſinis: Immo iamdudum hoccubuiſſe, degulaſſe opportuit.

DELECTARE, illicere, attrahere. Ennius Thyeſte: Set me Appollo ipſe delectat, ductat Delphicus. Quadrigarius Annalium lib. iij: Fa-

bius de nocte cœpit hoſtibus caſtra ſimulare oppugnare, eum hoſtem delectare, dum collega id caperet, quod captabat.

DELICA, explana, indica. Accius Achille: Qua re alia ex crimine inimicorum effugere poſſis, delica. Cæcilius Oboloſtate: Immo vero hæc ante ſolitus ſum, res delicat. Titinnius in Quinto: Quid iſtuc eſt? aut iſtic ſibi vult ſermo? mater delica.

DEVORARE, abſumere, eripere. Acc. Æneadis: Patrio exemplo, & me dicabo, atque animam deuorabo hoſtibus.

DIGNET, dignos putet. Pacuuius Iliona:--- Quis deos Infernos, quibus cæleſtis dignet decorare hoſtijs?

DEBILITER, debilitate. Pacuuius: Miſeret me, lachrymis lingua debiliter ſtupet.

DEMAGIS, valde magis. Lucillius libro xvj: Rex Cotus ille duos hos ventos, Auſtrum, atque Aquilonem Nouiſſe aiebat ſolos demagis iſtos Ex nimbo auſtellos nec noſſe nec eſſe putare.

DIV, pro die; vnde & interdiu dicitur. Titinnius Fullonibus: Nec noctu nec diu licet fullonibus quieſcant. Plautus Caſina: Noctuq. & diu vt viro ſubdola ſis. Idem in Aulul. Nec noctu nec diu quietus vmquam eam, nunc dormiam.

DVBITATIM, dubitanter. Cælius Annal. lib. iij: Imperator conclamat de medio, auclitatis in ſiniſtro cornu remoueantur, Gallis non dubitatim immittantur. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Quod hoſtem non dubitatim, cum pluteis ac ſcalis iter

facere cernebat.

Discedere, hiare, diuidi, diſtendi. M. Tullius de off. lib. iij: Hinc ille Gyges inducitur à Platone; qui quum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Armati dextera ducti magiſque in latitudinem diſcedunt.

Delegare veteres diſcedere poſuerunt, vel diſpertire. Plautus Amphit. Cui fautores delegatos viderint.

Depsere a Græco magis ſignificantiam vel originem trahit. Homerus Odyſſia: δεψήσας κηρὸν μελινδέα. Varro Myſteriis: Sed tibi fortaſſe alius molit & depſit.

Dolitvm, quod dolatum vſu dicitur, quod eſt percæſum vel abraſum, vel effoſſum. Varro Agathone: Numnam cælatus in manu dextra ſcyphus, Cælo dolitus artem oſtentat Mentoris? Cicero, dolatum; Acad. lib. iiij: Non enim eſt ex ſaxo ſculptus, aut e robore dolatus.

Dentarpagas, quas Græci ὀδοντάγρας vocant, Latine voluit appellari Varro Quinquatribus: Hic bipenſiles forcipes, dentarpagæ.

Descobinatis, ſaucijs, & abraſis, & deſectis. Varro Meleagris: Sin autem delectationis cauſſa venamini, quanto ſatius eſt ſaluis cruribus in circo expectare, quam his deſcobinatis in ſylua cura re?

Desvbvlare, perfodere. Varro Seſquiulyſſe: Vnam viam Zenona moiniſſe; duce virtute hanc eſſe nobilem: alteram Carneadem deſubulaſſe, bona corporis ſecutum.

DORMITIO. Varro Sexageſi: O ſtulta noſtri pectoris dormitio vigilabis. Et alio loco idem: Quid mihi ſomno, ſi dormitio tollitur?

DISSENTANEVM, diſcors, & diſſentiens; vt conſentaneum contra. Nigidius: Eum locum facit diſſentaneum.

DECIDVA, quæ cadant; vt occidua, quæ occidant. Laberius: In altum non vbi caput a folijs decidua folia pandit.

DVODEVICESIMO, ita vt duodecimo. Varro humanarum rerum lib. xvj: Mortuus eſt anno duodeuiceſimo: rex fuit annos xxj. Cato in quarto Orig. Deinde duodeuiceſimo anno poſt dimiſſum bellum, quod quatuor & viginti annos fuit, Carthaginenſis ſextum de fœdere decernere.

DIVRNARE honeſtum verbum, pro diu viuere, vt apud veterem prudentem auctoritatis incognitæ: Neq. optimum quem quam inter nos ſinunt diurnare.

DVRITVDO, pro duritia. Cato in Veturium: Qui illius, inquit, imprudentiam norat, & duritudinem.

DELICIA numero ſingulari, quod aut rarum eſt, aut ſingulare. Plautus: Mea voluptas, mea delicia.

DIRITAS. M. Tul. de ſenectute: In altero diritas.

DIRISSIMVM. Varro Vimarco: Scena quem ſenem Latina vidit diriſſimum.

DIIS, diutinis ac iugibus. Varro ὄνος λύρας: Quam mobilem diuum lyram ſol harmoge Quadam gubernans motibus Dijs veget.

DICTERIA. Varro ὄνος λύρας: Neque orthopſalticium attulit pſalterium, Quibus ſonant in Græcia dicteria.

DISPALARE eſt ſeparare. Siſenna Hiſt. lib. iij: Diſpalati ab ſignis digreſſi omnes ac diſſipati. Idem: Tanto plures paſſim diſpalantur.

DILORICARE dictum eſt ſcindere. Cicero de Orat. lib. ij: Qui in cauſſa peroranda non dubitauit excitare reum conſulatem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatricem aduerſam ſenis imperatoris oſtendere.

DIVITIOR. Cic. de Orat. lib. iij: Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambos.

DETVRBARE, deijcere, demouere. Salluſt. lib. ij: Mœnibus deturbat. Virgil. lib. v: —Puppi deturbat ab alta. Et lib. vj: Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant, Deturbat.

DIVIDÆ, vt diſſenſiones. Accius Phœniſſis:
Ne horum diuidæ, & diſcordiæ diſſipent,
Et diſturbent tantas & tam opimas ciuium
Diuitias.

DEINTEGRARE, diminuere. Cæcilius: Nomen virginis, niſi mirum eſt, deintegrauit.

DEIVGARE, deiungere, ſeparare, diſſociare. Pacuuius Chryſe: —Perq. noſtram egregiam Vnanimitatem, quam memoria deiugat.

DENASCI, decreſcere. Caſſius Hemina Annali lib. ij: Quæ nata ſunt, ea omnia denaſci aiunt.

E

EVIRESCAT. Varro Prometheo lib. xv: Atque exſanguibus dolore euireſcat colos.

EVALLARO dictum, excludam, & quaſi extra vallum mittam. Titinnius Prilia: Qua ego hodie extorrem hanc domo faciam, pilatricem pallij euallauit, o pulchre. Varro, ἐπιτάφιον, ἢ Βοῦς περὶ τάφου: Donec foras nos intus euallauerunt.

EXCANTARE ſignificat excludere. Plautus Bacchid. Nam credo cuius excantare cor poteſt. Lucil. Satyr. lib. ij: Quæ ego nunc Æmilio præcanto, atque exigo, & excanto. Varro Eumenid. Vbi vident ſe cantando ex ara excantare non poſſe, deripere incipiunt.

EXTVNDERE eſt extorquere, vel inuenire. Afranius Epiſtola: Itaque ad eo extundo, ex officio, datur mihi Cuſtodiendus. Virgilius Georg. lib. j: Et varias vſus meditando extunderet artis Paulatim.

EXSCVLPERE eſt extorquere. Plautus Ciſtellaria: In quæſtione vix exſculpſi vt diceret. Lucillius Sat. lib. ij:—Nunc nomen iamque ex teſtibus ipſe rogando Exſculpo, hæc dicam. Idem: Vt eſurienti leoni ex ore exſculpere prædam.

E REGIONE poſitum eſt ex aduerſo. Cic. Acad. lib. iiij: Nec ego non: ita vos etiam dicitis eſſe e regione nobis in contraria parte terræ, qui aduerſis veſtigijs ſtent ad noſtra veſtigia.

EXSORBEBO, pro exſorbeam. Plautus Epidico: Iam ego me conuortam in hirudinem, atq. horum exſorbebo ſanguinem. Turpilius Leucadia: Iam ego iſtam tibi triſtitiam exſorbebo.

EGVRGITEM, exhauriam ſignificat.

Plautus Epidico: — Atque egurgitem domo prorſum.

EXPAPILLATO brachio, quaſi vſque ad papillam renudato. Plautus Milite glorioſo: Id connexum in humero, læuo expapillato brachio.

EXOS dicitur ſine oſſe. Lucretius lib. iij: Exos & exſanguis tumidos perfluctuat artus.

EXTRARIVM, quaſi alienum. Afranius Suſpecta: Vt me eiſe in hac re ducat abs te extrarium?

ERRABVNDVS, pro errans. Virgilius: Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris Errabunda bouis veſtigia.

EXCANDESCENTIA. Cic. Tuſcul. lib iiij: Libidini ira, excandeſcentia, odium, inimicitiæ, diſcordia. Idem in eodem: Excandeſcentia autem eſt ira naſcens, & ſine modo exſiſtens.

EMVNGERE, ſine labore tollere. Terentius Phorm. --- Emunxi argento ſenem.

EFFVTIRE, cum mendacio dicere. Terentius Phorm. Vos forte imprudentes effutiretis. Cic. Tuſcul. lib. v: Nec hæc ſic agit vt ex tempore quaſi effutire videatur. Lucretius: Multa licet ſimili ratione effutiat ore.

ELEVIT, maculauit. Lucilius lib. vj: Si hic veſtimenta eleuit luto, ab eo riſum magnum ac cachinnum imprudens ſubiicit.

ELEVIEM, purgationem. Lucillius lib. xxvj: Vt eluuiem facere per ventrem velis.

EXPONERE, pro exempla boni oſtentare. Cicero Academ.lib.ij: Frangere auaritiam, ſcelera ponere, vitam ſuam exponere ad imitandum iuuentuti.

EXPETVNT, pro volunt. Pacuuius Iliona: Dij me etſi perdunt, tamen eſſe adiutam expetunt, Quum, priuſquam intereo, ſpatium vlciſcendi danunt.

EXPALPARE, elicere. Plautus Pœnulo: Quid faciam? exora, blandire, expalpa. Pompon. Collegio: Siquid expalpare poſſim ab illo. Plautus Vidularia: Nunc ſeruus argentum a patre expalpabitur.

EXPERGO, pro expergefacio. Accius Antigona: Heus vigiles properate, expergite, Pectora tarda ſopore exſurgite. Santra Nuntijs Bacchis: ---Ex templo exit, euadit tua Genitrix, & omnis vocis expergit ſono.

EXTRABVNT, pro exibunt. Afranius Auctione: Simul limen extrabo, illi intrabunt illico.

EFFLICTIM, vehementer. Plautus Pœnulo: Earum hic adoleſcens alteram efflictim perit. Pomponius Dotata: Scio pol te illam amare efflictim. Laberius Belloniſtria: Domina noſtra priuignum ſuum amat efflictim.

EXPVLSIM, dictum a frequenti pulſu. Varro Sera parecte: Purgatum ſcito, quam videbis Romæ in foro ante lanienas pueros pila expulſim ludere. Nigidius Commento libro xx. Cuiuſmodi genus aduerbiorum aduerbij motu, qua euenit, vt expulſim, curſim.

ELVVIO, corruptus & morbiferis operis tra-

ctus. M. Tul. de offic. lib. ij: Qui collectis ceteris cauſſis eluuionis, peſtilentiæ, vaſtitatis.

EXHIBERI, inferri. M. Tullius de off. lib. ij: Quod quum audiuiſſet adoleſcens filius, negotium exhiberi patri.

ECVLEOS, diminutiuum ab equis M. Tullius in Hortenſio dici voluit: Vt igitur domitores equorum non verbera ſolum adhibent ad domandum, ſed cibum etiam ſæpe ſubtrahunt, vt fame debilitetur eculeorum nimis effrenata vis. Varro Eumen. Neq. furentem eculeum Damacrinum inſanus equiſo exhibebis morbi fluctibus educat vmquam. Pomponius Decuma fullonis: Vbi inſilui in cocleatum eculeum, ibi tolutim tortor.

EMANCIPATVM, ſubnixum, deditum. M. Tullius de ſenectute: Ita nimis ſenectus honeſta eſt, ſi ſeipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt, ſi vſq. ad vltimum ſpiritum dominatur.

EXIVRARE, & deiurare, id eſt, valde iurare, vt deamare. Plaut. Amphitr. Exiurauiſti te mihi dixe per iocum.

EXORNARE, ornare; vt EXTRVERE, inſtruere. Plautus in Aulul. Repudium rebus paratis, exornatis nubtijs. Virgil. Æn. lib. iiij: —Pulchramque vxorius vrbem Exſtruis. Cicero Tuſc. lib. ij: Modo eſt aliqua patientia: ſi nulla eſt, quid exornamur philoſophia?

EQVISO, pro equite. Varro Trihodite tripylio, περὶ ἀρετήσεως: Nam vt equus qui ad vehendum eſt natus, tamen hic traditur magiſtro, vt equiſo doceat tolutim. Idem Marcipore: Quam nautici

equiſones per viam qua ducerent lora. Idem Eumenid. Neq. furentem eculeum Damacrinum inſanus equiſo exhibebis morbi fluctibus educat vmquam.

Evnvchare. Varro lege Mænia: Si qui patriam maiorem parentem extinguit, in eo eſt culpa; quod facit pro ſua parte is qui ſe eunuchat, aut aliqui liberos producit.

Eqvilam. Varro Lege Mænia: Nemo eſt tam neglegens, quin ſumma diligentia eligat aſinum, qui ſuam ſaliat equilam.

Esvrigo. Varro ταφῆ μενίππου: Vbi lubet, ire licet accubitum, accedo ſtrenue, ſuſſilimus, quod eſurigo findebat coſtas.

Ericivm. Varro Sexageſi: Se circumſpexe, atq. inueniſſe, quum dormire cœpiſſet tam glaber quam Socrates, caluum eſſe factum ericium e piles albis cum proboſcide.

Elvcificare, dictum a luce. Laberius: Sic ego fulgentis ſplendore pecuniæ volo Elucificare exitum ætatis meæ.

Exigor, pro a me exigitur. Cæcilius Æſchino: Ego illud minus nihilo exigor portorium.

Edvlcare, pro dulcius facere. Matius: Quapropter edulcare conuenit vitam, Curaſq. acerbas ſenſibus gubernaſſe.

Eqvitem, pro equo. Virg. Georg. lib. tertio:--- Atq. equitum docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Ennius Annali lib. vij: At non quadrupedes equites.

Eqvitare quoq. Lucillius equum dicit, quum ſit hominis equum inſidentis: Quis hunc

currere equum nos atq. equitare videmus, His equitat, curritque: oculis.—

EXSEQVIANTVR, ab exſequijs, vt conuiuantur, & epulantur. Varro Bimarco: Ipſum propter vix liberti ſemiatrati exſequiantur.

EXHEDRA. M. Tullius de officijs, & de finibus bon. & mal. lib. j: Sunt in ipſis locis indicia ſummorum virorum; tamen ego illa moueor exhedra. Et de Orat. lib. iij: Tunc dedita opera quieſcentibus alijs in eam iam exhedram veniſſe, in qua Craſſus poſito lectulo recubuiſſet.

ERGO poſitum, pro ea cauſſa. Virg. Æn. lib. vj: —Illius ergo Venimus, & magnos Erebi tranſnauimus amnes. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Milites, vt lex Calpurnia conceſſerat, virtutis ergo ciuitate donari.

ENIXIM, pro enixe. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Ego illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas atq. honores huius ordinis omnia feciſſe ac dixiſſe ſentio.

EXINANITA. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Deniq. exinanitas caſtris Romani, qui clauſo ſe loco potuerant expedire.

EXANCLARE eſt perpeti, vel ſuperare. Cic. Acad. lib. iiij: Credoq. Clitomacho ita ſcribenti, vt, Herculi quemdam laborem exanclatum. Et Tuſc. lib. j: Quod quum exanclauiſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum.

EVGIVM, media pars inter naturalia muliebria. Lucil. in Epodis hymnis: Sine eugio ac deſtina. Laberius in Centenario: Quare tam arduum adſcendas? an concupiſti eugium ſcindere?

EXOTICVM, aduentitium; a Græco. Plautus Muſtell. Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica.

EBRIVLARE, ebrium facere,&EBRIACVS, ebrius. Laberius Hetæra:Ebriulati mentem hilariam arripuit. Idem in Aulularia: Homo ebriacus ſomno ſanari ſolet.

EXFVNDARE, a fundo euertere. Cælius Antipater lib. vij: Res pub. amiſſo exfundato pulcherrimo oppido.

EXSTERNAVIT, vt conſternauit, id eſt, dementem fecit. Catullus: A miſera, aſſiduis quam luctibus exſternauit Spinoſas Erycina ſerens in pectore curas.

EXCISSATVM, laniatum, vulneratum. Plautus Ciſtellaria: Capillo ſciſſo, atque exciſſatis auribus.

EDVSAM, & POTINAM Deas præſidis vult haberi puerorum Varro, Cato vel de liberis educ. Quum prim o cio & potione initiarent pueros, ſacrificabantur ab edulibus Eduſæ, a potione Potinæ nutricis.

ESCVLENTVM, & ESCARIVM, ab eſcis, & ab edendo dictum. Varro Cato, vel de lib. educ. Fortuna ſe illos, non natura præſtare, ſiquid his datum ſit eſculentum. Plautus Menæchmis: Ea enim fere lenta vincla ſunt eſcaria.

EPHIPPIVM, tegimen equi ad mollem vecturam paratum. Varro Cato, vel de lib. educ. Mihi puero modica vna fuit tunica & toga, ſine faſceis calceamenta, equus ſine ephippio, balneum non cottidianum, alueus rarus.

F.

Famvlantvr, pro ſeruiunt. M. Tullius de Repub. lib. iij: Eſt enim genus iniuſtæ ſeruitutis, quum hi ſunt alterius, qui ſui poſſunt eſſe; quum autem hi famulantur. Et de offic. lib. iij: Quam miſer virtutis famulatus, & ſeruientis voluptati.

Firmitvdo, pro firmitas. Plautus Aſinaria: Si iſtam firmitudinem animi obtines, ſalui ſumus. M. Tul. de Rep. lib. j: Habent æquabilitatem, quamdam, qua carere diutius vix poſſunt liberi, deinde firmitudinem.

Fortvnare eſt proſperare, & omnibus bonis augere. Plautus Trinummo: Dij fortunabunt veſtra conſilia. M. Tullius ad Curionem: Tibi patrimonium Dij fortunent. Afranius Emancipato: Deos ego omnis, vt fortunaſſint, precor.

Fallam, pro fallaciam. Nouius Decumis: Me non vocauit, ob eam rem hanc feci fallam.

Ficitatem dictum, vt oluitatem, id eſt fructus fici. Nouius:— Ficitores Omnes capiunt ficitatem; mers eſt ſine moleſtia.

Fimbriæ ſunt omnis extremitas. Næuius Lycurgo: * Vt videam Vulcani opera Hæc flammis fieri flora.

Famvlitas eſt ſeruitus. Accius Andromeda: Nam poſtquam paruos vos oppreſſit famulitas. Pacuuius Atalanta: Quas famulitas, vis, egeſtas, fama, formido, pauor.

Fidelitatem, id eſt fidem. Accius Mirmydonibus: Nolo equidem, ſed tu huic, quem ſcis quali in te ſiet Fidelitate, ob fidam naturam

viri Ignoſce. Afranius Vopiſco: Id eſt intus actum, perit opera nimirum mea, Ea aio fidelitatis.

FALSVM HABVIT, pro feſellit. Salluſt. in Iugurtha: Neq. ea res me falſum habuit.

FAMVL, famulus. Ennius libro viiij:— Mortalem ſummum Fortuna repente Reddidit, ſummo regno famul vt optimus eſſet.

FLACCET, languet, deficit. Lucil. lib. vij: Hic eſt Macedo ſi agrion longius flaccet. Accius Achille:—An ſceptra iam flaccent, ferat. Afranius Diuortio: Diſperij, perturbata ſum, iam flaccet fortitudo. Ennius Tyreſte: Sin flaccebunt conditiones, repudiato, & reddito.

FVLGVRIVIT, fulgorem fecit, vel fulmine afflauit: Næuius. Sane a ſuo ſonitu claro fulguriuit Iuppiter. Lucillius lib. xxvj: Luporum exactorem maluanum, & fulguritarum arborum.

FRIGET, frigidum eſt. Virgil. lib. vj:— Corpuſq. lauant frigentis, & vngunt. Terent. Phor. Abi, tange, ſi non totus friget, me enica.

FAVITOREM, fautorem. Lucillius libro xxviiij: Fanitorem tibi me, amicum, amatorem putes.

FOLLICVLVM Lucillius poſuit pro corpore, lib.xxvj: Ego ſi qui ſum, & quo folliculo nunc ſum indutus, non queo.

FLIGI, affligi. Liuius Ægiſtho: Ipſe ſe in terram ſaucius fligit cadens. Accius Epinauſimache: Nec perdoleſcit fligi ſocios, morte campos contegi. Idem Ægiſtho: Heu cuiatis ſtirpem funditus fligi ſtudet.

FRAGESCERE, frangi. Accius Ægiſtho: Neq. fera hominum pectora frageſcunt, donec vim perſenſerint imperij. Idem Euryſace: Numquam erit tam immanis, quum mea opera exſtinctum ſciat, Quin frageſcat.

FVAM, ſim, vel fiam. Pacuuius Duloreſte: Reſponſa explanat, mandat ne matri fuat Cognoſcendi vſquam, aut contuendi copia. Titinnius Fullonia: Perij hercle vero; Tiberi nunc tecum obſecro, Vt mihi ſubuenias, ego ne maialis fuam. Liuius Hermiona: Obſecro te Anchiale, matri nequid tuę aduorſus fuas. Afranius Promo: Caue ne pendeas, ſi fuas in quæſtione. Ennius Hectoris lytris: At ego omnipotens te expoſco, vt hoc conſilium Achiuis auxilij fuat.

FACVL, pro faciliter; huic contrarium eſt difficul. Lucil. lib. vj:— Peccare impune rati ſunt Poſſe, & nobilitate facul propellere iniquos. Pacuuius Teucro: Nos illum interea prȩficiendo propitiaturos facul remur. Afranius Auctione: Haud facul, vt ait Pacuuius, femina inuenietur bona. Accius Meleagro: Erat virile iſtuc ferre aduorſam fortunam facul. Varro Bimarco: Quod vtrum ſit magnum, an paruum; facile, an difficul.

FAMVLANTER, pro ſuppliciter. Accius Tereo: Deum Cadmo generatum Semela ad fare, & famulanter pete.

FLVCTVATIM, iactanter & ſolute. Afranius Pompa: Tene tu, in medio nemo eſt, magnifice volo fluctuatim ire ad illum, accipite hoc, tege tu & ſuſtine.

FORTVNATIM, proſpere. Ennius Annali-

bus: Ea mihi reliquæ fidei,regno vobiſque Quiritis Se fortunatim, feliciter,ac bene Vortat.

FRVSTATIM, & FRVSTILLATIM, per fruſta, vt minutatim. Pomp. Verre ægroto: Verum illi valent,qui luctantur cum leonibus; Et te obiectes fruſtatim paſſerinum prandium. * Saturarum; Non fruſtillatim nec minutatim dari.

FASTIDILITER, faſtidioſe. Varro Cras credo, hodie nihil: Quibus inſtabilis animus ardens mutabiliter habet habere & non habere faſtidiliter inconſtanti pectore.

FVGERE dictum eſt deterius fieri. M. Tull. de offic. lib.iij: Si qui vinum fugiens vendat ſciens.

FATIGARE, poſitum pro fatigari. Virgil.lib. viij: Olli remigio noctemque diemque fatigant.

FRAVSVS, pro fraudatus; id eſt * ad fraudis fructum venerit. Pluatus Aſinaria: Non placet metuo, in commune nequam fraudem frauſus ſiet.

FAX, pro face. Varro γεροντοδιδασκάλῳ: Confluit mulierum tota Roma, quæ noctu fieri initia ſolita etiam nunc pinea fax indicat. Idem Sexageſi: --- Adeſt fax inuoluta incendio. Idem de vita pop. Rom. lib. ij: Quum a noua nupta ignis in face afferretur, foco eius ſumtus, quum fax ex pina alba eſſet, vt eam puer ingenuus afferret.

FLAVISSAS eas dici Varro æſtimat, quos Græci theſauros vocant, in Epiſtola quam ad Seruium Sulpitium dedit? Quintum Valerium Soranum ſolitum dicere, quos theſauros Græco nomine appellaremus, priſcos Latine flauiſſas dixiſſe,

quod

quod in eos non rude æs, argentumq. ſed flata ſignataq. pecunia conderetur.

FORMIDOLOSVM, & quod ipſum formidet, & quod ſit formidabile. Salluſtius in Catilina: Non armatus hoſtis formidoloſus.

FRVNISCI, pro frui. Lucil. lib xviij: ---Æq. fruniſcor ego ac tu. Cælius lib. j: Domus ſuas quoque ire iubet, & ſua omnia fruniſci. Nouius par eo: Quod magno opere quæſierunt, id fruniſci non queunt.

FELLARE, exſugere, iam vere. *Manio: Tam eum ad quem veniunt, & hoſpitium lac humanum fellaſſe.

FALLACILOQVENTIÆ. M. Tull. de finib. bon. & mal. lib. iiij: Quæ diligentiſſime contra Ariſtonem dicuntur a Chryſippo: Ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ.

FABELLÆ. M. Tull. de finib. bon. & mal. lib. v: Libenterque ſe cum his congregant, dantque ſe ad ludendum, fabellarumque auditione ducuntur.

FERA BITE, poſitum pro Agreſti. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Et partim fera bite, partim lauro, & arbuſto, ac multa pinu ac myrtetis abundant.

FORAMEN. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Neque porta, neque vllum foramen erat, qua poſſet eruptio fieri.

FLEXANIMA. Cic. de orat. lib. ij: Tantam vim habet illa, quæ recte a bono poeta dicta eſt flexanima, atq. omnium regina rerum oratio. Pacuuius Hermiona: O flexanima, atq. omnium regina rerum oratio.

FRONS, pro fronde. Virgil. Georg. lib. ij: ---Frons tenera, imprudenſq. laborum. Varro de Re ruſtica lib. j: Quod Cato ait circum fundum vlmos, & populos, vnde frons ouibus & bubus ſit.

FALÆ, turres ſunt ligneæ. Ennius. lib. xv: Malos defindunt, fiunt tabulata, falæque. Hæc ſunt & circo, quæ apud veteres propter ſpectatores e lignis erigebantur.

FORIA, ſtercora liquidiora. Pomponius Macco: Conforiſti me Diomedes. Laberius in Panilicis: Foriolus eſſe videris, in coleos cacas. FORIOLVS, qui foria facile emittat, ſaluti ſcilicet ventris.

FLOCES, fæx vini. Cæcilius Adpol: Ego neque florem, neque floces, volo mihi, vinum volo.

FEBRVARE poſitum pro purgare, & purefacere. Varro de vita populi Rom. lib. j: In eorum enim ſacris liba quum ſunt facta, inicere ſolent farris ſemina ac dicere, ſe ea februare, id eſt, pura facere.

G

GRVNNIRE dicuntur porci, quod eorum proprium vocis eſt. Var. Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως: Grunnit tepido lacte ſatur mola mactatus porcus. Cicero Tuſcul. lib. v: Aut grunditum, quum iugulatur, ſuis. Laberius in Sedigito: Grundientem aſpexi ſcrofam.

GRVNDVLEIS lares dicuntur Romæ conſtituti ob honorem porcæ, quæ triginta pepererat.

GRANDIRE eſt grandem facere. Varro Rerum diuinarum lib.j: Quum aut humus ſemina concipere non poſſit, aut recepta non reddat, aut edita grandire nequeat. Plautus Aulul. Teſtudineum iſtum tibi ego grandibo gradum. Lucretius lib.ij: Quę nunc vix noſtro grandeſcunt aucta labore. Idem lib. j: Quidque ſua de materia grandeſcere, alique. Acc. Meleagro: --Frugis prohibet pergrandeſcere. Pacuuius Duloreſte: Nec grandiri frugum fetum poſſe, nec miteſcere.

GRANDITATEM. Siſenna Hiſtor. lib.iiij: Neque ætatis granditatem, neque ea merita, neq. ordinis honeſtatem, aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi.

GRAVIDINOSI. Cic. Tuſcul. lib.iiij: Itaque dicimus grauidinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos.

GRALLATORES ſunt calobathatrari: Grallæ enim ſunt fuſtes, quis innituntur. Var. Mutuum muli ſcabunt, περὶ ἀγροικίας: Grallatores qui gradiuntur, perticæ ſunt ligne finare inǫlet ab homine eo qui iniſta tangitantur, ſiciliani ni noſtri ſunt, galeæ crura, ac pedes noſtri eſſiare κινητοὶ, ſed ab animo mouentur.

GRANDILOQVI. Cicero in Orat. Nam & grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt cum ampla & ſententiarum grauitate, & maieſtate verborum. Et Tuſc. lib. v: Quid tandem iſti grandiloqui contra hæc duo quę maxime angunt?

GVTTATIM. Plautus Mercatore: Quod guttatim contabeſcit, quaſi in aqua indideris ſalem. Ennius Hecuba: Vide, hinc meæ, inquam,

lachrumæ guttatim cadunt.

GRACILITVDO; & GRACILENS, pro gracilis, & GRACILENTVM, pro gracili, & GRACILIVM pro gracilitas. Accius Amphitryone: Tamen & ſtatuæ & gracilitudo & propemodum & luctus facit Ne dubitem. Næuius Proteſilaodamia: Gracilentis colorem, dum ex hoc gracilans fit. Turpilius Canephoro: ---Noſti, quam ſit gracili corpore.

GRANDÆVITAS. Accius Alcmæone: Quia nec vos nec ille impune irrideret meam Grandæuitatem.---Idem Bacchis: Quia neque vetuſtas neque mors, neque grandæuitas. Pacuuius Hermiona: ---Quod tamen ipſa orbitas, Grandæuitaſque Pelei per penuriam Stirpis ſubaxet.

GEMINITVDINEM. Pacuuius Atalanta: Habeo ego iſtam qui diſtinguam inter vos geminitudinem.

GNARITAS. Salluſtius Hiſt. lib. iij: Diuerſa vti ſolet rebus perditis, capeſſunt: namque alij fiducia gnaritatis locorum, occultam fugam; pars globis eruptionem tentauere.

GALLVLARE, pubeſcere. Nouius Exodio: Puerum mulieri præſtare nemo ſcit quanto melior ſit, cuius vox gallulaſcit, cuius iam ramus roboraſcit.

GRATVLARI, gratias agere. Ennius Hecuba: Iuppiter tibi ſumme tandem male re geſta gratulor. Næuius belli Pœnici lib. iij: Is qui ſu:um ad cælum ſuſtulit ſuas res Ammullus gratulabatur diuis. Afranius Cinerario: Quod ſaluus venis, melius eſt, gratulor dijs.

Garrire, quaſi inepte ſtrepere. Cic. de Orat: lib.ij: Nam & ſæclis multis ante gymnaſia inuenta ſunt, quam in his philoſophi garrire cœperunt.

Gargaridiare. Varro Epiſtola ad Fufium: Quintiporis Clodiani forias ac poemata eius gargaridians dices, o fortuna, o fors fortuna.

Gallinas. Cic. Acad. lib. iiij: Qui gallinas alere permultas qu ęſtus cauſſa ſolerent, hi quum ouum inſpexerant, quæ gallina peperiſſet, dicere ſolebant.

Gabalvm crucem dici veteres volunt. Varro ἀιμυμεμειο, περὶ φιλαργυρίαν: Nos Barbari, quod innocentes in gabalum ſuffigimus homines, Vos non Barbari, quod noxios obueſtis.

Genialis, hoſpitalis Santra de antiquitate verborum lib. iij: Scis enim geniales homines ab antiquis appellatos, qui ad inuitandum, & largius apparandum cibum promtiores eſſent.

Gangræna eſt cancer. Lucil. Sat. lib. j: Serpere vti gangræna malo atque herpeſtica poſſet. Varro περὶ ἐξαγωγῆς: Non vituperamus, quum ſciamus digitum præcidi opportere, ſi ob eam rem gangræna non ſit ad brachium ventura. Idem de vita populi Romani lib. iij. Quo facilius animaduertatur per omnes articulos populi hanc mali gangrænam ſanguinulentam permeaſſe.

Genvm, parſimoniam. Terentius in Phormione: Suum defrudans genium comperſit miſer. Lucil. lib. xxvj: Curet ęgrotum, ſumtum homini præbeat, genium ſuum Defrudet, alij parcat.

Gemiæ, guloſi. Lucillius libro xxx: Illo quid

fiat, lamia & Pittho, ὀξυόδοντες, Quod veniunt geminæ illæ vetulæ, improbæ, ineptæ.

GLVMAM Varro folliculum grani frumentarij dici putat, de Re ruſtic. lib. j: Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum: gluma, qui eſt folliculus eius: ariſta, quæ vt acus tenuis longe eminet.

GERDIVS. Lucillius lib. xxx: ---Curare domi ſint Gerdius, ancillæ pueri, Ionarius, textor.

GRAVIDAVIT, impleuit. Cæcilius Titthe: Per myſteria hic inhoneſte grauidauit probro.

GERMANITVS, fideliter; dictum a germanitate. Pomponius Præfecto morum: Vt ſi quis eſt amicus amici, gaudet ſicut cui Boni euenit, cui amicus eſt germanitus.

GENEROSVM, nobile, vel forte. M. Tul. de offic. lib. iij: Quumque de imperio certamen eſſet cum rege generoſo ac potenti.

GRATIOSVM, multæ gratiæ. M. Tullius de offic. lib. iij: Qui eſſet, vt argentarius apud omnes ordines gratioſus.

GRATIFICARI, gratum facere. M. Tul. in Hortenſio: Quare aggredere quæſo & gratificare Reip.

GERRÆ, nugæ, ineptiæ: & ſunt gerræ faſcini, qui ſic in Naxo inſula veneris ab incolis appellantur. Plautus Aſinaria: Gerræ, Qui ſeſe parere apparent huius legibus, profecto. Idem ---Hic aderit credo congerro meus. Congerro, vt concluſor meus, qui eaſdem exerceat nugas. Cæcilius Portitore: Cur depopulator gerræ?

GALLARE, id eſt bacchare. Varro Eumenid. Quum illo vento, video Gallorum frequentiam in templo, qui dum eſſena hora, nam at latam imponeret ædilis ſignoſiæ, & deam gallantes vario retinebant ſtudio. Eodem: Nam quæ venuſtas hic adeſt gallantibus?

GANEONES a ganeis dicti, vt popinones; & ſunt loca vinulentiæ ac libidini apta. Varro Modio: Et hoc intereſt inter Epicurum, & ganeones noſtros, quibus modulus eſt vitæ culina. M. Tullius in Catilinam: Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? quis corruptor iuuentutis?

GLVBERE. Varro de Re ruſtica: Durities enim ea quod non ſolum ſtringit bacam, ſed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium.

GRAMIÆ, pituitæ oculorum. Cæcilius: Gramioſis oculis ipſa, atratis dentibus.

GIGERIA, inteſtina gallinarum cum hiſetica cocta. Lucillius lib. viij: Gigerini ſunt, ſiue adeo hepatia.

GLIS, nominatiuus ab eo, quod ſunt glires. Laberius in Aquis caldis: Etiam me optimus ſomnus premit, opprimitur glis. Plautus genitiuo plurali:---Glirium examina.

GENIVS, generis. Laberius Imagine: Genius generis noſtri parens.

H

HABENTIA, vt induſtria, ſapientia, concordia. Claudius lib. vij: Animos eorum habentia inflarat: ab eo, quod eſt habere.

HORA iuuentutis Dea. Ennius Annali libro j:---Quirine pater veneror. Horamq. Quirini.

HALEC, genere neutro. Plautus Aulul. Qui mihi olera cruda ponunt, halec duint: Horatius lib. ij. Sermonum: ---Ego fæcem primus, & halec Inueni.

HALOPHANTAM, aut SYCOPHANTAM, hominum genus nequam, quod ob ſuenda mendacia miſerrima mercede conducitur. Plautus Halophantam, aut ſycophantam, magis eſſe dicam. Et alius nobilitatis obſcuræ: ---Halophantam mendacem velit.

HIPPOCAMPI, equi marini, a flexu caudarum, quæ piſcoſæ ſunt, & eſt Græcum Menander. ---ἐκ τοῦ τος ἱπποκαμπος ἐν αἰθέει. Næuius: Si renocitur. Delphino cinctis vehiculis, hippocampiſque aſperis. Lucillius tranſuerſo ordine poſuit: Hippocampi elephanto camillos.

HARA eſt porcorum ſtabulum. Varro Prometheo lib. j: In tenebris, ac ſuili viuunt, niſi non forum hara, atq. homines, qui nunc pleriq; ſues ſunt exiſtimandi. Cicero in Piſonem: Ex hara producte, non ſchola.

HILARITVDINEM, pro hilaritate. Plautus Milite glorioſo: Bibe, animo obſequere mecum, atq. onera te hilaritudine.

HISCERE eſt proprie loqui. Accius Armorum iudicio: Hem vereor plus, quam fas eſt captiuum, hiſcere.

HONESTITVDO, pro honeſtas. Accius Oenomao: Horrida honeſtitudo Europæ principium primo ex loco. Idem Myrmidonibus: Tua

honeſtitudo Danaos decipit diu.

HILVM, breue quoddam. Lucillius lib. xxx: Quodq. tuas laudes culpes, non proficis hilum. Cic. Tuſc. lib. j: Tum illud, quod Siſyphus verſat Saxum, ſudans nitendo, neq. proficit hilum.

HORNVM, ipſius anni. Lucil. l. xxviij: Vtrum anno, an horno te abſtuleris a viro. Varro Eumenid. Quum in eo eſſem occupatus, atq. in ſchola curarem, inſcribit Scantius horno per Dionyſia.

HILARESCO. Varro Epiſtola Latina, lib. j: Immo quum amicorum domus fumat, hilareſco.

HOSTIRE eſt comprimere, recedere, dictum ab hoſtia. Pacuuius Teucro: Niſi coercuero proteruitatem, atq. hoſtio ferociam. Hoſtire, offendere, cedere. Pacuuius Erotopægnion lib. ij: Hunc, quod meum admiſſum nocens hoſtit voluntatem tuam.

HALVCINARE, aberrare, & non conſiſtere: atq. diſſolui, & obſtupefierj, atq. tardari, honeſte veteres dixerunt, vt eſt: Et aſſitudo oſcitantem vidit, atq. illius quidem delicatiſſimas mentis, & corporis halucinationes.

HILARETVR. M. Tul. de fin. bon. & mal. lib. ij: Verum hoc loco ſumo verbis his, eandem certe vim voluptatis Epicurum non noſſe, quam ceteros: omnes enim iucundum motum, quo ſenſus hilaretur, Græce ἡδονὴν, Latine voluptatem vocant.

HEBES poſitum pro obſcuro, aut obtuſo. Cic. Acad. lib. ij: Quid? Lunæ, quæ liniamenta ſint, poteſt ne dicere? cuius & naſcentis & inſe-

niſcentis alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua.

HINNOS vel HINNAS ſub quo ſenſu accipere debeamus, Varro deſignat: ait enim, ex equis, & hinnulis, qui naſcantur, hinnos vocari.

HILLAS inteſtina Veteres eſſe dixerunt; vnde Bohilla, oppidum in Italia, quod eo bos inteſtina vulnere trahens aduenerit. Laberius: Labititem hillam cocus, ſi lumbum aduſſit, flagris cæditur. Idem Catulario: Neue aliter hunc pædicabis, quomodo video, adoleſcenti noſtro cædis hillas.

HINNIBVNDE, pro hinnienter; ab eo quod hinnio. Claudius Annalibus, lib. xvj: Equi hinnibunde inter ſe ſpargentes terram calcibus.

I.

INCVRVISCERE. Cic. de Orat. lib. iij: Vt baccarum vbertate incuruiſcere. Ita & in Tuſc. lib. j.

INFINITATEM. Cicero Acad. lib. iiij: At hoc Anaximandro populari & ſodali ſuo non perſuaſit. Is enim infinitatem rerum atq. naturæ. * & in hoc mundo ipſo cælum, terras, maria cognoſcimus.

INSANITAS. Cicero Tuſc. lib. iij: Inſipientia autem, quaſi inſanitas, quæ eſſet inſania, eademq. dementia. Varro Eumenid. Apage in directum a domo noſtra iſtam inſanitatem.

INFRACTIONEM. Cic. Tuſc. lib. iij: In quem cadat ægritudo, cadere in eum timorem, & infractionem quidem animi.

IVGLANDES, agreſtes nuces. Cic. Tuſcul. lib. v: Inſtituitq. vt candentibus iuglandum pu-

caminibus barbam ſibi & capillum adurerent.

INGENERARETVR, vt innaſceretur. Cic. Acad. lib. iij: In tanta animantium varietate homini vt ſoli cupiditas ingeneraretur cognitionis & ſcientiæ.

IVVENILITAS, pro iuuentus. Varro Tithono, περὶ γήρως: Quam dereliquit multicupida iuuenilitas.

ITVM, pro inceſſu. Titinnius Setina: Itum, geſtum, amictum qui videbant eius.

IGNAVIT, id eſt ignauum facit. Accius Æneadis, aut Decio: Fateor, ſed ſæpe ignauit fortem in ſpe exſpectatio.

IMPLICARE poſitum pro ornare. Afranius Brundiſio: In parte inferiore hic implicabatur caput.

INANIIS, pro inanitate. Plautus Aulul. Ita inanijs ſunt oppletæ, atq. araneis.

INCITAS dicitur egeſtas. Plautus Trinummo: Alij exſulatum abierunt, alij emortui: Hem nunc, hic cuius eſt, vt ad incitas redactus eſt. Idem Pœnulo: Profecto ad incita lenonem rediget, ſi eas abduxerit. Lucillius Satyr. lib. iij: Illud ad incita cum redit, atq. internecionem. Idem lib. xv: Villicum Ariſtocratem, mediaſtrinum, atq. bubulcum Commanducatus corrupit, ad incita adegit.

INCERTAT, incertum facit. Pacuuius Duloreſte: Sed ne incertat dictis, quam rem expedi. Plautus Epid. Longa dies meum incertat animum.

ICIT ſignificat percutit, ab ictu. Plaut. Trucul. Frendit, icit femur. Idem Vidularia: Ibi

vt piſcabar, fuſcina ici vidulum. Pacuuius Armorum iudicio: Nam canis quando eſt percuſſa lapide, non tam illum appetit, Qui ſe icit, quam illum eum ipſum lapidem, qui ipſa icta eſt, petit. Afranius Simulante: Offendit, regit, rumpit, icit poculo. Cæcilius de mandatis: Si vmquam vidit, quem catapulta, aut baliſta icerit. Lucretius lib. iij: Eſſe animam cum animo coniunctam, quæ quum animi vi Perculſa eſt, exin corpus propellit, & icit. Turpilius Demetrio: Nam ſi iceris me poſthac, credas mihi velim, Inquit: tum quid cenſes? dolebit ſcilicet. Næuius Danæ: --- Quæ quondam fulmine icit Iupiter.

INVNCARE, quaſi vnco inuadere, & arripere. Lucil. l. xv: --- Aut qui nummos triſtis inuncat.

INSÓLVM, inſolitum. Afranius Crimine: Orbitatem ſenectuti tuæ malam metui, quod inſolum non venit cæco ac deme tibi. Idem Virgine: Ne veniret quod nunc agitur inſolum.

INIBI, pro ſic, & mox. Afranius Materteris: Poſtquam ſe vidit inibi eſſe gignatam, paruulam Sororibus commendat. Cæcilius Plocio: Liberne es? non ſum, verum inibi eſt. Pacuuius Iliona: Profecto aut inibi eſt, aut iam potiuntur Frugum.

IGNOTÆ, id eſt inſciæ. Næuius Lycurgo: Ignotæ iteris ſumus, tute ſcis.

INIVRIE, dictum pro iniurioſe. Næuius Lycurgo: Oderunt Dij homines iniurios. Egone, an ille iniurie facimus?

INCILARE eſt increpare: vel improbare. Accius Meleagro: Quis erit, qui non me ſpernens,

incilans probris, Sermone indecorans turpi fama differet? Idem Clytemneſtra: Matre meo iure factum incilas, genitorem iniuſtum approbas. Pacuuius Duloreſte: Siquis hac me oratione incilet, quid reſpondeam? Lucillius lib. xxx: Nunc Cai, quoniam incilans nos lædis viciſſim.

INNVBERE poſitum tranſire, quod hæ quæ nubunt, ad domos maritorum tranſeunt. Lucillius Sat. lib. vj: --- Suam enim inuadere atq. innubere cenſent.

INFESTVM MARE HABERET, pro mare latrocinando infeſtaret. M. Tullius de Rep. lib. iij: Nam quum quæreretur ex eo, quo ſcelere compulſus mare haberet infeſtum vno myoparone; eodem, inquit, quo tu orbem terræ.

IMBRICES, ac TEGVLAS. Siſenna Hiſt. lib. iij: Diſſipatis imbricum fragminibus, ac teſtis tegularum.

IMPIGRITAS, pro impigritia. M. Tul. de Rep. lib. iij: Numquam viri fortiſſimi fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

INTOLERABILIS, id eſt quæ tolerari non poſſit. Afranius Priuigno: --- Quod ſi feciſſem paulo ſæpius, Didiciſſet is ferre, & non eſſe intolerabilis.

INCONSVLTI, quibus conſulentibus religio nihil diceret. Virg. Æn. lib. iij: Inconſulti abeunt, ſedemq. odere Sibyllæ.

ILLVVIES, ſordes. Virg. Æn. lib. iij: Illuuies, ſcabies oculos huic, deq. petigo Conſcendere. Varro Manio: Ac periret ſquale, ſcabreque illuuie, & vaſtitudine. Lucillius lib. xxvj: Hic

cruciatur fame, frigore, illuuie, imbalnicie, imperfundie, incuria.

INVIDIOSVM, quod ſit vitabile, ad videndum. Lucillius lib. xxvj: Squalitate ſumma ac ſcabie ſumma in erumna obrutam, Neq. inimicis inuidioſam: neq. amico exoptabilem.

INDVLGITATE, pro indulgentia. Siſenna Hiſt. lib. iij: Baſſus aſſiduitate, indulgitate victus.

IENTARE. Afranius Buccone adoptato: Ientare nulla inuitat. Plautus Curcul. Quid antepones Veneri ientaculi? Afranius Crimine: Hæc ieiuna ientauit. Varro Marcipore: Vt eat, ac Remp. adminiſtret, quod pulli ientent.

IGNAVIT, ignauum facit. Accius Æneadis, aut Decio: Fateor, ſed ſæpe ignauit fortem in ſpe expectatio.

INAVDIRE, audire. M. Tul. ad Panſam lib. j: Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum quiddam inaudieram. Nouius Maliuolo: Vnde hoc tam repente iucundum inaudiui melum? Pacuuius Armorum iudicio: Quod ego inaudiui, accipite, & quid ſit facto opus, decernite. Afranius Diuortio: --- Nouis dictis quæſo, ne ille inaudiat.

INFELICITENT. Cæcilius Nauclero: Vt te dij omnes infelicitent cum male monita memoria. Plautus Pœnulo: Dij illum infelicitent omnes.

INIQVAT. Laberius Nubtijs: — Æquum animum indignanti iniquat contumelia.

INTEGRARE, redintegrare. Virg. Georg. libro quarto: --- Ramoq. ſedens miſerabile car-

men Integrat. Accius Antenoridis: Namq. huc venio, vt mea ope opes Troiæ integrem. Pacuuius Chryſe: Sed ceſſo inimicitiam integrare: Siſenna Hiſt.lib.iiij: Vltro citroq.integrant in oppido cædem.

Irascere, pro iraſci. Pomponius Chariſta: --- Noli quæſo iraſcere; More fit, moriri ſuam quiſq. vxorem vt velit. Nigidius commento Grammatico lib. viiij: Ita iraſcere; quid nunc iraſcitur?

Iamdiu, pro olim. Turpil. Heræra: --- Rodhienſis eſt, ſed iſthuc commigrauit iamdiu. Ennius Alcmæone: --- Factum eſt iamdiu. Cæcilius Pauſimacho: --- Libera eſſem iamdiu, Habuiſſem ingenio ſi iſto amatores mihi. Liuius Aiace: Mirum videtur quod ſit factum iamdiu.

Incursim, pro celeriter. Cæcilius Fallacia: Nullus ſum, niſi meam rem iam omnem propero incurſim perdere.

Indiscriminatim, indifferenter. Varro de lingua Latina lib. xviij: Quibus nos in hoc libro, proinde vt nihil interſit, vtemur indiſcriminatim, promiſce.

Insanum, pro inſane: vt immane, pro immaniter. Plaut. Neruo: Inſanum valde vterq. deamat. Salluſt. lib. ij: Immane quantum animi exarſere. Nomen poſitum pro aduerbio.

Iuxtim, pro iuxta. Siſenna ab vrbe condita: Iuxtim Numicium flumen obtruncatur. Liuius Ægiſtho: --- In ſedes collocat ſe regias, Clytemeſtra iuxtim, tertias natæ occupant.

Inanima, ſine anima. M. Tull. de offic. lib.

ij: Quæ ergo ad vitam hominum tuendam pertinent partim ſunt inanima, vt aurum, argentum. Et in Hortenſio: Nam cum omnis ſolertia admiranda eſt, tum ea quæ efficit, vt inanima quę ſint, viuere & ſpirare videantur

INDOLENTIAM noue M. Tullius, quod ſine dolore ſit: de offic. iij: Vt qui rem expetendam vel voluptate, vel indolentia metiuntur.

INDICARE, promittere, addicere. M. Tul. de offic. lib. iij: Scæuola P. Filius quum poſtulaſſet, vt ſibi fundus, cuius emtor erat, ſemel indicaretur.

INEPTITVDO, pro ineptia. Cæcilius Harpazomene: Qui homo ineptitudinis cumulatus, cultum oblitus es.

IGITVR poſitum pro poſtea. Plautus Amphit.
---Similiter eſſent animati, neq. dent quæ petat,
Seſe igitur ſumma vi viriſq. eorum oppugnatuſſe oppidum.

INVOLARE, irruere, euolare, vel inſilere, vel inuadere. Plautus Amphit. Cum clamore inuolant impetu alacri. Cicero de Orat. lib. iij: Iſta prudentiæ doctrinæq. poſſeſſio, in quam homines, caducam quaſi atq. vacuam, abundantes otio nobis occupatis inuoluerunt.

IVDICATVM, atq. indictum. Plautus Aſinaria: Male cubandum eſt, iudicatum me vxor ducit domum.

IMPENDIO, pro magis. Plautus Aulul. Atq. ille vero minus, minuſq. impendio Curare, minuſq. me impertire honoribus.

INDIPISCERE, petere, vſurpare. Plautus Aulul.

Aulul. ---Nec partem tibi Adeo cui ſit indipiſces, neque furem excipies.

Incrvstatvm. Varro περὶ ἡμιλίπτου: Λιθόστρωτα pauimenta & parietes cruſtatos.

Impotens, valde potens. Cic. Tuſcul. lib. v: Qui nihil metuant, nihil agant, nihil concupiſcant, nulla impotentia ecferantur.

Inavditvm, quod non audiat, in veteribus prudentibus lectum eſt: Quædam animalium aliud alio carent; aut a natura gignuntur aut inodora, aut inaudita.

Infestvm aliud, aliud infensvm. M. Tullius pro Plancio: Dolebam, iudices, & acerbe ferebam, ſi huius ſalus ob eam ipſam cauſſam eſſet infeſtior, quod is meam ſalutem atque vitam ſua beniuolentia, præſidio, cuſtodiaq. texiſſet.

Ignarvm, quod neſciatur aut ſit incognitum. Virgil. Æn. ---Ignarum Laurens habet ora Mimanta. Salluſt. in Iugurthino bello: More humanæ cupidinis ignara viſendi.

Illatebrare a latebris honeſtiſſime dictum. Cælius Annal. lib. j: Arma pleriq. abiciunt, atque inermis in latebras ſe illatebrant.

Inimicitia, numero ſingulari. Ennius: ---Eo ego ingenio Natus ſum, amicitiam atq. inimicitiam in frontem promtam gero.

Impvno, quod eſt impudens. Lucil. lib. ij: Homo impuratus, & impuno, & rapinator.

Infinitio, quaſi ſine fine, & indefinitio. Cic. de finib. bon. & mal. lib. j: Quarum incurſionem non ſolum videamus, ſed etiam cogitemus, Infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν vocant.

INPOPVLVM, pro ad populum. Siſenna Hiſt. lib.iij: Seruulum eius præmio libertatis inductum magno cum tumultu conuentum in populum produxit armatum.

IMMISSVM, pro demiſſum, prominens, & longius pendens. Siſenna Hiſtor. lib. iij: Quum complures menſes barba immiſſa, & intonſo capillo. Virgilius Æn. lib.iij: Reſpicimus, dira illuuies, immiſſaque barba.

IVSSO, pro iuſſu. Siſenna Hiſt. lib. iij: Tamen Tudertibus Senaticonſulto & populi iuſſo dat ciuitatem.

IACTVOSÆ poſitum pro iactantes. Cicero in Oratore: Quum ſint luminoſæ, & quaſi iactuoſæ partes duæ.

INCISIM. Cic. in Orat. Hæc quidem duo binis pedibus inciſim deinde membratim: tu dicere ſolebas.

IMPORTATVM, pro illatum; quomodo exportatum, ablatum. Cic. lib. j. de Orat. Publicis rebus, quam adiumenta per homines eloquentiſſimos importata. Idem lib. ij: Modo enim huc iſta ſunt importata.

INFITIATORES ſunt falſi criminis obiectores. Cic. de Orat. lib. j: Non intellegebat, vt ſi ille infitiator probaſſet iudici, ante petitam eſſe pecuniam, quam eſſet cœpta deberi.

INSIGNITE, cum indicio notæ. Cic. de Orat. lib. ij: Nec improbum notari ac vituperari inſignite poſſe.

INVITIVS, ab eo quod eſt inuitus. Cic. de Orat. lib. ij: Quem ego paulo ſciebam vel pruden-

tius vel inuitius; nolo enim dicere de tam ſuaui homine faſtidioſius.

INEXTINGVIBILIS. Varro Cato, vel de liberis educandis: Mala enim conſuetudo diu importata eſt inextinguibilis.

INNVMERALIS pro innumerabili. Lucretius lib. ij: Non eſſe vnica, ſed numero magis innumerali.

L.

LATER. Var. ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν: Ladon fluens ſub Sardibus flumen tulit Aurum, later quod conquadrauit regius. Idem Seſquiulyſſe: Vbi educantur barbati innumerabiles Lateres aureos habuiſſe. Idem Manio: Hic vt quadrato latere ſtipatæ ſtrues.

LVTAVI, pro lui. Varro ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν: Habes qui, & cuius rei cauſſa fecerim hecatomben, in quo ego, vt puto, quoniam eſt luere, ſoluere, lutaui.

LVCVNS. Varro περίπλου libro ij: περὶ φιλοσοφίας. ---Nulla ambroſia, ac nectar, non alium & ſardæ, ſed Panis, pemma; lucuns, cibus qui puriſſimus multo eſt. Idem σκιαμαχία, περὶ τύφου: Vinum, pemma, lucuns, nihil adiuuat, iſta miniſtrat. Afranius Fratrijs: Piſtori nouat cur non ſcribilatario, Vt mittat fratris filio lucunculos?

LONGVRIO, id eſt longus. Varro Tripallo, περὶ ἀῤῥενότητος: Ego nihil Varro, ideo ita hic curat qui ante me eſt neſcio qui longurio.

LOTIOLENTE dictum, veluti lutulente, a lotio. Titinnius Varro: Lotiolente flocci fiet, & cu-

larultor.

LENITVDINE, pro lenitate. Turpilius Philopatro: Mira lenitudine ac ſuauitate abundat. Cicero Tuſcul. lib. iiij: Lenitudo orationis, mollitudo corporis: ea ſibi bona ducemus; quid erit in philoſophi grauitate? Et in Verrem: Quanta me tua non modo lenitudo.

LÆTITVDINEM, pro lætitia. Accius Alcmæone: Vt me depoſitum immerentem repentino nuntio alacrem Reddidiſti, adiue heſitaſtis ex luctu in lætitudinem. Idem Bacchis: Quanta in venando affectio lætitudine.

LARGITAS, pro largitione. Turpilius Paraterusa: Eo dic mihi, an oblita obſecro es, eius crebras manſiones ad amicam, ſumti largitatem. M. Tullius de Repub. lib iij: Pyrrhi videt largitas acos, aut Samnitium copia Curio defuerunt.

LVMINOSVM poſitum pro claro. Cicero in Orat. Tum ſunt maxime luminoſæ, & quaſi iactuoſæ partes duæ.

LAXITAS. Salluſtius Hiſt. lib. iiij. Simul eos, & cunctos iam inclinatos laxitas, & loci plures cohortes, atque omnes, vt in ſecunda re, pariter acre inuadunt. M. Tullius de offic. lib. j: Et admittenda hominum cuiuſquemodi multitudo, adhibenda cura eſt laxitatis.

LAMENTAS, pro lamentationes. Pacuuius Hermiona: Lamentas, fletus facere compendi licet.

LÆTARE, & LÆTISCERE, lætificare. Liuius Ægiſtho: Iamne oculos ſpecie lætauiſti optabili? Accius Pelopidis: — Et te vt triplici lęta-

rem bono. Siſenna lib. iiij: Vtrumne diui cultu erga ſe mortalium lætiſcant, an ſuperne agentes humana negligant.

LITEROSVS, literatus. Caſſius Hemina Annalium lib. iij: Homo mere literoſus.

LATIBVLET, & LATIBVLETVR, pro lateat. Næuius Erotopægnion: Nocte vt opertus amictu latibuletur. Publilii liputatoribus: Progredere, vt nequis latibuletur perſpice.

LVPARI, vt ſcortari, vel proſtitui. Atta Aquis caldis: Cum meretrices noſtro ornatu per vias lupantur. Lucillius lib. v: ---Et diuos ture precemur Conſilium, fas ſi placent, tunc impune ſuperbis.

LVSVS, vel LVSIO, qui ab omnibus ludus dicitur. Varro Marcipore: Vtri magis ſunt pueri, hi puſilli nigri, qui ſpectant nundinas, vt magiſter dimittat luſum. Idem Cato vel de liberis educ. Ab huiuſcemodi luſionibus radices crudelitas agere ſolet.

LABORIOSVM, in quo laboretur. Gallus Poematis: Durum rus fugite laborioſum.

LVTESCIT honeſte dictum in poematis, tametſi auctoritatis ſit ignobilis: Sanguine diluitur tellus, caua terra luteſcit.

LIBELLIONEM, vt tabellionem. Varro Manio: Tum ad me fuerunt, qui libellionem eſſe ſciebant.

LIMVM, obtortum. Varro Manio: Altus alieno ſciens, ſed limus intra limites culinæ.

LACESSERE poſitum prouocare. Cicero in Orat. Et Ariſtoteles Iſocratem laceſſiuit, & Xe-

nophontis voce Muſas qùaſi locutas ferunt. Et Tuſc.lib.v: Impulſi ſumus ad philoſophiæ ſcribtionem, verum etiam laceſſiti.

LENTITVDINE, pro lenitate. Cic. Tuſc.lib. iiij: Eámq. quam lenitatem nos dicimus, vitioſo lentitudinis nomine appellant.

LEÆ, pro leænæ. Lucretius lib.v: Irritata leæ iaciebant corpora ſaltu.

LIGELLVM, tuguriolum, domicilium breue. Plautus Alul. De ſuo ligello fumus ſi qua exit foras.

LICITARI, congredi, pugnare. Ennius: Pars ludicre ſaxa iactant, inter ſe licitantur. Cæcilius Hymnide: Quæ narrare inepti eſt ſcutras feruentis, Quin machæra licitari aduerſum æneum cœpiſti ſciens?

LONGISCERE, longum fieri, vel frangere. Ennius lib. xvij: —Neque corpora firma Longiſcunt quicquam. Idem: Quum ſola eſt, eadem faciunt longiſcere longe.

LIGVRRIRE, deguſtare; vnde abligurrire, multa auide conſumere. Horatius: Semeſos piſces, tepidumq. ligurrierit ius. Catullus Priapo: De meo ligurrire libido eſt.

LATROCINARI, militare mercede. Plautus Cornicularia: Latrocinatus annos decem meret. Idem in Tiberio: Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptitaſti. Ennius: —Fortunaſq. quas cœpere latrones Inter ſe memorare.

LAVERNA, Dea cui ſupplicant fures. Plautus Cornicularia: Militaueram nam in furtis celebraſſit manius. Lucillius lib. xvij: Si meſſes facis

muſas, ſi vendis, Lauernæ.

LVCVLENTITATEM, a luculento. Cæcilius Hymnide: vide luculentitatem eius, & magnificentiam. Laberius Tucca: Dominus noſter tua luculentitate captus.

LVSTRATVS, luxurioſus; a luſtris, abditis locis. Plautus Caſina: Vnde is nihili? vbi bibiſti? vbi luſtratus?

LVSCIOSI, qui ad lucernam non vident, & μείωπες vocantur a Græcis. Varro diſciplinarum libro octauo: Veſperi non videre, quos appellant luſcioſos. Idem Andabatis: Edepol idem cæcus, non luſcioſus eſt.

LEMVRES, laruæ nocturnæ, & terrificationes imaginum & beſtiarum. Varro de vita populi Romani libro primo: Quibus temporibus in ſacris fabam iactant noctu, ac dicunt ſe lemurios domo extra ianuam eicere.

M.

MOLLITVDINEM, pro mollitie. Var. Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Sigilla in mento impreſſa amoris digitulo Veſtigio demonſtrat mollitudinem. Cic. de Orat. lib. iij: In ipſo tactu modum & mollitudinis & leuitatis.

MIRIVS, magis mirum. Varro γνῶθι σεαυτόν: Non ſubſilis, ac plaudis & ab arato poſcisaſtricam coronam: quid hoc mirius?

MANDARE poſitum pro commendare. Siſen. Hiſt. lib. iij: Poſt principia paulatim recedunt, atq. inde cum paucis fugæ ſe mandant. Vnde & procurationem mandare, commendare * vel cauſſam

ſentire poteris.

MACRITVDINEM, pro macie. Plautus Captiuis: Oſſa atque pellis ſum miſer macritudine.

MVSTVM, non ſolum vinum, verum nouellum quicquid eſt, recte dicitur. Næuius Gynaſtico: Vtrum eſt melius, virginemne an viduam vxorem ducere? Virginem, ſi muſta eſt.

MAXIMITAS poſitum pro magnitudine. Lucretius lib. ij: Ne quædam cogas immani maximitate.

Multeſima pars noue poſita, quantitas infinita. Lucretius lib. vj:---Quam paruula pars, & quam multeſima conſtet.

MISERITVDINE, pro miſeria, vel miſericordia. Accius Aſtyanacte: Troia eſt teſtis; quære ex alijs, qui illius miſeritudine Nomen clarum in humili ſaxo multis memorant vocibus. Idem Alpheſibœa: Quum ipſa ſim eta miſeritudo eorum vlla eſt liberum.

MOESTITVDO, pro mœſtitia. Accius Telepho:---Quem ego vbi adſpexi; virum Memorabilem intui viderer, ni veſtitus tæter, Mæſtitudo, vaſtitudo prædicarent hominem eſſe. Plautus Aularia: Qui tanta mala mæſtitudoq. obtigit.

MAGNITATE, pro magnitudine. Accius Bacchis: Namq. ſat fingi, neq. dici poteſt pro magnitate.

MACELLVM dictum pro macilentum Lucilius probat lib. ſexto: Si noſti, non magnus homo eſt, naſutus, macellus.

MACORE, pro macie. Pacuuius Peribœa;

Corpuſq. meum tali mærore, errore, macore ſenet Varro Serano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Noſter Atticus riualis homo item lectus in curiam commaceſcebat.

Matrescam, matris ſimilis fiam. Pacuuius Duloreſte: Vtinam nunc matreſcam ingenio, vt meum patrem vlciſci queam.

Mvnia, officia. Sall. Hiſt. lib. iij: Ac tum maxime, vti ſolet in extremis rebus, ſibi quiſq. cariſſimum domi recordari, cunctiq omnium ordinum extrema munia ſequi. Plautus Mercat. Dicens pro meritis gratum me & munem fore.

Metari, parare, vnde & metatores. Virgil. Georg. lib. ij: --- Si pinguis agros metabere campi, Denſa ſere. Cælius Annali libro vj: Omnes ſimul terram cum claſſi accedunt; nauibus atq. ſcaphis egrediuntur, caſtrametati ſigna ſtatuunt. Vnde hodieq. metatores dicimus.

Mammeatam, mammoſam. Plautus Pœnulo: Huius amicam mammeatam.

Mvsimones, aſini, muli, aut equi breues. Lucill. lib. ſexto: Pretium emit, qui vendit equum muſimonem. Cato Deletorio: Aſinum, aut muſimonem, aut arietem.

Mæstas, pro mæſtificas. Laberius Tuſco: Concitatam mobilitata mente mæſtas.

Mictiris paupercula pulmentaria. Lucillius lib. xx: Pulmentaria, vt intybus, aut aliqua id genus herba, Et ius mænarum, bene habet ſe; mictiris hæc eſt Mers.

Mertaret, pro merentem faceret. Accius Myrmidonibus: Quod ſi, vt decuit, iſtares

mecum, aut meus mertaret dolor, Iamdiu inflammari & re nauis vidiſſent ſuas.

MADORE. Salluſt. Hiſt. lib. iiij: Quaſi par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur: nam mœnia oppidi ſtagnabant redundantibus cloacis aduerſo æſtu maris.

MERCATIS, pro mercatibus. Salluſtius Hiſt. lib. v: Ceteri negotia ſequebantur familiaria legatorum aut tribunorum; & pars ſua, commeatibus mercatis.

MACERIES. Afranius Excepto: Si ille hæc nunc ſcutit, facere illi ſatis Vis quanta illius mors ſit maceries tibi.

MANVBIAS, manus exuuiæ. Næuius Danę: Manubias ſuppetat pro me.

MVTVVM, pro mutuo. Lucillius lib. xxvij: Et ſi maxime, quod ſpero, mutuum hoc mecum facis.

MORDICVS. Lucillius lib. xxvij: Mordicus petere aurum e flamma expediat, e cœno cibum. Plautus Menæchmis: Iamdudum oportuit naſum ademtum mordicus.

MONSTRIFICABILE. Lucil. lib. xxvj: Nunc ignobilitas his mirum, ac monſtrificabile.

MENDICARIER, pro mendicare, & MENDICRVM, pro mendicatione. Plaut. Vidul. Malim moriri meos, quam mendicarier; Boni immiſerantur, illhunc irrident mali. Idem Aulularia: Memorare nolo hominum mendicabula.

MERTARET, mergeret. Accius Antenoridis: Fortaſſean ſit, quos hic non mertet metus.

Idem Deiphobo: Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia Præſentem præſens dictis mertare inſtitit.

Mvginari, murmurare. Lucillius lib. ſeptimo: Muginamur, molimur, ſubducimur. Atta Aquis caldis: Atq. eia muginantur hodie, atq. ego cluſero fontem.

Medvllitvs, a medullis. Varro Cras credo, hodie nihil: Atq. vt igni feruido medullitus Aquiloniam intus ſeruat frigedinem. Plautus Truculento: Oſtendit ſeſe iam mihi medullitus Infidelem numquam, dum viuam, fore. Ennius Satyrarum lib. tertio: Enni poeta ſalue, qui mortalibus Verſus propinas flammeos medullitus.

Meritissimo. Turpilius Paraterуſa: Meritiſſimo te magnifacio. Cæcilius Aſoto: Meritiſſimo me hic eiecit ex hac decuria.

Minitabiliter, pro minaciter. Accius in Æneadis: Gallei voce canora fremitu peragrant minitabiliter. Pacuuius in Antiopa: Minitabiliterq. increpare dictis ſæuis incipit.

Morsicatim. Næuius Pullis: Sic incedunt, & in labellis morſicatim luſitant.

Mvtabiliter, a mutando. Varro Cras credo, hodie nihil: Quibus inſtabilis animus ardens mutabiliter habet habere, & non habere.

Mordicibvs, & mordicvs, pro morſu, pro morſibus. Plautus Aulularia: Aſini memordicus ſcindant, boues incurſent cornibus. Cicero Acad. lib. iiij: Perſpicuitatem, quam mordi-

cus tenere debemus, abeſſe dicamus.

MÆANDER eſt picturæ genus a ſimili opere labyrinthorum ortum clauiculis illigatum. Varro περὶ τῆς μϑυίστης περιεχοντασειαν: Mihi facies mæandrata, & vinculata, atq. etiam adeo inges orbem terræ. Virgil. lib. quinto: Victori chlamydem auratam, quam plurima circum Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

MANSVM, mandendum, aut manſatum. Varro γνῶϑι σεαυτόν: Dein certe alij fluctu vt ſi cum parreret manſum, quo venarum ſanguine riuos compleret. Lucillius lib. xxx: Sperans ætatem eandem hæc proferre poſſet, manſum ex ore daturum.

MVLIERAVIT, vt effeminauit. Varro γνῶϑι σεαυτόν: Et rex & miſellus ille pauper amat, habetq. ignem intus ac rem: hic effebitum mulierauit: hic ad me deca adoleſcentem cubiculum pudoris primus polluit.

MEMORDI, PEPOSCI, PEPVGI, SPEPONDI, in veteribus lecta ſunt. Accius Conciliatrice: —Vrſum ſe memordiſſe autumat. Laberius in Callis: —De integro Patrimonio meo centum millia nummum memordi. Ennius: —Non eſt, at ſi me canis memorderit. Cetera in obſcurioribus inuenimus.

METVS noue & eliganter poſitum: Salluſtius Hiſt. lib. j: Id bellum excitabat metus Pompeij victoris; hoc eſt, quod de Pompeio metueretur.

MENDICIMONIVM, & MOECHIMONIVM. Laberius in libro, quem Cropium inſcribſit: in eo verba hæc inueniet, qui doctrinæ ſtudium putaue-

rit adhibendum. In eo quoq. libro MANVATVS, quod eſt furatus inueniet.

MEDIOXIMVM, medio actum modo. Varro Modio: Quid aliud eſt, quod Delphice canat columna literis ſuis, ἄγαν μηδὲν, quam nos facere ad it mortalem modum medioxime, vt quondam patres noſtri loquebantur.

MASCVLVM, pro forti ac vehementi. Varro ὄνος λύρας: Si non plus teſticulorum offenderis, quam in caſtrato pecore in Apulia, vincor non eſſe maſculum ad rem.

MANCVM, debilem. M. Tul. de fin. bon. & mal. lib. iij: Sed etiam alteris tribus, qui mancam fore putauerunt ſine aliqua acceſſione virtutem.

MINVTVM, poſitum pro breui. Varro Epiſtola Latina: Si veniſſes Capuam, quod & pueros minutos vides libenter, & maioris animaduertere non vis. M. Tullius Verrin. lib. iij: Reticulumq. ad naris admouebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ.

MACERIÆ. Siſenna Hiſt. lib. iij: Poſt villarum macerias ac parietinas quinq. cohortis in inſidijs reliquit.

MANIPVLATIM, collecta manu. Siſenna Hiſt. lib. iij: Requieſcendi ſpatium nacti quum denſiores manipulatim reſiſtere hoſtibus inſtituiſſent.

MVLTIFARIAM, partibus multis. Siſenna Hiſt. lib. iij: Quod loca paluſtriaq. erant, & alte multifariam confoſſa.

MARSVPIVM, ſacculum. Varro Cato, vel de liberis educandis: Ex quo perſpicuum eſt ma-

iorem curam habere nos marſupij, quam vitæ noſtræ.

MOLIMENTVM, pro conatu. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Contra magno cum molimento ac perpetuo ſono procedunt.

MODIPERATORES, quaſi modum imperantes. Varro Rerum Human. lib. xx: In conuiuijs quis inſtituti potandi modiperatores magiſtri.

MAGNILOQVENTIA. Cicero in Orat. Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ ſit accommodatior.

MINISTRATRIX poſitum pro miniſtra. Cicero de Orat. Sed omnes comites, miniſtratriceſque eſſe oratoris diceres.

MALE AVDIAM. Cicero de Orat. lib. ij: In quo ego, non quo libenter male audiam; ſed quia cauſſam non libenter remitto, nimium patiens & lentus exiſtimor.

MVLTITVDO poſitum pro frequentia, aut copia. Cic. de Orat. lib. iij: Sed vt Pontifices veteres propter ſacrorum multitudinem treſuiros epulones eſſe voluerunt. In eodem: Hunc etiam, qui familiarior nobis propter ſcribtorum multitudinem eſt.

MVLIEROSITAS, cupiditas femineæ voluptatis. Cicero Tuſcul. lib. iiij: Similiterq. ceteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulieroſitas, vt ita appellem eam quæ Græce φιλογυνεια dicitur.

MEMORIAM poſitum pro vetuſtate. Pacuuius Chryſe: --- Perq. noſtram egregiam Vnanimitatem, quam memoria deiugat

MVRMVRILLVM, murmuratio. Plautus

Rudenre: --- Nolo ego murmurillum, neq. ſuſurrum fieri. Idem: Quid murmurillas tecum, & te diſcrucias?

MEDIASTRINOS non balnearum, ſed miniſtros & curatores ædium legimus. Lucil. lib. xvij: Villicum Ariſtocratem, mediaſtrinum, atq. bubulcum. Cato in præceptis ad filium. Illi imperator tu, ille ceteris mediaſtrinus.

N.

NVPERVM, pro recenti, poſitum, ab eo quod eſt nuper, id eſt ante non multum temporis. Plautus Captiuis: Quid tu vna nocte poſtulauiſti & die, Recens captum hominem, nuperum, nouicium?

NEMINIS poſitum pro nullius. Plautus Captiuis: Neminis me miſeret, nam mei miſeret neminem. Lucillius lib. xxx: Neminis ingenium tantum confidere oportet.

NOXITVDO, pro noxia. Accius Armorum iudicio: Ocule noxitudo obliteretur Pelopidarum, ac per nos ſanctеſcat genus.

NVBERE veteres non ſolum mulieres, ſed etiam viros dicebant, ita vt nunc Itali dicunt. Pomponius Pannuccatis: --- Sed meus Frater maior, poſtquam vidit me vi deiectum domo, Nupſit poſterius dotatæ, vetulæ, varicoſæ, afræ.

NITIDITATE, pro nitore. Accius Bacchis: Formæ, figuræ nitiditatem hoſpes regis.

NVMEN, pro ornatu. Virg. Æn. lib. ij: Vadimus immixti Danais, haud numine noſtro.

NOENVM, pro non. Lucillius lib. xxx: Sed

tamen hoc dicas, quid eſt ſi nœnum moleſtum eſt. Varro Epiſtola ad Fuſium: Si hodie nœnum venis, cras quidem ſi Veneris meridiem die natalis fortis fortunæ.

NEVVLT, pro non vult. Titinnius Setina: Ipſus quidem. Hercle ducere ſane neuult. Plautus Trinummo: Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio. niſi tu neuis.

NIGRET, nigra fit. Pacuuius Chryſe: Soliſq. exortu capeſſit candorem, occaſu nigret. Accius Bacchis: Splendet ſæpe, aſt idem nimbis interdum nigret.

NITIDANT, abluunt, dictum a nitore. Ennius Creſponte: O pie eam ſecum aduocant, eunt ad fontem, nitidant corpora. Accius Thebaide: Quin id Circæo fonte aduениunt mundulæ, Nitidantur vulgo, quadripedantur ſoni pedum.

NIXVRIRE, niti velle. Nigidius Commento Grammaticæ xxv: Nixurit, qui niti vult, & in conatu ſæpius aliqua re perpellitur.

NOTIFICEM, nota faciam. Pomponius Atreo: Nunc te obſecro, ſtirpem vt euoluas, meorumq. notifices mihi.

NVMELLÆ, machinæ genus ligneum ad diſcruciandos noxios paratum, quo & collum, & pedes immittunt. Plautus Aſinaria: Neruus, catenas, carcerem, numellas, pedicas, boias.

NVGIVENDOS Plautus dici voluit omnes eos, qui aliquid mulieribus vendant. Nam omnia, quibus matronæ vtuntur, nugas voluit appellari. Plautus in Aulul. Vbi nugiuendis res ſoluta eſt omnibus.

NIDVS,

NIDVS, pro poculo. Varro Quinquatribus: Quam nympham melius e lacuna fontium Allatam nidos potili permiſceat.

NIDVLATVR. Varro hebdomadon primo: Dies deinde illos quibus Halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoque ſeptem eſſe dixit.

NESCIVM, pro incognito. Plautus in Rudente: Quæ in locis neſcijs neſcia ſpe ſumus.

NOCTESCERE, cæcari. Furius Poematis, etſi eſt auctoritatis incertæ: Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

NEPAM quidam cancrum putant ad illud Plauti: ---Retrouorſum cedam imitabor nepam. Et illud aliud: Aut quum nepa * eſſet dubium in vtroque. Nam vere nepa ſcorpius dicitur. M. Tullius de finib. bon. & mal. lib. v: Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus vti videamus boues, nepas aculeis, ſuam denique cuique naturam eſſe ad viuendum ducem.

NEX, pro nece. Siſenna Hiſtor. lib. iiij: Quoniam neque mea nex, neque interceſſio poſſe videtur illorum dementem reprimere audaciam.

NÆNIA, ineptum & inconditum carmen, quod adducta mulier, quæ præfica diceretur, his quibus propinqui non eſſent mortuis exhiberet. Varro de vita populi Romani libro iiij: Ibi a muliere, quæ obtuma voce eſſet, per quam laudari, dein næniam cantari ſolitam ad tibias & fides.

O.

OBSCÆVAVIT, quaſi ſcæuum, malum omen

attulit. Plautus in Aſinaria: Metuo, quum illhic obſcæuauit meæ falſæ fallaciæ.

OPIMITAS, ab opimo. Plautus Aſinaria: Maximas opimitates, & gaudio effertiſſimas. Idem Captiuis: Maximas opimitates, opiparaſq. offers mihi.

OBBA, poculi genus, quod nunc vbba dicitur. Varro eſt modus matulæ, περὶ μέθης: Dolia, atque apothecas tricliniaris, melicas, calenas, obbas, & Cumanus calices.

OPVLENTITAS, pro opulentia. Plautus in Milite glorioſo: Quaſique eius opulentitatem reuereare. Cæcilius Plocio: Opulentitate noſtra ſibi iniuriam factam.

ORBITVDINIS, pro orbitate. Accius Amphit. Miſeret lachrymarum, luctuum, orbitudinis. Turpilius Thraſyleone: Hoc te oro, vt illius commiſereſcas miſerę orbitudinis. Pacuuius Duloreſte: Vel quum illum videas ſollicitum orbitudine.

OCQVINISCERE eſt proprie inclinare. Pomponius Proſtibulo: Vt nullum ciuem pædicaui per dolum, Niſi ipſus orans vltro qui ocquiniſceret. Idem Piſtore:---Niſi nunc aliquis ſubito obuiam occurrit mihi, Qui ocquiniſcat, quo compingam terminum in tutum locum.

OBLITERARE eſt obſcurefacere, & in obliuionem ducere. Accius Agamemnonidis: Inimicitias Pelipidarum exſtincta tam obliteratas memoria renouare.

OFFENDO, offenſio. Afranius Vopiſco: Quoque nunc offendo ſæpe procul noſtra ſit mala.

OLAT, pro oleat. Afranius Fratrijs: Non poteſt, quin illa ſtactà longeque & multis olat. Pomponius Aleonibus: Aleo ludam ſane meæ male olant manus.

OBSORDVIT, obſoleuit. Cęcilius hypobolimæa raſtraria: Obſorbuit iam hæc in me erumna miſeria.

OBSTRINGILLARE, obſtare. Ennius Satyr. lib. ij: Reſtitant, occurrunt, obſtant, obſtringillant, obagitant. Varro Manio: Lex neque innocenti propter ſimultatem obſtringillat, neque nocenti propter amicitiam ignoſcit. Idem de Re ruſtica lib. j: Tu, inquit, inuides tanto ſcribtori, & obſtringillandi cauſſà figlinas reprehendis, quum præclara quædam, ne laudes. Idem de vita populi Romani lib. iiij: Quod Curio quum id feciſſet, dicebat amicis, vt illi renunriaretur ſe obſtringillaturum ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret conſul.

OBVARARE, peruertere, deprauare, dictum a varis. Ennius Achille: Nam conſilijs obuarant, quibus tam concedit hic ordo.

OBSECVNDANTER, obſequenter. Nigidius de Dijs lib. j: Quum autem id quid ſit quærimus, obſecundanter naturæ viuerent.

OCVLITVS, vt animitus, medullitus. Plaut. Corni: Qui amant ancillam meam Fedulium oculitus.

OSSICVLATIM, vt ſi minutatim. Cæcilius Fallacia: Officulatim Parmenonem de via liceat legant.

OFFICERE, obeſſe. M. Tul. de offic. lib. iij: Demoliri ea, quorum altitudo officeret auſpicijs,

OLIVITATEM, fructus olei. Varro Inglorio, περὶ φθόνου: Denique omnis cum lucerna combuſta eſt in lucubrando; oliuitaſq. conſumta eſt. Idem de Re ruſt. lib.j: Non modo integra eximi, ſed etiam maiora, quam in arbore vmquam pependerint. De oliuitate. Oleas eſui optime condi ſcribit Cato.

OCCEPSO, cœpero. Plautus in Amphit. Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

OSA SVM, pro odi. Plautus in Amphit. Inimicos ſemper oſa ſum obtuerier.

ORBITVM dictum per orbem. Varro γνῶθι σεαυτόν: Vt ſidera cæli diuum circum terram, atque axem quæ voluuntur motu orbito.

OPVLISCERE, ab opulento dictum decore. Furius Poematis: Quo magis in comtis poſſint opuliſcere campis.

OCCVLE, occulta. Cic. de Orat. lib.ij. Interiuncta argumentorum plerumq. occulas, ne quis ea numerare poſſit. Virg. Georg. lib. ij: Quod ſupereſt, quæcumque premes virgulta per agros Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra.

OPINABILE. Cicero Academ. libro j: Itaque hanc omnem artem rerum oppinabilem appellabat.

P.

PENVLARIVM, quaſi theca & vagina penulæ. Nouius Filonico: Non multo poſt ſonarum accepit, abſedet, conſequitur penularium,

cilotrum petit.

Plevitatem, ignobilitatem. Cato pro Veturio: Propter tenuitatem, & pleuitatem. Hemina in Annalibus : Quicumq. propter pleuitatem agro publico eiecti ſunt.

Petilvm, tenue & exile. Lucillius lib. xij: Inſignis varis cruribus, & petilis. Plautus Plocino : Nam coloratum frontem habet ; petilis habris. Petilis tenuis dicit; Habris mollis dicit.

Paces plurali numero noue poſitum. Varro de vita populi Rom. lib. iij : Animaduertendum primum , quibus de cauſſis & quemadmodum conſtituerint pacis; ſecundum, qua fide & iuſtitia eas coluerint.

Pondo mille octingentvm noue Varro de vita populi Romani libro iiij : Itaque retulit auri pondo mille octingentum ſeptuaginta quinque ; Græci enim Herona mole dixerunt.

Panvs, tramæ inuolucrum, quem diminutiue panuclam vocamus. Lucill. lib. viiij:---Foris ſubteminis panus eſt. Tumor quoque inguinum ex formæ ſimilitudine ſic vocatur. Afranius matertera : In quem plenam papulam, panum, tympanum. Nouius Optione : Qui me miſerum miſeriorem reddidit, quam panus puerum; quod pueri ægrius patiantur hoc genus morbi.

Penicvlamentvm a veteribus pars veſtis dicitur. Ennius lib. xj. Annalium : Pendent peniculamenta, vnum ad quemque pedum. Lucillius lib. xviiij : Peniculamento vere reprehende-

re noli. Cæcilius feneratore: Volat ſanguis,ſimul anhelat peniculamentum,& pallio datur.

PROGNARITER, ſtrenue, fortiter, & conſtanter. Plautus Perſa: Ego ſcio hercle vtrumque velle: age, indica prognariter. Ennius Annal. lib. vj:—Diui hoc audite parumper, Vt pro Romano populo prognariter armis Certando, prudens animam de corpore mitto.

PERPEROS, indoctos, ſtultos, rudis, & inſulſos,mendaces. Accius Pragmaticis: Deſcribere in theatro perperos populans. Idem eodem: Et eo plectuntur poetæ quam ſuo vitio ſępius, Ductabilitate nimia veſtra,aut perperitudine.

PRÆCOX, & PRÆCOCA,quod eſt immatura. Ennius Annali lib. viij: Præcox pugna eſt. Luci.lib.iij: Annicula,aſpera,atq.pręcox eſt fuga. Nouius: Huic puellæ præcoquis libido ineſt.

POPVLATIM, per populos. Pomponius Magnius:—Poeta placuit populatim omnibus.

PRÆMIATORES, nocturni prædones. Næuius Agrypnuntibus: Nam in ſcena vos nocturnos cœpit præmiatores tollere.

POPVLACIA, vt nugalia,vel puerilia. Laberius Late loquentibus: Et dum populacia agimus per ludum.

POSSESTRIX, a poſſidendo. Afranius Liberto: Tius monilis poſſeſtricem: ita tonſtrix, ita impulſtrix, ita curatrix, ita plauſtrix, ita aſſeſtrix.

PERPETVITASSIT, ſit perpetua, æterna. Ennius Annali lib. viiij: Libertatemque vt perpetuitaſſint quammaxime.

PRÆCISVM, & OMASVM, partes carnis

& viſcerum. Næuius Erularia: Præciſum, omaſum pernam, callus, gliſis, glandia. Lucillius lib. xx: Illi præciſo, atq. epulis capiuntur opimis.

PISCVLENTVM poſitum piſcoſum, vt puluerulentum. Cato Orig. lib. v: Origine fluuium Naronem, magnum, pulchrum, piſculentum. Et lib. vij: Fluuium hiberum; is oritur ex catinatis, magnus, atq. pulcher, piſculentus.

PASCEOLVS, ex aluta ſacculus. Plautus Rudente: Præterea centum denaria Philippea in paſceolo ſeorſum. Lucillius lib. xxx: Adde Syracuſis ſola, paſceolum, alutamen. Cato in Panſam: Pueri in ludos tellos paſceolos furare.

PIEM, colam, cuſtodiam. Plautus Aſinaria: Vbi piem pietatem, ſi iſthoc more moratam tibi poſtulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis?

PORTISCVLVS proprie eſt hortator remigum, id eſt, qui eandem perticam tenet, quę portiſculus dicitur, qua excurſum & exhortamenta moderatur. Plautus Aſinaria: Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi, Ad loquendum, atque ad tacendum tu vt habeas portiſculum. Ennius lib. viij. Annal.—Tonſamquę tenentes Parerent, obſeruarent, portiſculus ſignum Quum dare cœpiſſet. Laberius Hetæra: —Nec palmarum pulſus, nec portiſculi.

PERPLEXABILE, figuratum; quod aliud audiatur, aliud ſentiatur. Plautus Aſinaria: Nec vllum verbum faciat perplexabile.

PRÆSEGMINA proprie Plautus in Aulularia ea dici voluit, quæ vnguibus eminulis præſecan-

tur: Quin ipſi pridem tonſor vngues demſerat: Collegit, omnia abſtulit præſegmina.

PIPVLO, pro conuicio. Plautus Aulularia: Ita me bene amet Lauerna, te iam niſi reddi Mihi vaſa iubes, pipulo te differam hic ante ædis.

PICOS veteres eſſe voluerunt, quos Græci γρύπας appellant. Plautus Aulul. Pici diuitijs qui aureos montes colunt. Ego ſolus ſupero.

PERCELLERE, euertere, percutere. Varro Parmenone: Alius teneram abietem ſolus percellit.

PINSERE, tundere vel molere. Varro ταφῆ μενίππου: Nec piſtorem vllum nollent, niſi eum qui in piſtrino pinſeret farinam. Idem de vita populi Rom. lib. j: Nec piſtoris nomen erat, niſi eius qui ruri far pinſebat, nominati ab eo quod pinſunt.

PORCAS. Varro ταφῆ μενίππου: Non vides in publica nocte te tabernas, qua populus ambulando perinde vt in aratro porcas reddit?

PVTIDVM, putre. Varro ταφῆ μενίππου: Inde putidas vuas acinis electis & comeſtis extendit in lectis quandam. Cato Orig. lib. ij: Si indu nauis putidas atq. ſentinoſas commeatum onerare volebant. Cæcilius Andria: Conducit nauem putidam. Afranius Auguribus: Et fallaci aſpectu paries pictus, putidus.

POENITVDINEM. Pacuuius Teucro: Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine Squales, ſcapreſq. inculta vaſtitudine.

PRÆBITIO, a præbendo, id eſt exhibendo. Varro Eumenid. Quod ea die mea erat præbitio,

in ianuam caue canem inſcribi iubeo.

PVEROS, pro ſeruis. Varro Eumenid. Vix vulgus confluit, non furiarum, ſed puerorum, atq. ancillarum.

PAXILLVS, diminutiuum a palo. Varro Eumenid. Vbi dicatur primus Zenon nouam hæreſim nouo paxillo ſuſpendiſſe. Idem Vimarco: Vt nouum cribum nouo paxillo pendeat.

PROXIMI, id eſt proximo. Cato contra furium; die proximi: Hoc dicit, ſed ea declinatione a veteribus & craſtini, & priſtini, & præfiſcini dictum.

PROPERATIM, id eſt properanter. Cæcilius: Properatim in tenebris iſtuc confectum eſt opus.

PERNICIES, periculum, exitium. Lucil. lib. xxviij: Nunc tu contra venis, vel qui in nubtijs, vel ſe ſeneces te, nec ſine pernicie. Plautus Aſinaria: Pellecebris, pernicijs.

PARCVIT, pepercit. Næuius Quadrigeminis: — Suo labori nullus parcuit.

PERBITERE, perire. Pacuuius Peribœa: Nam me perbitere, illis opitularier Quouis exitio cupio dum poſſim. Titinnius Fullonia: Iam pridem egreſſa, vt perbiteris. Liuius Tereo: Ego puerum interea ancillæ ſubdam lactantem meæ, Ne fame perbitat. Ennius Hecuba: Sed numquam ſcribſiſtis, quis parentem aut hoſpitem Ne caſſet, quos quis cruciatur peruiteret.

PIGRARE, pertinere. Accius Erigonis: Fateor, ſed cur propter te pigrem hæc, aut huius dubitem parcere capiti? Idem Chryſippo: Melius

pigraſſe, quam properaſſe eſt nefas.

PROVIDERE, mouere, & ferre. Pacuuius Teucro: Aut me occide, illa hinc ſine vſquam prouigeam gradum.

PVELLASCERE, ecfeminari, vel reuirdiſcere. Varro Baijs: Quod non ſolum innubæ fiunt communes, ſed etiam veteres puellaſcunt, & multi pueri puellaſcunt.

PALÆSTRICOS, quaſi ex vſu palæſtræ. Afranius Excepto: Etiam depellis mihi manum paper palæſtricos.

POPVLATIM. Cæcilius Oboloſtate: Ego perdidi te, qui omnes ſeruos perdo Populatim; quæſo ne ad malum hoc addas malum.

PRÆSENTE, vel PRÆSENTIBVS. Pomponius Syris: Quidam apud forum præſente teſtibus mihi vendidit. Accius Menalippa: Eſt res aliqua, quæ præſente his prius matura inſtitit. Feneſtella Annali lib. ij: Et quædam extra præſente exſuis, quædam abſente proieciſſem. Nouius Mania Medica: Te volumus dono donare pulchro præſente omnibus.

PRIMITER, pro prime, & PRIMITVS, pro primo. Pomponius Maccis Geminis: Quin bono animo es, video, eripis primiter de pannibus. Lucillius lib. v: Sicuti, quum primus ficos propola recentis Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos.

PROGNARITER, audaciter. Plautus Perſa: — Age, indica prognariter.

PROPERATIM, & PROPERITER, celeriter, properanter. Quadrigarius lib. ij: Eo conſu-

les propere exercitum reducunt. Pomponius Buccone adoptato : Pergis properatim. Cæcil. Plocio: Properatim in tenebris iſtuc confectum eſt, opus. Pacuuius Teucro: — Mihi claſſem imperat Theſſalam, noſtramq. in altum vt properiter deducerem. Accius Telepho: Remiſque nixi properiter nauem in fugam Tranſdunt.

PRÆFRACTVM, durum, inflexibile. M. Tullius de offic. lib. iij: Ego etiam cum Catone meo ſæpe diſſenſi; nimis mihi præfractum videbatur, ærarium vectigaliaque defendere omnia publicanis negare. Et in Hortenſio : His contrarius Ariſtochius, pręfractus, ſeuerus, nihil bonum niſi quod rectum atq. honeſtum eſt.

PVLCHRITAS, pro PVLCHRITVDO. Cæcilius Harpazomenę: Dij boni, quid illud eſt pulchritatis?

PROLETARII ciues dicebantur qui in plebe tenuiſſima erant, & non amplius quam mille & quingentos æris in cenſum deferebant. Ennius Annali: Proletarius publicitus ſcutis ferroq. Or natus.

PROSPICA, & DESPICA, intenta, & contemta. Næuius Aſſitogiola: Ac ſibi proſpica, ac deſpica. Poteſt ergo proſpicus, ac deſpicus dici.

POLLENTIA, potentia; a pollendo dicta. Plautus Rudente: — Ne impiorum potior ſit pollentia. Pollere ergo commune eſt.

PROPITIABILIS, ad propitiandum. Ennius Cupiuncula : Huic eſt animus propitiabilis. Ita & adulabilis.

PAVXILLISPER, a pauxillo. Plautus Tru-

culento : Plus decem pondo amoris pauxilliſper perdidi; id eſt,per particulas.

PONDERITATEM, a pondere, vt grauitatem. Accius Pragmatico lib. j: Et cuncta fieri cetera imbecilla, non quod ponderitatem grauitatemq. hominis.

PVERITIA, id eſt puritas. Varro Rerum Diuinarum lib. j: Quę pueritia eſt infrequens polluta.

PRÆLVMBARE, lumbos perfringere. Nouius Vindemiatoribus: Cœpit vnumquemq. prælumbare fuſtibus.

PVERÆ, pro puellæ. Varro Væ victis, περὶ φιλονεικίας: Properate viuere pueræ, quas ſinit ætatula ludere, eſſe, amare, & Veneris tenere bigas. Idem de vita populi Romani lib. ij: Sic in priuatis domibus pueri liberi, & pueræ miniſtrabant.

PVPÆ, & PVPI. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως: Itaque breui tempore magna pars in deſiderium puparum & ſigillorum veniebat. Idem Tithono, περὶ γήρως: Ac mammam lactis ſugentem paſcere, & pupum.

PIPARE propriè gallinæ dicuntur. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως: Mugit bouis, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat.

PROCVDERE dixit prolatare, producere, Varro τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐτελείας: Legendo autem & ſcribendo vitam procudito. Virgil. Georg. lib. ij: — Durum procudit arator Vomeris obtunſi dentem.

PRÆCOX, id eſt precoqua: Varro in Ephebo, περὶ ἐμμονῆς: Verere ne manu non mittat, quum tocto medicarios honeſtos audiſſemus dare poſſis;

mittet; quod ſi non mittet, fugies ſi me audies, quum tempus reuocat, ea præcox eſt fuga.

Pauperavit, id eſt, pauperem fecit. Plaut. in Milite glorioſo: Quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Idem Acariſtione: Quam ego tanta pauperaui per dolum pecunia. Titinnius Priuigna: Nam quid ego feci te aduorſum, aut patrem meum, Quem pauperetis ambo veſtris ſumtibus? Idem Varro: Æquum eſt me habere quos pauperem ſumtu meo.

Pótus, a bibendo. Lucillius lib. xxx: Secús quum eo medio, ac ludo bene potus receſſit.

Paucies pro raro dici veterum auctoritas docet. Titinnius Gemina: Poſtquam factus maritus, Hanc domo abhorres, tuam etiam vxorem paucies video. Idem in eadem: Tus ac iniqui, in vrbem paucies venire ſoles. Cælius Annali lib. vj: Conſulto non paucies arceſſitum.

Pollinctores ſunt qui mortuos curant. Varro Mutuum muli ſcabunt, περὶ χωρισμοῦ: Itaq. plures dies inter medicos diſceſſum, & aduentum pollinctores interfuerunt, & id æſtate videas. Varro Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: Propter cunam capulum poſitum nutrix tradit pollinctori. Plautus Aſinaria: — Ecquis currit pollinctorem accerſere?

Putamina non ſolum arborum ſunt, verum omnium rerum purgamenta: Nam quicquid ex quacumq. re proicitur, putamen appellatur. Plautus in Captiuis: Nuculeum amiſi, reliqui pigneri putamina.

Pestilitas, peſtilentia. Lucretius libro

vj: Atq. ea vis omnis morborum, peſtilitaſque.

POENITVRVM. Accius Epinauſimache: Quod ſi procedit, neq. te, neq. quemquam arbitror Tuæ pœniturum laudis, quam vt ſerues vide.

PAVSA eſt quies alicuius rei. Accius Epigono: Sed iam Amphilochum huc vadere cerno, & nobis datur bona pauſa loquendi. Lucillius Satyrarum lib. j: --- Hæc vbi dicta dedit, pauſam ore loquendi.

PROSFERARI, impetrari. Lucillius lib. xxvj: Nec minimo & prosferatur pax, quod Caſſandram ſigno deripuit.

PVELLOS, pueros. Varro Teſtamento, περὶ διαθηκῶν: Sic ille puellus Veneris repente Adon cecidit cruentus olim. Lucillius Satyr. libro quarto: Quumq: hic tam formoſus tibi, acte dignus puellus. Lucretius: --- Poſt ſunt tamen, vnde puellum Suſcipere, & partu poſſent ditiſcere dulci. Ennius: --- Suos Diuis ſacrificare puellos. Varro Marcipore: --- Peliam Medeæ permiſiſſe, vt ſe vel viuum degluberet, Dummodo redderet puellum. Idem Sexageſi: O ſtulta noſtri pectoris dormitio, Vigilabilis, quæ me puellum impuberem Cepiſti.

PECVS non ſolum quadrupes animal, verum omnia animalia pecudes dicuntur. Plaut. Rudente: Non vides referre me vuidum rete ſine ſquamoſo pecu? Liuius Ægiſtho: Tum autem laſciuum Nerei ſimum pecus. Virgil. Georg. lib. iiij: de apibus; --- Et pecudum cuſtodia ſollers. Lucretius lib. ij: Præterea genus humanum, mutæque natantes Squamigeræ pecudes. Lucill. Satyr.

lib. v: Laſciuire pecus niſi noſtrique repandum.

PERCITVM dictum eſt percuſſum. Plautus Amphit. --- Delirat vxor, atrabili percita eſt.

PECVA, & PECVDA, ita vt pecora, veteres dixerunt. Næuius Gymnaſtico: Homines, pecua belluaſque. Idem Lycurgo: Sine ferro pecua manibus vt ad mortem meant. Accius Aſtyanacte: --- In celſis montibus Pecua, atq. inter colles paſcunt danai in Phrygiæ terminis. Idem Medea: Vagant, pauore pecuda in tumulis deſerunt, Qui nos paſcet poſtea? M. Tull. de Rep. lib. quarto: Quum adhibent in pecuda paſtores. Accius Diomede: Paſſimq. præda pecua balabant agris. Cæcilius Imbris: Et homini, & pecudibus omnibus. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Iumenta, pecuda locis trepidare compluribus.

PVTRET. Pacuuius Teucro: Quamquam anniſq. & ætate hoc corpus putret. Accius Erigona: Quanquam exſangue eſt corpus mihi, atq. annis putret.

PROTOLLERE eſt differre. Lucil. Sat. lib. j: Si non amplius, ad luſtrum hoc protolleret vnum.

PRIVA ſignificat ſingula. Lucillius Satyr. lib. j: Ad cænam adducam; & primum hiſce abdomina thunni Aduenientibus priua dabo. Lucretius lib. iij: Quod ſi forte animas extrinſecus inſinuari Vermibus, & priuas in corpora poſſe venire Credis.

PRODIGITAS dicta profuſio. Lucil. Sat. lib. vj: Nequitia occupat hoc, penulentia, prodigitaſque.

PORCET ſignificat prohibet. Pacuuius Ata-

lanta: Magnate vt verear loqui porcet pudor. Accius Erigonis: Quibus oculis quiſquam noſtrum poterit illorum obtui vultus, quod iam ab armis anni porcent? Ennius Telamone: Deum me ſentit facere pietas, ciuium porcet pudor. Varro Manio: Hunc Cereris tibi miniſtra frugibus ſuis porcet. Lucillius lib. vj: Non te porro procedere porcent.

PROLIXITVDINEM. Pacuuius Duloreſte: Oro mi, ne flectas fandi mi prolixitudinem.

PERFICA, perficiens. Lucretius lib. ij: Deniq. ad extremum creſcendi perfica finem Omnia perduxit rerum natura creatrix.

PETIOLVS, a pede diminutiue. Afranius Excepto: Atq. adeo nolo nudo petiolo es pus.

PETIGO, genus morbi. Lucillius lib. xxx: Iluuies, ſcabies oculos huic, deq. petigo Conſcendere.

PORRIGO, morbi genus. Lucillius lib. xxx: Triſtem, & corruptum ſcabie, & porriginis plenum.

PROFLIGARE verbum peſſimum ad vſum trahi cœptum eſt. Nam quum ſit profligatum, perditum, & ad interitionem adductum; nunc perfectum, ſolutum, aut ædificium, aut aliquod vtile incœptum dicendum putant; quum adfectum dici debeat, non profligatum. M. Tullius tamen Tuſcul. lib. v: Profligata iam, & pæne ad exitum deducta quæſtio eſt. Idem de prouincijs conſularibus: Bellum adfectum videmus: & infra: Nam ipſe Cæſar, quid eſt quod in ea prouincia commorari velit, niſi vt ea quæ per eum adfecta ſunt,

ſunt perfecta Reip. tradat. Et in Oeconomicis: Quum vero adfecta iam prope ætate a ſole mitiſcere tempus eſt.

PATRITVM, vt auitum. Varro Manio: Funere familiari commoto, auito ac patrito more precabamur. Idem Reipublicæ lib. xx: Secundum leges habitaſſet patritas. Cic. Tuſc. lib. j: Patritam illam, & auitam, vt ait Theophraſtus, philoſophiam.

PERCEDERE, vt decedere. Cicero in Orat. Conciſum, non concæſum, & quod quidam percęſum etiam volunt.

POPINONES, vel hi, quos nunc dicimus tabernarios, a popinis; vel luxurioſi, qui ſe popinis dedunt. Varro Modio: Quis poculis argenteum chorum introibit? popino. Lucil. lib. j: Infamam, honeſtam, turpemq. odiſſe popinam.

PVTIDVM, non putrem, ſed odoris mali. M. Tul. de fin. bon. & mal. lib. v: Non inſcite illud dictum videatur in ſue, animum illi pecudi datum pro ſale, ne putiſceret.

PERCVRSIONEM. Cicero Tuſcul. lib. v: propter animi multarum rerum breui tempore percurſiones.

PRÆFESTINATIM. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Idemque perſeuerauerunt, vti lex perueniret ad quęſtorem; ac iudices, quos vellent, inſtituerent præfeſtinatim & cupide.

PRÆSTOLARI eſt exſpectare, vel manere. Siſen. Hiſt. lib. iij: Occulte, tacitique aduenientium cohortium præſtolari accipiunt.

PERMITTERE, pro mittere, incitare, vel

præcipitare. Siſenna Hiſtor. libro iij: Et inde equum incitatum princeps ad hoſtium permittit aciem. Idem lib. iiij: Multi præmiſſis armis ex ſummo ſe permitterent.

PROIICERE, honeſte poſitum. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Tum poſtquam apud Æginos ac Peruſinos eius facti mentionem proiecit.

PETVLANTIAM, pro improbitate. Cicero de Orat. lib. ij: Illud aſſequor, vt ſiqui mihi forte maledicat, petulans, aut ſane inſanus eſſe videatur.

PRESSV, quaſi compreſſione. Cic. de Orat. lib. iij: Valerium Soranum leuitate vocis, atq. ipſo vocis preſſu, & ſono facile vincat.

PAVPERTATES noue poſitum numero plurali. Varro de vita populi Rom. lib. j: Quid inter hos Ioues interſit, & eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo aduertere & horum temporum diuitias, & illorum paupertates.

PAVPERTINVM. Varro de vita populi Romani lib. j: Vt in cetero cultu quæ ſunt conſentanea, quod ſunt paupertina, ſine eligantia, ac cum caſtimonia.

PLVMARIVM. Varro Cato, vel de liberis educandis: Etenim nulla, quæ non didicit pingere, poteſt bene iudicare, quid ſit bene pictum plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

PVRPVRASCIT. Cic. Acad. lib. ij: Quid mare, nonne cæruleum? at eius vnda quum eſt pulſa remis, purpuraſcit: & quidem aquæ tinctum quodammodo, & infectum.

PERPENDICVLI, & NORMÆ. Cicero

Academ.libro ij: Atqui ſi id crederemus,non egeremus perpendiculis, non normis,non regulis.

PINGVE poſitum pro impedito, & inepto. Cic. Acad.lib.iiij: Quod ipſi Antiocho pingue videtur, & ſibi ipſum contrarium.

PROBATV DIFFICILE. Cic.Tuſcul.lib.v: Quod etſi difficile eſt probatu propter tam varia & tam multa tormenta fortunæ.

PALPO, quaſi a palpando. Plautus Mercatore: ---Palpo percutit.

PÆMINOSVM, mali odoris;a pædore dictum. Varro de Re ruſt. lib.j: Solida terra pauita, maxime ſi eſt argilla,ne ſitu pæminoſa in rimis eius grana obliteſcant.

PISARE, frangere, vel tundere. Varro de Re ruſt.lib.j: Promendum hieme vt in piſtrino piſetur,ac torreatur.

PRÆCIDANEVM eſt præcidendum.Var.de vita pop.Ro.lib.iij: Quod humatus non ſit,heredi porca pręcidanea ſuſcipienda Telluri,&Cereri; aliter familia pura non eſt.

PALANGÆ dicuntur fuſtes teretes,qui nauibus ſubiciuntur, qũum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad litora ſubducuntur; vnde etiam nunc palangarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus tranſuehunt. Varro de vita populi Rom. lib. iiij: Quum Pœnus in fretum obuiam veniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet,crudeliſſime pro palangis carinis ſubiecerat,quo metu debilitares noſtros.

PONDO DVCENTVM, noue Varro ſæpe;de vita pop.Rom.lib.iij: Delphos Appellini munera miſſa,corona aurea pondo ducentum.

R.

ROTVNDE poſitum eliganter, concinne, vel collecte. Cicero de finib. bon. & mal. lib. iiij: Regem, dictatorem, diuitem, ſolum eſſe ſapientem, a te quidem apte ac rotunde; quippe habes enim a Rhetorib.

RVTA dicuntur diruta. Cic. de Orat. lib. ij: Sed dicis te, quum ędis venderes, ne in rutis quidem & cęſis ſolum tibi paternum recepiſſe. Virgil. Georg. libro j: --- Cumuloſque ruit male pinguis arenæ.

RAVVM, fuluum. Cicero Academ. lib. iiij: Quia nobiſmet ipſis tum cęruleum, tum rauum videtur, quodque nunc a ſole collucet.

RAVIS eſt raucitas. Plautus Aulularia: Vbi ſiquid poſcam, vſque ad rauim poſcam prius. Idem Ciſtellaria: Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.

RVRANT, pro ruſticantur. Plautus Captiuis: ---Dum rurant homines, quos ligurriant. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Dum in agro ſtudioſius ruror, aſpicio Triptolemum ſculponeatum bigas ſequi cornutas.

RARENTER pro rare. Cęcilius Plocio: Tu nurum non vis odioſam tibi eſſe, quam rarenter videas. Pomponius Ergaſtulo: Longe ab vrbe villicari quo erus rarenter venit, Non villicari, ſed dominari, eſt mea ſententia.

RVCTVS a ructando dictus. Plautus Pſeudolo: Pergin' ructare in os mihi, ſuauis ructus mihi eſt, ſic ſine Simon. Lucil. Sat. lib. iij: Exhalas tum acidos ex pectore ructus.

Resvpinas, honeſte, id eſt ab incœpto reuocas, vel peruertis, ſignificat. Accius Antigona: Quis agis ? perturbas rem omnem, ac reſupinas ſoror.

Ringitvr, iraſcitur. Terentius in Phorm. Quum tibi ſit quod placeat, ille ringitur tu rideas.

Riscvs, loca in parietibus anguſta. Terentius Eunucho: In riſco: odioſa ceſſas.

Reciprocare* Reciproqua animum inquam odioſe. Ennius Andromeda: Ruſus, proſus reciprocat fluctus feram.

Repedare. Lucillius lib. xxvj: Rediſſe ac repedaſſe, vt Romam vitet gladiatoribus. Idemque: Sanctum ego a Metello Romam repedabam munere.

Redandrvare, redire. Lucil. lib. viiij: —Vt vulgus redandruet inde. Pacuuius Chryſe: Græcos nihil mediocriter redandruare.

Redhostit, redit. Accius Amphit. Quid hic redhoſtit viam: comitem obiet facilius. Idem Didaſcalico lib. ij: Vt dum velint breuitatem conſequi verborum aliter ac ſit relatum redhoſtire ſponſum.

Repverascere. Nouius Agricola: Quod ita? quia enim repueraſcis; fugit has perſonas pater. M. Tull. de Orat. lib. ij: Eoſq. incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos, quum rus ex vrbe tanquam ex vinculis euolauiſſent. Et de ſenectute: Et ſi quis Deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repueraſcam & in cunabulis vagiam. Et de Orat. lib. ij: Cum Scipione ſolitum ruſticari, eoſque incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos.

RHETORISSAT. Pomponius Medico: Dolaſti vxorem, nunc ea propter me cupis concidere, & iam rhetoriſſas.

RAMICES dicuntur pulmones, vel hernia. Plaut. Mercatore: Tui cauſſa rupi ramices, atrum dum ſputo ſanguinem. Idem Pœnulo: Neque nos quemquam flagitamus, neque nos quiſquam flagitat; Tua cauſſa nemo noſtrum eſt ſuos rupturus ramices. Varro Trihodite, περὶ αἱρέσεως κτήσεως: Priuſquam in Orcheſta Pithaules inflet tibicis, domi ſuæ ramices rumpit. Lucillius Satyrarum libro viiij: Quod deformis ſenex, arthriticus, ac podagroſus, Eſt, quod mancus, miſerque exilis, ramice magno. Varro γεροντοδιδασκάλῳ: Rapta a neſcio quo mulione raptoris ramicis rumpit.

RVSPARI eſt ſcrutari. Accius Nyctegreſia: Iube nunc attentare, iube nunc animo ruſpari Phrygas. Idem Meleagro: Vagent ruſpantes ſyluas, ſectantes feras.

REGREDERE, reuocare. Ennius Achille: Quo nunc incerta re, atque inorata gradum Regredere conare?

RVMINARE dictum in memoriam reuocare. Varro Tanaquile: Non modo abſens quicquam de te ſequius cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem. Liuius Ægiſtho:---Nemo hæc voſter ruminetur mulieri.

RVSTICATIM, pro ruſtice. Pomponius Aleonibus: At ego ruſticatim tangam, vrbanatim neſcio.

RVMIFERARE, dictum honeſte, ru-

moribus ferre. Plaut. Amphit. Quamq. adeo ciuis Thebani vero rumiferant probam.

RETVRARE, aperire, contra id quod dicitur obturare. Varro Agathone: Pueri obſcęnis verbis nouæ nuptæ aures returant.

RVTVBA, perturbatio. Varro Sexageſi: Ergo tum Romæ parce pureque pudentis Viuere in patriam, nunc ſumus in rutuba.

REVOCARE poſitum per vices mutuo vocare. Varro Sexageſi: qui nobis miniſtrarunt pueri diebus feſtis cicer viride, qui nos prouocare, aduocare quum audeant, nos illo reuocare timemus.

RECENTARI honeſte poſitum pro nouari quod eſt Græce ἀνανεοῦσθαι. Matius: --- Iam iam albicaſcit & recentatur Commune lumen hominibus.

RAPINATORES, pro raptoribus. Varro Vimarco: In inuidiam veniant in hoc ipſo rapinatores. Lucil. lib. ij: Homo impuratus, & impuno, & rapinator.

RHEDA. Varro Epiſtola ad Varronem: Quod ſi tuam heri rhedam non habuiſſem, varices haberem.

RECENTIORVM. M. Tul. de fin. bon. & mal. lib. ij: Horum recentiorum; numquam dictum ab illo, quod ſciam.

RVMAM veteres mammam dixerunt. Varro Cato, vel de liberis educ. Hiſce manibus lacte fit, non vino, cuninę propter cunas, Ruminę propter rumam, id eſt priſco vocabulo mammam, a quo

ſubrumi etiam nunc dicuntur agni.

REICVLAS OVES, aut ætate, aut morbo graues. Varro Cato, vel de lib. educ. Et vt in grege opilio oues minus idoneas remouere ſolet, quas reiculas appellat: ſæpe enim vnus puer petulans atq. impurus inquit gregem puerorum.

S.

SALTVATIM. Siſenna Hiſt. lib. j: Nos vna æſtate in Aſia & Græcia geſta literis iccirco continentia mandauimus, ne vellicatim ac ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus.

SCAPVM. Varro Vimarco: Mihiq. diuidûm ſtylo noſtro papyrino leuu ſcapos capitio, nouo partu poeticon.

SVTRINAS, a ſuendo. Varro Hercule Socratico: Quid ſutrinos facere inſcius, nihil homo agis.

SCABRE. Varro Manio: Derelinqueretur ac periret ſquale, ſcabreq. illuuie & vaſtitudine.

STRIGOSVS apud veteres morbus dicitur iumentorum, qui corpora ſtringat aut fame aut alia vitij cauſſa, quaſi ſtringoſus. Maſurius Sabinus libro xvij: P. Scipio Naſica. & M. Popilius quum equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum, & male habitum, ſed equitem eius vberrimum & habitiſſimum videre.

SVSPICIOSVM, qui in ſuſpicione ſit. Cato de re Floriana: Sed ſiqui palam corpore pecuniam quæreret, aut ſe lenoni locauiſſet, & ſi famoſus, & ſuſpicioſus eſſet, vim in corpus liberum non æquum cenſuere adferri.

SVBICIS noue poſitum, non a ſubiciendo,

ſed altitudine. Ennius Achille: Per ego Deum ſublimas ſubicis humidas, Vnde oritur imber. Virg. in Bucolicis: Quantum vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus.

Scraptas, scrvpedas, strictivellas, exprobratio vitij aut deformitatis meretricum. Plautus Neruolaria: —Scrapte, ſcrupedæ, ſtrictiuellæ ſordidæ.

Sabvlvm. Varro περὶ μελιττῶν: Non vides in magnis periſtylis, qui cryptas domi non habent, ſabulum iacere a pariete, aut e xyſtis vbi ambulare poſſint.

Svctv. Varro γνῶθι σεαυτόν: Vt crementa corpora fierent maiora paruo vt ſuctu candida lactis.

Svper, valde, vehementer. Virg. Æn. lib. j: His accenſa ſuper iactatos æquore toto. Et libro iij: O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago, Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora gerebat.

Scapres, pro ſcabres. Ennius Andromeda: Scrupeo inueſtita ſaxo, atq. oſtreis ſquamæ ſcaprent. Pacuuius Teucro: Quæ deſiderio alumnum pœnitudine Squales, ſcap reſque inculta vaſtitudine.

Secvndare, proſperare. Virgilius lib. vij: ---Dij noſtra incœpt aſecundent. Propertius Elegiarum lib. iij: Iam liquidum nautis aura ſecundat iter.

Simat, deprimit. Lucillius libro vij: Simauit taxim ad nares, delphinus vt olim.

Scvrrile, quaſi vulgare; ab ſcurris.

Cicero de Orat. lib. ij: Vitandum eſt oratori vtrumque, ne aut ſcurrilis iocus ſit; aut mimicus.

SORDET, ſordidata eſt. Accius Ægiſtho: Cui manus materno ſordet ſparſa ſanguine.

SVBLABRARE, cibum intra labra mittere. Nouius Decuma: Iam ego illi ſubiens ſublabrabo eſui illud ſinciput.

SVBLIMARE, extollere. Ennius Medea: Sol qua candentem in cælo ſublimat facem.

SVPERSTITENT, ſaluent. Ennius Menalippa: Regnumque noſtrum vt ſoſpitent, ſuperſtitentque.

SÆPTVOSE, obſcure. Liuius Antiopa: Ita ſęptuoſe dictio abs te datur, Quod conſecutura ſapiens ęgre contulit.

SEMPITERNE. Pacuuius Medo: Populoq. vt fauſtum ſempiterne ſoſpitent.

SEPTEMFARIAM, vt multifariam. Santra de verborum antiquitate: In quod volumen vnum nos lectitauimus, & poſtea inuenimus ſeptemfariam diuiſum.

SIMVLTER, pro ſimiliter. Plautus Pſeudolo: Exoſſabo ego illum ſimulter, itidem vt murænam cocus.

SCRIBTAT, conſtat eſſe rarum. M. Tul. in Hortenſio: Itaq. tibi concedo, quod in duodecim ſcribtis olim, vt calculum reducas, ſi te alicuius dati pœnitet.

SVCCIDIAM, ſucceſſionem neceſſariam. M. Tull. de Senectute: Iam ortum ipſi agricolæ ſuc-

cidiam alteram vocant. Dicitur & ſuccidia, quod eſt laridum.

SIGNATAM, virginem vetuſtas voluit dicere. Lucil. lib. xxviiij: Primam criſicum negat ſignatam reddere.

SVPERBOS veteres mortuos dixerunt. Plautus Amphit. --- Faciam ego hodie te ſuperbum, niſi hinc abis: Et poſt: Auferere non abibis.

SVGGILLARE, obcludere. Varr. Lege Mænia: Contra lex Mænia eſt in pietate, ne filij patribus luci claro ſuggillent oculos.

SATVLLEM, pro ſaturem. Varro περὶ αἱρέσεων: Neq. in puluere mitico coquam carnem, quibus ſatullem corpora, ac famem ventris.

SINGVLVM, pro ſingulare. Plautus Ciſtellaria: --- Atat, ſingulum video veſtigium. Varro Periplu lib. j: Tum vero doces hiſtoriam neceſſariam, ſimul vnum ſingulum eſſe. Idem Octogeſi, περὶ νομισμάτων: hoc erat incommodi, quod neſciebamus ſemel vnum ſingulum eſſe. Apud alium auctoritatis incertæ: Niſi dixerat, nummo ſingulo multabatur.

SPEREM veteres pro ſpem dixerunt, vnde & proſpere dicimus, hoc eſt, pro ſpe. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως: Ita ſublimis ſperibus iactato nominatiuo volitantis altos nitens trudito. Idem ὄνος λύρας: Quibus ſuam delectet ipſe amuſiam, Et auiditatem ſperibus lactet ſuis.

SCALPVRRIRE. Plautus Aulul. Vbi erat hæc defoſſa, occœpit ibi ſcalpurrire vngulis.

SOMNVRNAS dixit, quæ in ſumnis videantur. Varro Prometheo lib. j: Leuis mens vnquam ſomnurnas imagines Affatur non vmbratur ſomno pupulæ.

SATIAS, pro ſatietas. Accius Aſtyanacte: Quorum crudelitatem numquam vlla explet ſatias ſanguinis. Varro Prometheo libro ſecundo: Quum ſumme recepiſſet, voluptas retineret, Quum ſat haberet, manum de menſa tollere. Salluſtius Hiſtor. libro ſecundo: Hi ſaltibus occupatis Termeſtinorum agros inuaſere, frumentique ex inopia graui ſatias facta. Lucillius libro xxviiij: Quid mihi proderit, quam ſatias, iam omnium rerum tenet? Terentius; Nam vbi me forte ſatias cœpit, commuto locum. Lucretius libro ij: Quam tibi nunc nemo feſſus ſatiate videndi.

SQVALAM, pro ſqualidam. Ennius Telamone: Strata terræ lauere lachrymis veſtem ſqualam & ſordidam.

SOCIENNO, ſocio. Plautus Aulularia: Ibo intro atque illi ſocienno tuo iam interſtringam gulam.

SCATVREX. Varro eſt modus matulæ, περὶ μέθης: Iſmenias hic Thebogenes fluit ſacaturex.

SOMNICVLOSVS, quod ad ſomnos vacet. Laberius Sororibus: Ecaſtor multum ſomniculoſum.

SÆVITVDO, pro ſæuitia. Plautus Bacchidibus: Vincla, virgæ, molæ, ſæuitudo mala fit peior.

Svavitvdo, pro ſuauitas. Plautus Bacchidibus: Cor meum, ſpes mea, mel meum, ſuauitudo, cibus, gaudium. Turpilius Leucadia: Intercapedine interficios, deſiderio differor, Tua mihi cupiditas, ſuauitudo, & mei animi exſpectatio.

Severitvdine, pro ſeueritate. Plautus Epidico: Quid illud eſt, quod illi caperat frons ſeueritudine?

Sorditvdine, pro ſorde. Plautus Pœnulo: Vt mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem.

Sententia, ſenſibilitas. Lucretius libro iiij: Internoſcere, verborum ſententia quæ ſit. Lucillius Satyrarum libro iij: Vertitur œnophoris fundus, ſententia nobis. Idem libro v: Si tam corpus loco validum, ac regione maneret, Scribtores quam vera manet ſententia cordi.

Speciem, ſpecimen, vel exemplar. Lucill. lib.xxx: Sicuti te, qui ea, quæ ſpeciem vitæ putamus eſſe.

Sodales. Cicero de Orat. lib.ſecundo: Quod tamen eum defenderem, qui mihi ſodalis eſſet.

Solitate, pro ſolitudine. Accius Euryſace: Tuam ſolitatem memorans, formidans tibi.

Svbiti, dicti pro repentini. Accius Armorum iudicio: Benefacis, ſed nunc quid ſubiti mihi febris eſciuit mali?

Sanctitvdo, pro ſanctitas. Accius Tereo: Alia hic ſanctitudo eſt, aliud nomen

& numen Iouis. Idem Phœniſſis: Delubra cæli tu maris ſanctitudines. Turpilius Leucadia: ---Miſeram terrent me omnia, maris Scopuli, ſonitus, ſolitudo, ſanctitudo Apollinis. M. Tullius de Repub. lib.iiij: Eoſdem terminos hominum curæ, atque vitæ, ſic pontificio iure ſanctitudo ſepulturæ. Afranius Suſpecta: Tuam maieſtatem & nominis matronæ ſanctitudinem.

SATV poſitum pro ſemine. Accius Pelopidis: Nam me vt credam ex tuo eſſe conceptum ſatu, Vt argumenta redigunt animum, & commouent. Idem Telepho: Profecto haudquaquam eſt ortus mediocri ſatu.

SCRIBTIONE, pro ſcribtura: Varro Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς: Vulgoque auarus fenerator ſpe lucri Rem ſcribtione duplicarat. Cicero Tuſcul. lib. v: Impulſi ſumus ad philoſophiæ ſcribtiones.

SEGNITAS, pro ſegnitia. Accius Æneadis aut Decio: Et nunc quod eorum ſegnitas ardet focus. Idem Andromeda: Nam quid dicam, te metu aut ſegnitate, aut dubitare, haud meum eſt. Cic. de Orat. lib. j: Et quoniam de imprudentia diximus, caſtigemus etiam ſegnitatem.

SCELEROSI, pro ſcelerati. Lucil. Satyr. lib. j: Non tamen ætatem, tempeſtatem hanc ſceleroſi mirentur. Afranius Diuortio: O diem ſceleroſum, & indignum.

SPERATVM, id eſt, ſponſum. Afranius Fratrijs: ---Curre, & nuntia Venire, & mecum ſperatum adduce: Vide vt puellam curent, conforment iube. Idem in eadem: --- Speratam

non odi tuam.

SCREARE. Terentius Heautontimorumeno: Genitus, ſcreatus, tuſſis.

SERESCIT, poſitum pro ſiccatur, quod ſerenitas ſicca ſit. Lucretius lib. j: Denique fluctiuago ſuſpenſæ in litore veſtes: Vueſcunt eædem candenti ſole ſereſcunt. Inde Virgilius docte, Georgic. lib. j: — Vnde ſerenas. Ventus agat nubes; ---Hoc eſt ſiccas. Idem & alio loco: Atque arida differt Nubila.

SVCERDÆ. Lucillius libro trigeſimo: Hic in ſtercore humi, fabuliſque, fimo, atque ſucerdis.

SIMITV, ſimul. Lucillius libro xxx: Gratia habetur vtriſque, illiſque ſibique ſimitu. Plautus Amphitr. Non ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum. Idem Mercatore: Ita tres ſimitu res agendæ ſunt, quando vnam occœperis.

SVBSICIVVM, ſecundum ſequens. Lucillius lib. xxviij: Præterea hæc ſubſiciua ſi quando voles operam. Subſiciuum poſitum ſuccedens, ſuccidaneum. Cic. de Orat. lib. ij: An ſe hæc neſcire, quæ ego ſero ſucciſiuis operis, vt aiunt.

SVPPLOSIONEM, plauſum, vel percuſſum. Cicero de Orat. libro iij: Ex quo vereor, ne nihil ſim tui, niſi ſupploſionem pedis imitatus.

SVPERBILOQVENTIA. Cicero Tuſcul. lib. iiij: Animique impotentiam, & ſuperbiloquentiam.

SARCINATOR, Lucillius lib. xxviij: Sarci-

natorem eſſe ſummum, fuere centonem optime.

SOSPITENT, ſaluent. Ennius Menalippa: Regnumque noſtrum ſoſpitent, ſuperſtitentque. Pacuuius Medo: Populoque vt fauſtum ſempiterne ſoſpitent.

SINGVLATIM, & SINGILLATIM, a ſingulis. Cæcilius Hypobol. raſtraria: Hos ſingulatim ſapere nos minus arbitror. Cælius Annali libro j: Primùm malo publico gratias ſingulatim nomina. Lucil. lib. xviiij: Sic ſingillatim noſtrum vnuſquiſque mouetur.

SOLENNITVS, pro ſolenniter. Liuius Ægiſtho: Solennituſque adeo litali laudet lubens.

SCENATILIS, vel SCENATICVS, pro ſcenico. Varro Modio: Sed, ô Petrulle, ne meum taxis librum, Si te pepigat hic modo ſenatilis. Idem ὄνος λύρας: Vt comici, nothidi, ſcenatici.

SAPERDÆ, quaſi ſapientes, vt eligantes. Varro Modio: Omnes videmur nobis eſſe belli, feſtiui, ſaperdæ, quum ſimus σαπροί.

SVRDITATEM. Cicero Tuſcul. libo v: In ſurditate vero quidnam eſt mali? erat ſurdaſter M. Craſſus.

SIMPLICITVS, ſimpliciter. Plaut. Mercat. Sed eam ſimplicitus dicam, ſi opera eſt auribus.

SVSCITABVLVM honeſte poſitum incitamentum. Varro ὄνος λύρας: Fonicia ſum vocis ſuſcitabulum, Cantantiumque gallus gallinaceus.

SIMILITAS, ſimilitudo. Cæcilius Syracuſis:

cuſis: Vide Demea, hominis quid fert morum ſimilitas.

Salebras. M. Tullius de finib. bon. & malorum: Hic ſi definire, ſi diuidere potuiſſet, ſi loquendi vim, ſi denique conſuetudinem verborum teneret, numquam in tantas ſalebras incidiſſet. Idem lib. v: Venit ad extremum, heret in ſalebra; cupit enim dicere. Et in Orat. Alter enim ſine vllis ſalebris, quaſi ſedatus amnis, fluit.

Svblestvm eſt leue, friuolum. Plaut. Nam vbi ad paupertatem acceſſit infamia, Paupertas grauior fit, fides ſubleſtior.

Svppellectilis. Cicero in Oratore: Verecundus erit vſus oratoriæ quaſi ſuppellectilis. Suppellex.

Scvrrile, a ſcurris, ridiculum cum tupitudine. Cic. in Orat. Ridiculo ſic vſurum oratorem, vt nec nimis frequenti, ne ſcurrile ſit; nec ſubobſcæno, ne nimirum; nec petulanti, ne improbum.

Sportas, aut ab ſparto, quaſi ſparteas; aut ab aſportando. Salluſtius Hiſtor. libro ij: E muris canes ſportis dimittebant. Varro de vita populi Rom. lib. j: Neque enim obſonium in tota cæna coemtum ex varijs rebus quum coniectum in vnam ſportam perſpicitur.

Sodes, non vt apud comicos, ſed ſi audes. Cic. in Orat. libenter etiam copulando verba iungebant, vt ſodes, pro, ſi audes.

Scopas. Cicero in Orat. Etſi humilius dictum eſt, ſcopas, vt ita dicam, mihi videntur diſſoluere.

Sciuntur, pro cognita ſunt. Cicero de

Orat. libro ij: Ars enim eorum eſt, quæ ſciuntur: Oratoris autem omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur.

T.

TÆTRET, fœdet, polluat. Pacuuius Peribœa: Belluarum, ac ferarum aduentus ne tætret loca.

TETINERIT, pro tenuerit. Pacuuius Medo: Credo quorſum itinere tetiniſſe aiunt. Acc. Clytemn. Vt quæ tum abſentem rebus dubijs coniugem Tetinerit, nunc prodat vltorem. Pacuuius Hermiona: Sub iudicio quæque omnes Gręcos tetinerim.

TETVLIT, tulit, Accius Andromeda: Donec tu auxilium Perſeu tetuliſti mihi. Cęcilius Hypobolimæo:—Erumnam pariter tetuliſti meam.

TAXIM, ſenſim, vel occulte. Pomponius Buccone adoptato: Clandeſtino tacitus taxim perſpectaui per cauum.

TEMERIVS. Acc. Didaſcalico lib. ij: Sed Euripidis, qui choros temerius in fabulis.

TESTATIM. Pompon. Verre ægroto: Iam iſtam colaphis comminuiſſem teſtatim tibi.

TRACTIM, vt ſenſim, id eſt diutine, longo tractu. Plautus Amphit. ---Quid ſi ego illum tractim tangam, vt dormiat.

TVDICVLARE, commouere. Varro Marcipore: Hæc me nobis terue tudiculaſſe.

TRABS. Varro Parmenone: Alia trabs pronis in humum accidens proximæ frangit ramos cadens.

Tegillvm, diminutiuum a tecto. Varro Seſquiulyſſe: Vigere volitans mulſus, aquam e nubibus tortam indicat fore, vt tegillum paſtor ſibi ſumat.

Terta, pro terſa. Varro ἔχω σε, περὶ τύχης: Ærea terta nitet galea. Idem Cato, vel de lib. educ. Alij ita ſunt circumtonſi, & terti, atque vnctuli, vt mangonis eſſe videantur ſerui.

Temperatvra, pro temperie. Varro ἀλλουμελλαεισρεειλο: Quæro te vtrum hoc adduxerit cæli temperatura, an terræ bonitas.

Torto, pro tormento. Pacuuius Duloreſte: Nam te in tenebrica ſæpe lacerabo fame Clauſum, & fatigans artus torto diſtraham.

Tonsvs, pro tonſura. Plautus Amphitr. Sura, pes, ſtatura, tonſus, oculi naſum, vel labra. Acc. Amphitryone: Sed quænam hæc eſt mulier funeſta veſte, tonſu lugubri?

Tvbvrcinari ſignificat raptim manducare. Titinnius Prælia: Tuburcinari ſine me vultis reliquias. Plautus Perſa: Tuburcinari de ſuo, ſi quid domi ſit. Turpilius Bœthuntibus: Melexia intus ceſſat, credo hercle helluo Tuburcinatur.

Tabificabile, vel tabificvm. Accius Medea: Par neci orbificor liberorum leto, & tabificabili. Cic. Tuſcul. lib. iiij: Atque vt hæ tabificæ mentis perturbationes ſunt.

Tvatim, tuo more. Plaut. Amphitr. Eccere iam tuatim facis.

Tætritvdo. Accius Philocteta: Quod te obſecro, ne hæc aſpernabilem tætritudo mea

in occulto faxit.

TEMNERE, contemnere. Lucillius lib. xxx: Quodque adeo fuerint qui temnere ſuperbum. Virgil. lib. vj: Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Diuos.

TAXIS pro tetigeris. Varro Modio: Sed, ô Petrulle, ne meum taxis librum.

TIPPVLA, animal leuiſſimum, quod aquas non nando, ſed gradiendo tranſeat. Varro Vimarco: Vt leuis tippula lymfon frigidos tranſit lacus. Plaut. Leuior es quam tippula.

TONESCIT, pro tonat. Varro Vimarco: Tunc repente cælitum altum tonitribus templum toneſcit.

TRANSENNA non, vt quidam putant, tranſitus, ſed eſt feneſtra. Cic. de Orat. libro j: Nunc pete a Craſſo, vt illam copiam ornamẽtorum ſuorum, quam conſtructam vno in loco, quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus. Salluſt. Hiſt. lib. ij. Tranſenna dimiſſum victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu coronam capiti imponebat.

TIRONEM poſitum pro ignaro. Cic. de Orat. lib. j: Fateor enim callidum quemdam hunc, & nulla in re tironem, ac rudem, nec peregrinum, & hoſpitem concedo eſſe debere.

TRVTINA. M. Tul. Cic. de Orat. lib. ij: Ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quæ non artificis ſtatera, ſed populari quadam trutina examinantur. Varro de vita populi Rom. lib. ij: Aut aliqua ex argentaria trutina, aut lingua præ ſe omnes ferent.

TVRPARI, a turpitudine Cic. Tuſc. lib. iiij: Iouis aram ſanguine turpari.

TENERASCERE, tenerum eſſe. Lucretius libro iij: Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentes.

TRICINVM, tardum, & quaſi impeditum, vel ſiccum, & ſine ſucco; vt ſunt capilli, qui Græce τρίχες dicuntur. Varro Eumenid. Quod tunc quæſtus tricinus erat, nunc eſt vber, vt quæſtus ſit magnus.

TETRICA eſt ſeuera. Varro τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας: An etiamſi audiſſet, reddere potuiſſet mulieri tetricæ horrentis ducat ad Appiam moribus bonis. Virg. Æn. lib. vij: Qui Tetricæ horrentis rupis, montemq. ſeuerum.

TARDITVDINEM, & TARDITIEM, pro tarditate. Plautus Pœnulo: Podagroſi eſtis, cochleas vincitis tarditudine. Accius Alcmæone: Atque eccos ſegnis ſomno & tarditudine. Idem Diomede: Multa amittuntur tarditia & ſecordia.

TEMERITVDINEM, pro temeritate. Pacuuius Duloreſte: Euno tyrannum noui temeritudinem.

TENTA dictum pro extenſa. Lucretius libro ij: Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum. Idem lib. vj: Duraq. inhorreſcens rictum, frons tenta manebat. Lucil. Sat. lib. vj: Tres a Deucalione grabati reſtibus tenti. Idem lib. xj: Hic vbi conceſſum, pelleſque vt in ordine tentæ. Et in libro xxx: Hic vt muſcipula contenta, eaque ſcorpios cauda ſublata.

TRISTITIAS, pro triſtitia. Pacuuius Ata-

lanta: Quid iſtuc eſt? vultum alligat quæ triſtitias? Turpilius Leucadio : Antefacta igne committo, triſtitias ante dortium.

TORPORAVIT, pro torpefecit. Turpilius Hetærea : Erus ſtupidus adſtat; ita eius aſpectus repens cor torporauit homini amore.

TITVBARE, trepidare. M. Tullius Philipp. lib. xiiij : Titubare, heſitare, quo ſe vertere neſcire. Virgil. Æn. lib. v : —Veſtigia preſſo Haud tenuit titubata ſolo. Terentius Heaut. Verum illa nequit titubet.

TORTOR, pro torqueor. Pomponius Decuma fullonis : Et vbi inſilui in cocleatum eculeum ibi tolutim tortor.

TVNICARE, pro veſtire. Varro λογομαχίᾳ: Hæc lanigeras detunderi docuit, tunicareque homullum.

TITIONEM, fuſtem ardentem. Varro de vita populi Romani libro ſecundo : Contra a nouo marito quum item e foco in titione ex felici arbore, & in aquali aqua allata eſſet.

V.

VVLGAVIT honeſte poſitum, vile habuit, & quaſi in vulgus dedit. Plautus Amphit. Cuiuſque me abſente corpus vulgauit ſuum. Vulgare, in vulgus dare, & quaſi multis audientibus, ac non taciturıs dicere? Virgil. lib. x : —Quid me alta ſilentia cogis Rompere, & obductum verbis vulgare *dolorem? Varro ὄνος λύρας: Iurgare* cœpit dicens, quæ ſcis atq. in vulgum vulgas, artemq. expromis inertem.

VEGET, pro vegetat, vel erigit, vel vegetum eſt. Pompon. Maiali: Animos Venus veget voluptatib. Ennius Ambracia: —Et æquora ſalſa veges ingentibus ventis. Varro Manio: Nec natus eſt, nec morietur, viget, veget, vt pote plurimum. Idem ὄνος λύρας: Quam mobilem diuum lyram ſol harmoge Quadam gubernans motibus dijs veget.

VERECVNDVM, audax, & confidens. Plaut. Amphitr. —Sic eſt, vera prædico; Niſi etiam hoc falſo dici inſimulaturus es. Nimis verecunda es.

VENOR, circumuenior. Ennius Nemea: Teneor conſępta, vndique venor.

VICISSATIM, per vices. Næuius belli Pœnici lib. iiij: Viciſſatim volui victoriam.

VISCERATIM. Ennius Andromeda: —Alia fluctus differt, diſſipat Viſceratim membra, maria ſalſa ſpumant ſanguine.

VNOSE, ſimul. Pacuuius Iliona: Occidiſti vt multa paucis verba vnoſe obnuntiem.

VTRASQVE, pro vtrimque, vel vtroſque. Hemina Hiſt. lib. iiij: In Hiſpania pugnatum bis, vtraſque noſtri loco moti. Cæcilius Thitte: Atque hercle vtraſque te, quum ad nos venis, Suffarcinatum vidi.

VIVVM, pro vehementi vel nouo. Virg. Æn. lib. j: —Paulatim abolere Sichæum Incipit, & viuo tentat præuertere amore.

VEGRANDE, valde grande. Lucillius libro xxvj: Non iccirco extollitur, nec vitæ vegrandi datur.

VANANS dictum pro fallens. Accius

& numen Iouis. Idem Phœniſſis: Delubra cæli tu maris ſanctitudines. Turpilius Leucadia: ---Miſeram terrent me omnia, maris Scopuli, ſonitus, ſolitudo, ſanctitudo Apollinis. M. Tullius de Repub. lib.iiij: Eoſdem terminos hominum curæ, atque vitæ, ſic pontificio iure ſanctitudo ſepulturæ. Afranius Suſpecta: Tuam maieſtatem & nominis matronæ ſanctitudinem.

SATV poſitum pro ſemine. Accius Pelopidis: Nam me vt credam ex tuo eſſe conceptum ſatu, Vt argumenta redigunt animum, & commouent. Idem Telepho: Profecto haudquaquam eſt ortus mediocri ſatu.

SCRIBTIONE, pro ſcribtura: Varro Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς: Vulgoque auarus fenerator ſpe lucri Rem ſcribtione duplicarat. Cicero Tuſcul. lib. v: Impulſi ſumus ad philoſophiæ ſcribtiones.

SEGNITAS, pro ſegnitia. Accius Æneadis aut Decio: Et nunc quòd eorum ſegnitas ardet focus. Idem Andromeda: Nam quid dicam, te metu aut ſegnitate, aut dubitare, haud meum eſt. Cic. de Orat. lib. j: Et quoniam de imprudentia diximus, caſtigemus etiam ſegnitatem.

SCELEROSI, pro ſcelerati. Lucil. Satyr. lib. j: Non tamen ætatem, tempeſtatem hanc ſceleroſi mirentur. Afranius Diuortio: O diem ſceleroſum, & indignum.

SPERATVM, id eſt, ſponſum. Afranius Fratrijs: ---Curre, & nuntia Venire, & mecum ſperatum adduce: Vide vt puellam curent, conforment iube. Idem in eadem: --- Speratam

non odi tuam.

SCREARE. Terentius Heautontimorumeno: Genitus, ſcreatus, tuſſis.

SERESCIT, poſitum pro ſiccatur, quod ſerenitas ſicca ſit. Lucretius lib. j: Denique fluctiuago ſuſpenſæ in litore veſtes: Vueſcunt eædem candenti ſole ſereſcunt. Inde Virgilius docte, Georgic. lib. j: — Vnde ſerenas. Ventus agat nubes; ---Hoc eſt ſiccas. Idem & alio loco: Atque arida differt Nubila.

SVCERDÆ. Lucillius libro trigeſimo: Hic in ſtercore humi, fabuliſque, fimo, atque ſucerdis.

SIMITV, ſimul. Lucillius libro xxx: Gratia habetur vtriſque, illiſque ſibique ſimitu. Plautus Amphitr. Non ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum. Idem Mercatore: Ita tres ſimitu res agendæ ſunt, quando vnam occœperis.

SVBSICIVVM, ſecundum ſequens. Lucillius lib. xxviij: Præterea hæc ſubſiciua ſi quando voles operam. Subſiciuum poſitum ſuccedens, ſuccidaneum. Cic. de Orat. lib. ij: An ſe hæc neſcire, quæ ego ſero ſucciſiuis operis, vt aiunt.

SVPPLOSIONEM, plauſum, vel percuſſum. Cicero de Orat. libro iij: Ex quo vereor, ne nihil ſim tui, niſi ſuppioſionem pedis imitatus.

SVPERBILOQVENTIA. Cicero Tuſcul. lib. iiij: Animique impotentiam, & ſuperbiloquentiam.

SARCINATOR, Lucillius lib. xxviij: Sarci-

natorem eſſe ſummum, ſuere centonem optime.

SOSPITENT, ſaluent. Ennius Menalippa: Regnumque noſtrum ſoſpitent, ſuperſtitentque. Pacuuius Medo: Populoque vt fauſtum ſempiterne ſoſpitent.

SINGVLATIM, & SINGILLATIM, a ſingulis. Cæcilius Hypobol. raſtraria: Hos ſingulatim ſapere nos minus arbitror. Cælius Annali libro j: Primùm malo publico gratias ſingulatim nomina. Lucil. lib. xviiij: Sic ſingillatim noſtrum vnuſquiſque mouetur.

SOLENNITVS, pro ſolenniter. Liuius Ægiſtho: Solennituſque adeo litali laudet lubens.

SCENATILIS, vel SCENATICVS, pro ſcenico. Varro Modio: Sed, ô Petrulle, ne meum taxis librum, Si te pepigat hic modo ſenatilis. Idem ὄνος λύρας: Vt comici, nothidi, ſcenatici.

SAPERDÆ, quaſi ſapientes, vt eligantes. Varro Modio: Omnes videmur nobis eſſe belli, feſtiui, ſaperdæ, quum ſimus σάπροι.

SVRDITATEM. Cicero Tuſcul. libo v: In ſurditate vero quidnam eſt mali? erat ſurdaſter M. Craſſus.

SIMPLICITVS, ſimpliciter. Plaut. Mercat. Sed eam ſimplicitus dicam, ſi opera eſt auribus.

SVSCITABVLVM honeſte poſitum incitamentum. Varro ὄνος λύρας: Fonicia ſum vocis ſuſcitabulum, Cantantiumque gallus gallinaceus.

SIMILITAS, ſimilitudo. Cęcilius Syracuſis:

cuſis: Vide Demea, hominis quid fert morum ſimilitas.

SALEBRAS. M. Tullius de finib. bon. & malorum: Hic ſi definire, ſi diuidere potuiſſet, ſi loquendi vim, ſi denique conſuetudinem verborum teneret, numquam in tantas ſalebras incidiſſet. Idem lib. v: Venit ad extremum, heret in ſalebra; cupit enim dicere. Et in Orat. Alter enim ſine vllis ſalebris, quaſi ſedatus amnis, fluit.

SVBLESTVM eſt leue, friuolum. Plaut. Nam vbi ad paupertatem acceſſit infamia, Paupertas grauior fit, fides ſubleſtior.

SVPPELLECTILIS. Cicero in Oratore: Verecundus erit vſus oratoriæ quaſi ſuppellectilis. Suppellex.

SCVRRILE, a ſcurris, ridiculum cum tupitudine. Cic. in Orat. Ridiculo ſic vſurum oratorem, vt nec nimis frequenti, ne ſcurrile ſit; nec ſubobſcæno, ne nimirum; nec petulanti, ne improbum.

SPORTAS, aut ab ſparto, quaſi ſparteas; aut ab aſportando. Salluſtius Hiſtor. libro ij: E muris canes ſportis dimittebant. Varro de vita populi Rom. lib. j: Neque enim obſonium in tota cæna coemtum ex varijs rebus quum coniectum in vnam ſportam perſpicitur.

SODES, non vt apud comicos, ſed ſi audes. Cic. in Orat. libenter etiam copulando verba iungebant, vt ſodes, pro, ſi audes.

SCOPAS. Cicero in Orat. Etſi humilius dictum eſt, ſcopas, vt ita dicam, mihi videntur diſſoluere.

SCIVNTVR, pro cognita ſunt. Cicero de

Orat. libro ij: Ars enim eorum eſt, quæ ſciuntur: Oratoris autem omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur.

T.

TÆTRET, fœdet, polluat. Pacuuius Periboea: Belluarum, ac ferarum aduentus ne tætret loca.

TETINERIT, pro tenuerit. Pacuuius Medo: Credo quorſum itinere tetiniſſe aiunt. Acc. Clytemn. Vt quæ tum abſentem rebus dubijs coniugem Tetinerit, nunc prodat vltorem. Pacuuius Hermiona: Sub iudicio quæque omnes Grecos tetinerim.

TETVLIT, tulit, Accius Andromeda: Donec tu auxilium Perſeu tetuliſti mihi. Cęcilius Hypobolimæo:—Erumnam pariter tetuliſti meam.

TAXIM, ſenſim, vel occulte. Pomponius Buccone adoptato: Clandeſtino tacitus taxim perſpectaui per cauum.

TEMERIVS. Acc. Didaſcalico lib. ij: Sed Euripidis, qui choros temerius in fabulis.

TESTATIM. Pompon. Verre ægroto: Iam iſtam colaphis comminuiſſem teſtatim tibi.

TRACTIM, vt ſenſim, id eſt diutine, longo tractu. Plautus Amphit. ---Quid ſi ego illum tractim tangam, vt dormiat.

TVDICVLARE, commouere. Varro Marcipore: Hæc me nobis terue tudiculaſſe.

TRABS. Varro Parmenone: Alia trabs pronis in humum accidens proximæ frangit ramos cadens.

Tegillvm, diminutiuum a tecto. Varro Seſquiulyſſe: Vigere volitans mulſus, aquam e nubibus tortam indicat fore, vt tegillum paſtor ſibi ſumat.

Terta, pro terſa. Varro ἔχω σε, περὶ τύχης: Ærea terta nitet galea. Idem Cato, vel de lib. educ. Alij ita ſunt circumtonſi, & terti, atque vnctuli, vt mangonis eſſe videantur ſerui.

Temperatvra, pro temperie. Varro ἀλλȣμελλαεισβειλο: Quæro te vtrum hoc adduxerit cæli temperatura, an terræ bonitas.

Torto, pro tormento. Pacuuius Duloreſte: Nam te in tenebrica ſæpe lacerabo fame Clauſum, & fatigans artus torto diſtraham.

Tonsvs, pro tonſura. Plautus Amphitr. Sura, pes, ſtatura, tonſus, oculi naſum, vel labra. Acc. Amphitryone: Sed quænam hæc eſt mulier funeſta veſte, tonſu lugubri?

Tvbvrcinari ſignificat raptim manducare. Titinnius Prælia: Tuburcinari ſine me vultis reliquias. Plautus Perſa: Tuburcinari de ſuo, ſi quid domi ſit. Turpilius Bœthuntibus: Melexia intus ceſſat, credo hercle helluo Tuburcinatur.

Tabificabile, vel tabificvm. Accius Medea: Par neci orbificor liberorum leto, & tabificabili. Cic. Tuſcul. lib. iiij: Atque vt hæ tabificæ mentis perturbationes ſunt.

Tvatim, tuo more. Plaut. Amphitr. Eccere iam tuatim facis.

Tætritvdo. Accius Philoctela: Quod te obſecro, ne hæc aſpernabilem tætritudo mea

in occulto faxit.

TEMNERE, contemnere. Lucillius lib. xxx: Quodque adeo fuerint qui temnere ſuperbum. Virgil. lib. vj: Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Diuos.

TAXIS pro tetigeris. Varro Modio: Sed, ô Petrulle, ne meum taxis librum.

TIPPVLA, animal leuiſſimum, quod aquas non nando, ſed gradiendo tranſeat. Varro Vimarco: Vt leuis tippula lymfon frigidos tranſit lacus. Plaut. Leuior es quam tippula.

TONESCIT, pro tonat. Varro Vimarco: Tunc repente cælitum altum tonitribus templum toneſcit.

TRANSENNA non, vt quidam putant, tranſitus, ſed eſt feneſtra. Cic. de Orat. libro j: Nunc pete a Craſſo, vt illam copiam ornamẽtorum ſuorum, quam conſtructam vno in loco, quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus. Salluſt. Hiſt. lib. ij. Tranſenna dimiſſum victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu coronam capiti imponebat.

TIRONEM poſitum pro ignaro. Cic. de Orat. lib. j: Fateor enim callidum quemdam hunc, & nulla in re tironem, ac rudem, nec peregrinum, & hoſpitem concedo eſſe debere.

TRVTINA. M. Tul. Cic. de Orat. lib. ij: Ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda, quæ non artificis ſtatera, ſed populari quadam trutina examinantur. Varro de vita populi Rom. lib. ij: Aut aliqua ex argentaria trutina, aut lingua præ ſe omnes ferent.

TVRPARI, a turpitudine Cic. Tuſc. lib. iiij: Iouis aram ſanguine turpari.

TENERASCERE, tenerum eſſe. Lucretius libro iij: Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentes.

TRICINVM, tardum, & quaſi impeditum, vel ſiccum, & ſine ſucco; vt ſunt capilli, qui Græce τρίχες dicuntur. Varro Eumenid. Quod tunc quæſtus tricinus erat, nunc eſt vber, vt quæſtus ſit magnus.

TETRICA eſt ſeuera. Varro τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιΐας: An etiamſi audiſſet, reddere potuiſſet mulieri tetricæ horrentis ducat ad Appiam moribus bonis. Virg. Æn. lib. vij: Qui Tetricæ horrentis rupis, montemq. ſeuerum.

TARDITVDINEM, & TARDITIEM, pro tarditate. Plautus Pœnulo: Podagroſi eſtis, cochleas vincitis tarditudine. Accius Alcmæone: Atque eccos ſegnis ſomno & tarditudine. Idem Diomede: Multa amittuntur tarditia & ſecordia.

TEMERITVDINEM, pro temeritate. Pacuuius Duloreſte: Euno tyrannum noui temeritudinem.

TENTA dictum pro extenſa. Lucretius libro ij: Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum. Idem lib. vj: Duraq. inhorreſcens rictum, frons tenta manebat. Lucil. Sat. lib. vj: Tres a Deucalione grabati reſtibus tenti. Idem lib. xj: Hic vbi conceſſum, pelleſque vt in ordine tentæ. Et in libro xxx: Hic vt muſcipula contenta, eaque ſcorpios cauda ſublata.

TRISTITIAS, pro triſtitia. Pacuuius Ata-

lanta: Quid iſtuc eſt? vultum alligat quæ triſtitias? Turpilius Leucadio : Antefacta igne committo, triſtitias ante dortium.

TORPORAVIT, pro torpeſecit. Turpilius Hetærea: Erus ſtupidus adſtat; ita eius aſpectus repens cor torporauit homini amore.

TITVBARE, trepidare. M. Tullius Philipp. lib. xiiij : Titubare, heſitare, quo ſe vertere neſcire. Virgil. Æn. lib. v : —Veſtigia preſſo Haud tenuit titubata ſolo. Terentius Heaut. Verum illa nequit titubet.

TORTOR, pro torqueor. Pomponius Decuma fullonis : Et vbi inſilui in cocleatum eculeum ibi tolutim tortor.

TVNICARE, pro veſtire. Varro λογομαχίᾳ: Hæc lanigeras detunderi docuit, tunicareque homullum.

TITIONEM, fuſtem ardentem. Varro de vita populi Romani libro ſecundo : Contra a nouo marito quum item e foco in titione ex felici arbore, & in aquali aqua allata eſſet.

V.

VVLGAVIT honeſte poſitum, vile habuit, & quaſi in vulgus dedit. Plautus Amphit. Cuiuſque me abſente corpus vulgauit ſuum. Vulgare, in vulgus dare, & quaſi multis audientibus, ac non taciturnis dicere? Virgil. lib. x : —Quid me alta ſilentia cogis Rompere, & obductum verbis vulgare *dolorem? Varro ὄνος λύρας: Iurgare* cœpit dicens, quæ ſcis atq. in vulgum vulgas, artemq. expromis inertem.

VEGET, pro vegetat, vel erigit, vel vegetum eſt. Pompon. Maiali: Animos Venus veget voluptatib. Ennius Ambracia: ---Et æquora ſalſa veges ingentibus ventis. Varro Manio: Nec natus eſt, nec morietur, viget, veget, vt pote plurimum. Idem ὄνος λύρας: Quam mobilem diuum lyram ſol harmoge Quadam gubernans motibus dijs veget.

VERECVNDVM, audax, & confidens. Plaut. Amphitr.---Sic eſt, vera prædico; Niſi etiam hoc falſo dici inſimulaturus es. Nimis verecunda es.

VENOR, circumuenior. Ennius Nemea: Teneor conſępta, vndique venor.

VICISSATIM, per vices. Næuius belli Pœnici lib. iiij: Viciſſatim volui victoriam.

VISCERATIM. Ennius Andromeda:---Alia fluctus differt, diſſipat Viſceratim membra, maria ſalſa ſpumant ſanguine.

VNOSE, ſimul. Pacuuius Iliona: Occidiſti vt multa paucis verba vnoſe obnuntiem.

VTRASQVE, pro vtrimque, vel vtroſque. Hemina Hiſt. lib. iiij: In Hiſpania pugnatum bis, vtraſque noſtri loco moti. Cæcilius Thitte: Atque hercle vtraſque te, quum ad nos venis, Suffarcinatum vidi.

VIVVM, pro vehementi vel nouo. Virg. Æn. lib. j:---Paulatim abolere Sichæum Incipit, & viuo tentat præuertere amore.

VEGRANDE, valde grande. Lucillius libro xxvj: Non iccirco extollitur, nec vitæ vegrandi datur.

VANANS dictum pro fallens. Accius

Alcmena: Tanta vt fruſtrando lactans, vanans protrahit.

VANITVDO, pro vanitate. Plaut. Pol, egô vt video, tu inuentus vero a vanitudine. Pacuuius Duloreſte: —Primum hoc abs te oro, nimis inexorabilem Faxis, ni turpaſcis vanitudine ætatem tuam.

VARIANTIA, pro varietas. Lucretius libro j: Talibus in cauſſis nedum variantia rerum. Idem libro iij: Principijs vnde hæc oritur variantia rerum.

VISCVS poſitum pro viſcere. Lucretius libro j: Viſceribus viſcus gigni, ſanguenque creari. Virgilius Georgic. libro primo: Tum laqueis captare feras, & fallere viſco Inuentum; id eſt tractu viſceris. Lucillius Satyrarum libro xiiij: Idne ægri eſt magis, an quod pane & viſcere priuo, *Quod viſcus dederas, tu quidem hoc eſt viſcera largi.

VAGOR dictum pro vagitus: Lucretius libro ij: Et ſuperantur item: miſcetur funere vagor.

VETVSTAS, & antiquitas vel felix, vel ſapiens, vel manſueta eſt habita. Terent. in Hecyra: Quis me eſt fortunatior, vetuſtatiſque adeo plenior?

VASTITIES, & VASTITVDO, & VASTITAS, horror, & deſertio, & contagium. Plaut. Pſeud. Diſtractio, diſcidium, vaſtities venit. Accius Euryſace: Sed atratus tætra veſte, & vaſtitudine Tarde forma tuis. Idem Meleagro: Quæ vaſtitudo hæc, aut vnde inuaſit mihi?

M. Tullius de Offic. libro ſecundo: qui collectis ceteris cauſſis eluuionis, peſtilentiæ, vaſtitatis. Pacuuius Teucro: Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine Squales, ſcapreſque inculta vaſtitudine.

VASTESCANT ſignificat inhorreſcant, vel deſerantur. Accius Phœniſſis: Iuſſit proficiſci exſilium quouis gentium, Ne ſcelere tuo Thebani vaſteſcant agri. M. Tul. de Deorum nat. libro ij: Quid de hominum genere dicam, qui quaſi cultores terræ conſtituti non patiuntur eam nec immanitate belluarum ecferari, nec ſtirpium aſperitate vaſtari? Salluſtius in Iugurtha: Aberat mons fere millia paſſuum xx. tractu pari vaſtus, & humano cultu. Varro Manio: Aeperiret ſquale, ſcapreq. illuuie, & vaſtitudine.

VICISSITATEM, pro viciſſitudine. Accius Phœniſſis: Viciſſitatemq. imperitandi tradidit.

VLLO pro vltus fuero. Accius Epigonis: Qui, niſi genitorem vllo, nullum meis dat finem miſerijs.

VERRVNCENT, id eſt, vertant. Accius Æneadis aut Decio: Te ſancte venerans precibus, inuicte inuoco, Portenta vt populo, patriæ verruncant bene. Pacuuius Periboea: — Precor veniam, Petens vt quæ egi, ago, axim, verruncent bene. Afranius Diuortio: Et ponito auorruncent cum ſyrma ſimul.

VILITANT, vilem faciunt. Turpillius Lindia: Quin moneam, quin clamem, & querar tua vitia, quæ te vilitant.

VILLICARI eſt ruſticari, vel villæ præeſſe.

Pomponius Ergaſtulo : Longe ab vrbe villicari , quo erus rarenter venit , Non villicari , ſed dominari mea eſt ſententia. Afranius Suſpecta: In Orpinos iam quantum potes, explodam hominem, vt villicetur. Turpilius Paraterusa : Ego nondum etiam hic villicabar Phędria. Idem Hetæra : Hic villicor ante vrbem, nunc rus eo.

VINNVLVM, ſenſilocum, id eſt illecebrum. Plautus Aſinar.—Compellando blanditer, oſculando, oratione vinnula, venuſtula.

VITABVNDVS, pro vitans. Salluſt. Hiſtor. libro iij: Duos quam maximos vtris leui tabulæ ſubiecit, quam ſuper omni corpore quietus inuicem tracto pedis , quaſi gubernator exſiſteret; ea inter molem atque inſulam, mari, vitabundus claſſem hoſtium, ad oppidum peruenit.

VOLENTIA, id eſt, quæ vellent. Salluſt. Hiſt. lib. iiij: Multiſq. ſuſpicionibus volentia plebi facturus habebatur.

VALENTIA, fortitudo. Næuius Danae: Omnes formidant hominis eius valentiam. Titinnius Setina: Sapientia gubernator nauem torquet non valentia.

VOMICA, concaua loca, vetuſtate exeſa. Lucillius libro xxxviiij : Tyroneo & non mortifero adfectus vomica & vulnera.

VIRIATVM dictum eſt magnarum virium. Lucil. libro xxvj : Contra flagitium neſcire bello vinci a barbaro. Viriato Annibale.

VESCVM, minutum , obſcurum. Lucillius libro xxvj : Quam faſtidioſum ac veſcum cum

faſtidio viuere. Virg. Georg. lib. iij: Nec veſcas ſalicum frondes. Afranius in Sororibus: At puer eſt veſcis imbecillus viribus.

VOLVP, pro voluptate. Plautus Aſinaria: Hic ſenex ſi quid clam vxorem ſuam animo fecit volup.

VIRGINDEMIAM, vt vindemiam, hoc eſt, virgarum apparatum, vel demtionem, vel decerptionem ob verbera. Varro Agathone:

Quid triſtiorem video te eſſe quam antidhac
Lampadio? nunquid familiaris filius
Amat, nec ſpes eſt auxili argentaria;
Ideoq. ſcapulę metuunt virgindemiam?

VIRATIVM, magnarum virium. Varro Meleagro: Si non malit vir viratius vxorem habere Atalantam.

VVLGA, capacitas, vel ſinus cum laxitate. Lucil. lib. ij: —In vulgam penetrare piloſam. Varro Sexageſi: Eo vt viaticum ex arcula adderem in vulgam.

VERRVCAM poſitum pro loco edito. Cato libris originum: Cenſeo inquit, ſi rem ſeruare vis, faciundum, vt quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas, eamque vti occupent imperes.

VIBICES, plagarum vulnera. Cato de falſis pugnis: Vbi ſocietas? vbi fides maiorum? inſignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eis dolores, atq. carnificinas, per dedecus atq. maximam contumeliam inſpectantibus.

VELLICATIM. Siſenna Hiſt. lib. j: Nos vna æſtate in Græcia & Aſia geſta literis idcirco

continentia mandauimus, ne vellicatim ac ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus.

VICTVRVS, victoriam potiturus, auctoritas prudentium putauit eſſe. Pyrrhuſne rex, an Manius Curius prælio victurus eſſet.

VIRESCIT, maiorum virium fit. Furius Poematis: --- Creſcunt animi vireſcit vulnere virtus.

VIRO, etiam pro virtute naturali. Lucretius libro ſecundo: Concoctaſque ſuo ſeruare & perdere viro.

VENERATA, pro veneranda. Virgil. lib. iij: ---Curſuſq. dabit venerata ſecundos.

VTER, pro vtero. Cæcilius Imbris: Nunc vter creſcit, non poteſt celari.

VICATIM. Siſen. Hiſt. lib. iij: Quum complures menſes barba immiſſa & intonſo capillo lugubri veſtitu populum vicatim flens vna cum liberis circumiret.

VVLTVOSVM, triſtem. Cicero in Orat. In quo quum effeceris, ne quid ineptum ſit aut vultuoſum.

VERMICVLATVM, pro minuto. Cic. de Orat. lib. iij: ---Lexis compoſtæ, vt teſſerulæ omnes, Arte, pauimento atque emblemate vermiculato.

VENALITII, poſitum pro venditoribus. Cic. in Orat. Corneliana lib. ij: Neq. me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitij, mercatoreſq. ſuperarunt.

VOCARE poſitum, trahere, ducere. Cicero de Orat. Si de iure ciuili tecum ſeram vo-

cauit, te hominem prudentiſſimum his ipſis rebus, quas abs te didicerit, dicundi arte ſuperabit.

VERECVNDARI, verecundia teneri. Cicero de Orat. lib. iij: Alterum cunctantem & quaſi verecundantem incitabat.

VERSVTILOQVAS. Cic. de Orat. lib. iij: An num nos vis huius me verſutiloquas malitias? Videtis enim & verſutiloquas, & expectorat, ex coniunctione facta eſſe verba.

VNCINATVM, ab vnco. Cicero Academ. lib. iiij: Nec vt ille, qui aſperis, & leuibus, & hamatis vncinatiſque corpuſculis concreta hæc eſſe dicat.

VENDITATIONEM veteres pro oſtentatione poſuerunt. Cicero Tuſcul. libro ſecundo: Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ ſine venditatione, & ſine populo teſte fiunt.

VIERE, vincire, inflectere. Varro de Re ruſt. libro primo: Vt habeas vimina, vnde viendo quid facias.

VNDVLATVM, noue poſitum, purum. Varro de vita pop. Rom. lib. j: Et a quibuſdam dicitur eſſe virginis fortunæ, ab eo quod duabus vndulatis togis eſt opertum, proinde vt non reges noſtri e vndulatas & pretextatas togas ſoliti ſint habere.

VERVECEM. Var. de vita pop. Rom. lib. j: Aut bouem, aut ouem, aut veruecem habet ſignum.

Z.

ZONATIM, per goerum. Lucil. lib. vj: Zona-

tim circum impluuium cineraris cludebat.

INCIPIT DE INDISCRETIS generibus per literas.

A.

ANGIPORTVS generis maſculini, vt apud multos: Neutri; Plautus Ciſtellaria: Quæ quaſi carnificis angiporta purgitans. M. Tullius de Diuinatione, angiporta dixit. Terentius Adelphis: Id quidem angiportum non eſt peruium. Idem in Eunucho: In angiportum quoddam deſertum.

ARBITRIVM generis neutri, ſicut ſępe: Maſculni; Plaut. Aſin. --- Ni quatriduo Abalienarit, quod abs te argentum acceperit, Tuus arbitratus ſit, comburas ſi velis: Nulli ſit cera, vbi facere poſſit literas.

ARMENTA genere neutro plerumque: Feminino; Ennius: Ipſius ad armentas eoſdem ad armenta. Liuius: Tu paſcere cornifrontes ſoles armentas.

ABSYNTHIVM generis eſt neutri. Lucret. lib. iiij: ---Abſynthia tętra medentes Quum dare conantur. Maſculini; Var. Quinquartribus: Quid medico mihi eſt opus nempe tuo, abſynthium vt bibam grauem, & caſtoreum leuemq. robur?

ÆRARIVM neutri eſt generis, vt ſæpe: Maſculini; Varro γεροντοδιδασκάλῳ: Hoc eſt magnum cenſorem eſſe, ac non ſtudere multos ærarios facere.

ADMONITIO vſu genere dicitur feminino: Maſculino; M. Tull. de finib. bon. & mal. lib. v:

Vt acrius aliquanto, & attentius de claris viris locorum admonitu cogitemus.

Avditvs eſt generis maſculini: Feminini; auditio; M. Tullius de finib. bon. & mal. lib. v: Lubenterque ſe cum his congregant, dantq. ſe ad ludendum, fabellarumque auditione ducuntur.

Artvs maſculino genere appellamus. Virg. Georg. lib. iij: --- Micat auribus & tremit artus. Artua, neutro genere. Plautus Menęchmis: Ita mihi imperas, vt ego huius membra, atque oſſa atque artua.

Angves maſculino genere dici, Virg. teſtis eſt: Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta, Horreſco referens, immenſis orbibus angues. Et in lib. v: --- Adytis cum lubricus anguis ab imis. Næuius Lycurgo: Alte iugatos angues in ſeſe gerunt. Lucillius lib. xxvj: Niſi portenta, anguiſq. volucris, ac pennatos ſcribitis. Angues feminino. Plaut. Amphit. Deuolant angues iubatæ in compluuium duo. Varro Acinnius: Cuius vt aſpexit torta caput angue reuinctum.

Acherontem maſculino genere dicunt veteres. Virgilius libro vj: --- Et tenebroſa palus Acheronte refuſo. Feminino; Plautus Captiuis: Verumenimvero nulla adæque eſt Acherons, atque vbi ego fui.

Amnem maſculino genere appellamus. Virg. Georg. lib. j: Atq. alius latum funda iam verberat amnem. Feminino; Plautus Mercatore: Neque vlla mihi obſtabit amnis, neque mons, neq. adeo mare. Næuius Lycurgo: Sed quaſi amnis

cis rapit,ſed tamen inflexu flectitur. Acc. Epinauſimache: Scamandriam vndam ſalſo ſanctam obtexui ſanguine, Atque aceruos alta in amni corpore expleui hoſtico. Idem Epigono: Apud abundantem antiquam amnem & rapidas vndas Inachi. Varro Periplu lib. j: In hac ciuitate agros colunt arenoſos, præter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam.

ARANEÆ & feminini ſunt generis. Titinnius Gemina: Euerritè ædis, abſtergete araneas. Virg. Georg. libro iij: Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes. Ennius; Buxus araneæ. Maſculini, Plautus in Sticho: Vt operam araneorum tergam, & texturam improbem, Deiciamque eorum omnis telas. Idem Aſinaria: Iuſſin columnis deici telas araneorum.

ÆTAS feminini eſt generis. Plautus Menæchmis: Vt ætas mala eſt, mers mala eſt ergo. Ætas maſculini: Plautus Trinummo: Propter eoſdem, quorum cauſſa fui hoc ætate exercitus.

ACCIPITER generis eſt maſculini. Virgil. lib. xj: Quam facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto. Feminino; Lucretius libro iiij: Accipitres ſomno in leni ſi prælia pugnaſque Edere ſunt perſectantes, viſæque volantes.

ARVA neutri ſunt generis. Virgilius: Arua aliena iugo premere. Feminino; Næuius Lycurgo lib. ij: Quaque incedunt, omnis aruas obterunt. Pacuuius: Poſtquam calamitas plures annos aruas caluitur.

ANFRACTVM maſculino genere dici putant: Neutro;

Neutro; Acc. Euryſace: Super Oceani ſtagna alta patris Terrarum anfracta reuiſam. Varro Parmenone: Cauo fronte, vt quum irrigauit cauata aurium anfracta in ſyluam vocans.

Æ v v m, generis neutri: æuitas feminini; Varro Tithono, περὶ γήρως: Qua voluntatem æuitatis extima attigit metam æuitas.

Aera, neutri. M. Tul. in Hortenſio: Quid tu, inquam, ſoles, quum rationem a diſpenſatore accipis, ſi aera ſingula probaſti, ſummam quæ ex his confecta ſit non probare?

A c i n a genere neutro frequenter Varro poſuit: Acinus maſculino: M. Tullius de ſenectute: Quæ ex fici tantulo grano, aut ex acini vinaceo. Et alij obſcuræ auctoritatis: Preſſuſq. labris vnus acinus herebat.

A v t v m n v s generis maſculini: Feminini: Varro Serano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Retinet viatorem meridie prætereuntem fontem, quod autumnitas in anni tetrachordo menſum prætereierat.

A l v v s generis feminini. Virgilius Ænead. libro ij: In latus, inque feri curuam compagibus aluum Contorſit. Maſculino; Accius Annalibus: —Vt quum fragiliſſimus aluus. Et alius auctoritatis obſcuræ: Maia nemus retinens grauido concepit in aluo.

A c c v b i t i o n e m genere feminino. M. Tullius de ſenectute: Bene enim maiores accubitionem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt.

B

BVBO generis feminini. Virgil. Æneidos libro iiij : Seraque culminibus ferali carmine bubo. Genere maſculino; Agellius Hiſtor. lib. j: Et quod bubo in columna ædis Iouis ſedens conſpectus eſt.

BALNEÆ nominis feminini. M. Tullius pro S. Roſcio : Occiſus eſt ad balneas palatinas rediens a cœna Sex. Roſcius. Plautus Aſinaria: Ille in balneas iturus; inde huc veniet. Cæcilius in Imbris: — Quid mihi non ſunt balneæ? Neutri; M. Tull. in Hortenſio: Primus balneola ſuſpendit, incluſit piſces.

BALTEVS maſculini generis. Virgilius libro xij : ---Humero quum apparuit alto Balteus. Neutro: Varro Rerum diuinarum lib. xj: Tragita vincula baltea ſunt. Accius Didaſcalicon libro viij : Auctoribus manuleos, baltea, machæras. Liuius libro viiij : Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant.

BVXVM generis neutri. Virg. Georg. lib. ij:—Et torno raſile buxum. Feminini; Ennius: Buxus victa taxis tonſa.

BLANDIMEMTVM generis neutri, vt ſæpe: Feminini; Cicero de Repub. libro iiij: In ciue excelſo, atque homine nobili blanditiam, oſtentationem, ambitionem meam eſſe leuitatis.

C.

CLIVVS generis maſculini, vt plerumque. Neutri, apud Memmium inuenimus, cuius auctoritas dubia eſt : Ille ardua nitens fortunæ eſ-

cendere cliua. Cato de Tribunis militum: Loca ardua, & cliua depreſſa.

Cyma neutro, vt Lucillius: Aſparagi molle, ſed viride cyma. Feminino; Cornelius Celſus, etſi minoris auctoritatis, poſuit. Lætam, formoſamq. cymam.

Consitvra genere feminino. M. Tullius de Rep. lib. j: Quæ videlicet ille non ex agri conſitura, quam cernebat, ſed ex doctrinæ indicijs interpretabatur.

Crvx generis feminini ſæpe: Maſculini; Ennius Annali lib. xj: Malo crucē fatur vti des Iupiter.

Cvlter, & cvltellvs, generis ſunt maſculini. Varro γεροντοδιδασκάλῳ! Noctu cultro coquinari ſe traiecit: Nondum enim mihi inuenti erant cultelli empeſtati e Bithynia.

Cor generis eſt neutri, vt dubium non eſt; Maſculini; Ennius lib. xiij: Annibal audaci dum tempore de me hortatur, Ne bellum faciam; quem credidit eſſe meum cor?

Cvpressvs generis feminini, vt dubium non eſt: maſculini; Ennius: Capitibus nutantibus pinos, rectoſq. cupreſſos.

Carra neutri generis eſſe conſuetudine perſuaſum eſt: maſculini; Siſenna Hiſtoric. libro quarto: Impedimentum collocant omne, conſtruunt carros, & ſarraca crebra diſponunt. Varro Cęj. libro ij: Gallica porta carros accurat vſque politos.

Certamen i generis eſt neutri: feminini: Siſen. Hiſt. lib. iiij: Iacolis celeriter conſumtis, ad

gladios certationem reuocauerunt.

CVERELÆ generis feminini, vt ſæpe: maſculini; Virgilius Æneid. lib. iiij : Tantos illa ſuo rumpebat pectore quæſtus.

COMPITA generis neutri. Virgil. Georgic. lib. ij : Pręmiaque ingentis pagos, & compita circum. Maſculino; Varro de ſcenicis originibus lib.iij: Vbi compitus erat aliquis. Cæcilius Titthe: Vbi adicientem compitum.

CONSORTIVM neutri generis: conſortio feminini; Lucil. lib. xviiij: ---Deierat Enim ſcribſiſſe, & poſt non ſctibturum; redi in Conſortionem. M. Tul. de Offic. lib. iij: Diſſoluatur neceſſe eſt omnis humana conſortio. Titus Liuius: Quænam iſta ſuauitas? quęnam conſortio eſt?

CHARTAM generis feminini: Maſculini; Lucil. lib. xxvij : Nec ſic vbi Græci, vbi nunc Socratici charti, quicquid quęritis, perimus.

CLYPEVS generis maſculini. Virgilius: Ardentis clypeos, atq. æra micantia cerno. Neutro; Virgilius:---Et clypeum ſuperintonat ingens. Licinius in Marte : Pars magna leuius clypea portant. Laberius Sororibus : Hoc voluit clypeum contra peluem proijci.

CÆMENTA neutri, vt eſt vſus. Varro Vimarco : Non te pudet, mani, quum domi tuæ vides commilitonum tuorum cohortes ſeruis tuis miniſtrare cæmenta? Feminini; Ennius: Labat, lababuntur ſaxa, cæmentæ cadunt.

CLVNES feminino. Horatius: Quod pulchræ clunes, breue quod caput, ardua ceruix. Maſculino; Plautus Abroico : Quaſi lupus, ab armis

valeo, clunes deſertos gero.

CÆLVM neutro: Maſculino; Lucretius: Quis pariter cęlos omnis conuertere, & omnis Ignibus ætherijs terras ſuffcire feracis? Varro Rerum Diuinarum: Vt Deum ſignificas, non partem mundi, ſic pater magnus materna hiſt' cælus. Ennius; Fortis Romani, quamquam cælus profundus. Idem: Saturno quem cęlus genuit.

CASTITAS, & CASTIMONIA, generis feminini: Maſculini; Varro Rerum Diuin. lib. j: noſtro ritu ſunt facienda quam his ciuilibus, Græco caſtitu. Idem: Et religiones & caſtus id poſſunt, vt ex periculo eripiant noſtro. Næuius Carmine Punici belli: Res diuas edicit, pręducit caſtus.

CALLIS gener. maſcul. Virgil. Æneid. lib. iij: --Prædamque per herbam Conuectant calle anguſto. Feminino; Liuius libro xxij: Niſi pecorum modo, fert anguſto ſaltu, & deuias calles. Idem ſic frequenter.

CVLLEVS maſculino ſæpe: neutro; Varro de Re ruſt. lib. j: In ſingula iugera, dena cullea vini fiunt.

CORBES, CORBVLAS. Varro de Re ruſt. libro primo: Cogit aliquot corbulas vuarum, & frondem iucundiſſimam miniſtrat ouibus. Cæcilius Philumena: — Qui panis ſoli corbulam.

CVIS & generi feminino attribui poſſe, veterum auctoritas voluit. Liuius: Mulier quiſquis es, te volumus. Cæcilius: Quæſo igitur, quiſquis es, mea mulier. Pacuuius: Quiſquis tu es mulier,

quæ me inſueto nuncupaſti nomine. Ennius: Et quis illhæc eſt, quę lugubri ſuccincta eſt ſtola?

CANALIS maſculino. Gadullius Gallicanus: Ego vero confiteor certo canali cuncta decurrere. Feminino; Lucil. ὑποκοειστικῶς canaliculam dicit.

CINIS maſculino. Virgil. in Bucol. ---Cinis ipſe bonum ſit. Et Georg. lib. j: ---Neue Effetos cinerem immundum iactare per agros. Feminino apud Cæſarem & Catulum, & Caluum lectum eſt, quorum vacillat auctoritas: Quum iam fulua cinis fuerit.

COLVS generis feminini. Cic. de Orat. lib. ij: Quid tud Egilia mea, quando ad me venis cum tua colu & lana?

CAPILLVS maſculini eſt generis. Terentius in Phormione: Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida. Neutri; Plaut. Muſtellaria: Vide capillum ſatin compoſitum ſit commode.

CVRSVS omnium conſenſu maſculino genere dicitur. Virgil. Hic curſus fuit. Curſura feminino; Plaut. Aſin. Non vides me ex curſura anhelitum etiam ducere? Idem Ciſtellaria: Pol ad cubituram mater magis ſum exercita Fere, quam a curſura; eo ſum tardiuſcula.

CVRRICVLVM neutro genere. Cicero Timæo: Ratione igitur & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum eſt Solis, & Lunæ.

CVLEST, pro qualis eſt, neutro poſitum pro maſculino: Plautus Amphitr. Edepol condignum donum, culeſt qui domum dedit.

Contagio feminino genere appellatur. Salluſtius: Poſtubi contagio quaſi peſtilentia inuaſit. Contagio neutro; Lucretius libro iij: Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi. Virgilius: Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

Catellæ diminutiuum eſt catenarum, & dicuntur genere feminino: Cæcilius Plocio: Catellæ * neutrum a catellis ſimiliter diminutiuum. Plautus Curcul. Delicatum te hodie faciam, cum catello vt accubes; Ferreo, ego dico.

Corium neutri eſt generis: Corius maſculini; Plaut. Pœnulo: Tris facile corios contriuiſti bubulos. Varro Eumenidibus: Nunc corius vlmum tuus depauit, pergis heia.

Calx eſt generis feminini. Virgilius lib. xj. ---Ferrata calce fatigat. Calx maſculini; Plautus Pœnulo: Quin prius diſperibit ſaxo, quam vnum calcem ciuerit. Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς: Nemini fortuna currum a carcere emiſſum intimo. Labi inoffenſum per æquor candidum ad calcem ſinit.

Cortex vtriuſque eſt generis: Maſculini; Varro Prometheo lib. Tum vt ſi ſupernus cortex, aut cacumina Morientum in querqueto & arborum amaritudine. Idem Tithono, περὶ γήρως: Sic inuitatam matura anima corporeum corticem facile reliquit. Virgil. lib. vij: ---Raptus de ſubere cortex. Feminino; Virgilius in Bucolicis: Tum Phaethontiadas muſco circumdat amaræ Corticis. Lucretius libro iiij: Quæ quaſi

membrana, vel cortex nominitanda eſt.

CALOR generis maſculini. Virg. Georg. lib. ij: Si non tanta quies iret frigusque, caloremque Inter. Plautus Mercatore: Neq. frigus, neque calorem metuo.

CASEVS generis maſculini. Virgilius in Bucolicis: Pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi. Caſeum neutri; Nouius Maccis: Pecunia quid? bonum breue eſt, reſpondi, Sardis veniẽs caſeum. Plautus Medico paraſito: —Cum virgis caſeum radi poteſt.

COLLVM neutri eſt generis. Virgilius: —Et colla comantia pectunt. Collus maſculini; Accius Epigono: Quid ceſſo ire ad eam? hem præſto eſt, camo collum grauem. Lucillius Satyrarum libro vij: Calidiſſime ac bene pleriai iaſolorum, atq. anſeris collus. Idem libro xxvij: Modo ſurſum, modo deorſum, tanquam collus cernui. Cæcilius Harpazomene: —Hunc collum ludo præcidi iube. Idem Synephebis: Ad reſtim res redit; immo collus, non res; nam ille argentum habet. Cato in Sercia: Accipite ſi vultis hoc onus in veſtros collos. Næuius: Cor vtrum ſcapulæ plus, an collus calli habeat neſcio. Plautus Amphitr. Malæ, mentum, barba, collus. Varro Sexageſi: Vt nitens pauonis collus, nihil extrinſecus humens.

CASTRA generis ſunt neutri: feminini; Accius Æneadis aut Decio: Caſtra hæc veſtra eſt, optime eſſis meritus a nobis.

COPVLÆ generis feminini. Accius Finidis: Abtorque proram, ac ſuppa tortas copulas.

Cepe generis neutri. Lucillius libro v: Flebile cepe ſimul, lachrymoſæq. ordine talpæ. Idem libro xvj: Hoc aliud longe eſt, inquit qui cepe ſerebat. Varro Vimarco: Aui & ataui noſtri quum alium ac cepe eorum verba olerent, tamen optume animati erant. Idem Manio: Dulcem aquam bibat ſalubrem, & flebile eſit cepe. Cepe feminini; Lucillius Satyrarum libro v: Lippus edenda acri aſſiduo ceparius cepa lachrymoſa. Varro Eumenidibus: In ſomnis venit, iubet me cepam eſſe, & feſſiminum. Idem Cato vel de liberis educandis: Vt cibo vtatur modico, & idoneo; vt vitet acria, vt eſt ſinapi, cepa, alium.

Cubitus maſculini generis: neutri; Lucillius Sat. lib. xvj: --- Lyſippi Iuppiter iſta Tranſiuit quadraginta cubita altus Tarento.

Coluber generis maſculini. Virg. Æn. lib. ij: --- Coluber mala gramina paſtus. Colubra feminini; Lucillius Satyrarum lib. xx: Iam diſrumpetur medius; iam, vt Marſus colubras Diſrumpit cantu, venas quum extenderit omnis. Turpilius Leucadia: --- Arripuit colubram mordicus. Varro Eumenidibus: Quid dubitatis, vtrum nunc ſitis cercopitheci, An colubræ, an beluæ, an dealbucibus labus Athenis?

Contemtus generis maſculini: contemtio feminini; M. Tul. de Rep. lib. v: Quæ virtus fortitudo vocatur, in qua eſt magnitudo animi, mortis, doloriſq. magna contemtio. Idem de offic. lib. iij: Fortitudo, quæ eſt dolorum, laborum contemtio. Et in Hortenſio: Magnitudo animi patientia

laborum, mortis dolorumq. contemtio. Ita & in Tuſcul.lib.j.

Compendivm, compendiaria. Varro σκιαμαχία,περὶ τύφου: Hoc dico; compendiaria, ſine vlla ſollicitudine, ac moleſtia ducundi ad eandem voluptatem poſſe peruenire.

Crocvm generis neutri. Salluſt. Hiſt.lib.ij: Iter vertit ad Corycum vrbem inclytam, paſtuſq. nemore, in quo crocum gignitur. Maſculini; Virgil. Georg.lib.iiij: Et glaucas ſalicis, caſiamq. crocumq. rubentem.

Conatvs maſculino: neutro; Accius Atreo: Ego incipio, conatu exſequar.

Candelabrvm generis neutri, vt ſæpe: Maſculini; Cæcil. Meletrice: Memini ibi candelabrum ligneum ardentem.

Cardo generis maſculini. Virg. Æn.lib. ij: ---Et emoti procumbunt cardine poſtis. Feminini; Graius in Peliadibus: Sonat impulſa regia cardo.

Censvs generis maſculini: neutri; Cicero in Conſulatu ſuo: Quorum luxuries fortunata cenſa peperit.

Crines genere maſculino. Virgil. Æn. libro iiij: Et crines flauos. Feminino; Plautus Muſtellaria: ---Gerundum morem cenſeo, & capiundas crines tibi. Atta in Epigrammatibus: Præterea tuis deſoluta crine capillus.

Cvmmi generis neutri, vt eſt vſu monoptoton. Tamen feminini: Cinna: Alpinaque cummi: vt ſit genitiuus eius, huius cummis, vt puppis, febris, peluis.

D.

DORSVM neutri eſt generis. Virg. Æn. libro j: Dorſum immane mari ſummo.--Dorſus iterum maſculini; Plaut. in Milite: Timeo, quid rerum geſſerim, ita dorſus totus prurit.

DECOREM generis maſculini: decentiam feminini; M. Tul. de Deorum natura lib. ij: Colorum etiam & figurarum tum venuſtatem, atq. ordinem, &, vt ita dicam, decentiam oculi iudicant.

DESPECTVS generis maſculini: deſpicientia feminini, M. Tull. de offic. lib. ij: Ergo & hæc deſpicientia admirabilitatem magnam facit. Et Tuſc. lib. j: In omnium rerum humanarum contentione, ac deſpicientia in omni virtute ponamus.

DOMINATIO generis feminini, vt plerumque: maſculini; M. Tul. de Rep. lib. j: Quid? tum quum es iratus, permittis illi iracundiæ dominatus animi tui? Et de offic. lib. ij: Quorum eſt leuis fructus, incertus dominatus.

DEBITVM generis eſt, vt manifeſtum eſt, neutri: feminini; M. Tul. pro Plancio: Nam alia eſt debitio pecuniæ, alia gratiæ.

DILVVIVM generis habetur, vt ſępius, neutri. Virg. lib. vij: Diluuio ex illo. Feminini; Lucret. lib. vj: Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur Imbribus. Horat. carminum lib. iiij: ---Horrendamque cultis diluuiem minitatur agris.

E.

EVENTVS generis eſt maſculini: neutri; Lucret. lib. primo: Nam quæcumque cluent, aut his

coniunctis duabus Rebus ea inuenies, aut horum euenta videbis. Idem in libro primo: Euentum dici poterit, quodcumque erit actum. M. Tullius in Hortenſio: Tu me & alias nonnumquam, & paulo ante adhortatus es, aliorum facta & euenta conquirerem. Idem Conſulatus ſui libro ij: Atque animo pendens noctu euenta timebat.

ERROR maſculini eſt generis. Virgil. Æneid. lib. x: --- Gratuſque parentibus error. Feminini; Accius Neoptolemo: Satis iam dictum eſt, neque ego errantiæ animi praue morigerabor. Neutri; M. Tull. ad Hirtium libro ij: Qua in re ſi mediocriter lapſus ſum, defendes meum tolerabile erratum.

EPVLVM generis neutri eſt: feminini; Lucil. Satyrarum lib. xiij: Idem epulo cibus atque epulatio Iouis omnipotentis; qui verſus vtrumque deſignat. Virgil. lib. vj: ---Epulæq. ante ora paratæ Regifico luxu.

ERVVM generis neutri eſt, vt plerumque: Feminini; Varro, Longe fugit, qui ſuos fugit: Sed vt is erat, hæc legumina arte parua pauca cicer, eruillam, ac paregia alia ſpiria ceteris.

F.

FRONTEM feminino genere Virgilius ait; Et frontem obſcænam rugis arat. Maſculino; Titinnius Setina: Quaſi Hermaphroditus fimbriatum frontem geſtas. Pacuuius: Fronte ſuppreſſa, innato fronte, vultu turpitudo. Cato de Re militari: Vna depugnatio eſt fronte longo, quadrato exercitu. Cæcilius Subditi-

uo: Nam hi ſunt inimici peſſimi, fronte hilaro, corde triſti, quos neque vt apprehendas, neque vitare ſcias. Plautus: Nam coloratum frontem habet petilis.

FINEM maſculino genere dicimus. Virgilius Æneid.lib.x: Hic finis fandi; ſolio tum Iuppiter aureo Surgit. Feminino; Lucretius libro primo: Et merito: nam ſi certam finem eſſe viderent. Accius Finidis: Neque vlla interea finis curas datur. Virgil. Æn.lib. iij: Quam feſſis finem rebus ferat. Cælius Annali libro v: Ad aliquam huic bello finem facere. Caſſius Hemina Hiſt.lib. iiij: Qua fine omnis res atque omnes artes, humanitaſque aguntur. Varro Meleagris: Currere, vigilare, eſurire, hæc quando facere oportet, quam ad finem? Siſenna Hiſt. lib. iiij: Et prope mediam ad finem ripæ peruenerant. Varro de vita populi Romani libro iiij: Ita huius belli horribilis finis facta.

FVNIS maſculini eſt generis: Feminini; Lucretius lib. ij: Aurea de cælo demiſit funis.

FRETVM neutri tantum generis eſſe volumus. Virgil. libro tertio: ---Et crebris legimus freta concita terris. Maſculini; Lucretius libro vj: Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus ad ęſtum. Nęuius: Dubij fauentem per fretum introcurrimus. Ennius: Craſſa puluis oritur, omnem peruolat cælifretum. Lucillius: Scranacecili nomine & ſalis fretus. Varro Gallo aut Fundanio: Inter Italiam & Siciliam qui eſt fretus, inter Rhegium, & Meſſanam.

FAVOR eſt generis maſculini: feminini; Accius

Oenomao: ---Auguſtam adhibeant Fauentiam, ore obſcæna dicta ſegregent.

FETVS maſculini. Virgil. Geor. lib. ij: Aut ouium fetus, aut vrentes culta capellas. Virg. Buco. feminino; --- At tu Si fetura gregem ſuppleuerit, aureus eſto. Idem Georgic. lib. iij: Cetera nec feturæ habilis, nec fortis aratris.

FRENOS maſculini. Virgilius libro tertio: ---Et ſtabulis frenos audire ſonantis. Neutro; Virgilius lib. viij: Frenaq. bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas. Accius Pari. Frenates auri equorum accommodant.

FORVM generis neutri: maſculini; Lucillius lib. iij: Romanis ludis forus olim ornatus lucernis. Salluſtius libro primo: Illum nautis forum. Pomponius Petitore: Balnea, forus, macellus, fana, portus, porticus.

FRIGVS generis neutri, vt plerumque: feminini; Varro cras credo, hodie nihil: Atque vt igni feruido medullitus Aquiloniam intus ſeruat frigedinem.

FVLMENTVM neutro, vt eſt in prouerbio veteri, quo Varro vtitur ſæpius: Fulmenta lectum ſcandunt. Feminino; Lucillius libro xxviij: Fulmentas æneis atque æneis ſubducere. Et lib. iiij: Sucit huic fuldum fulmentas quattuor addit. Plautus Trinummo: Fulmentas iubeam ſupponi ſoccos.

FAMVLATIO, vt dominatio, plerumque genere feminino: maſculino; Cic. de Amicitia: Vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorationem ſtirpis & generis in famulatu fuerint,

cogniti ſunt, & aut Deorum, aut regum filij inuenti.

FLVVIVS maſculini generis: feminini, vt amnis plerumq. Siſen. Hiſt. lib. iiij: Quod oppidum tumulo in excelſo loco, propter mare, paruis mœnibus, inter duas fluuias, intra Veſuuium collocatum. Idem eodem: Tranſgreſſus fluuiam, quæ ſecundum Herculaneum ad mare pertinebat.

FLEXVS genere maſculino. Virgilius Georg. lib. j: Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis. Feminino; Cicero in Oratore: Quum alter alteri obicit vocis inflexiones. Idem in eodem: Ipſe ſe moderans, & virili laterum flexione.

G.

GVTTVR neutri eſt generis. Virgilius lib. vj: ---Ille fame rabida tria guttura pandens. Maſculini; Plautus in milite glorioſo: Nam nimis calebat, adurebat gutturem. Lucil.---Et ventrem, & gutturem eundem. Nęuius: Ingurgitauit vſq. ad imum gutturem. Var. lege Mænia: Exercebam ambulando, vt ſiti capacior ad cęnam veniret guttur. Plaut. Aul. Etiãne obturat inferiorem gutturem?

GENV neutri eſt generis. Virg. lib. v: Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitus artus. Maſculini; Lucil. Satyr. lib. iiij: Heret verticulis affixum in poſteriore Parte, atq. articulis, nam vt nouis talus genuſq. eſt.

GELV neutri generis. Titus Liuius: Piſiadtacematico foro præſtatur virtuti laus, gelu ſed multo ocius venio tabeſcit. Maſculini; Afranius Epiſtola: --- Quis tu es ventoſo in loco, Soleatus, intempeſta, noctu, ſub dio, Aperto capite,

ſilices quum findat gelus? Accius Prometheo; ---Tum profuſus flamine hiberno gelus. Cato Originum lib. ij: Qui aquatum & lignatum iubentur ire, ſecurim atque lorum ferunt, gelum craſſum excidunt, eum loro colligatum auferunt.

GRANDO generis feminini. Virgilius Georgic. lib. j: Quam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando. Maſculini; Varro Triodite, tripylio, περὶ ἀρετῆς κλήσεως: Nec coruſcus imber alto nubilo cadens, multus, grandine implicatur albo.

GLADIVS maſculini: neutri; Lucillius: Hærebat mucro gladium in pectore totum.

GANEVM neutro. Varro Seſquiulyſſe: Qui ſe in ganeum accenſum coniecit amicæ.

GRVES genere feminino. Virgil. Georg. lib. j: Strymoniæq. grues. Lucil. lib. iiij: Longior hic quam grus grue tota quum volat olim. Maſculino; Laberius in Fullonicis: Virum tu hunc gruem Balearicum, an hominem putas eſſe.

GREGES vt ſæpe, generis maſculini ſunt: Feminini; Lucretius libro ſecundo: Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles, Buceriæque greges.

H.

HORREA genere neutro, vt ſæpe: feminino; Claudius oratione in Quintium Gallum: Quarum iaceni, murena, vlla horrea, curiaque, & tabulariæ publicæ. Eiuſdem generis tabularias, quo & horreas dixit.

I.

INTYBA generis neutri. Virgil. Georg. lib. iiij: Quoq. modo potis gauderent intyba riuis. Maſculini;

culini; Lucillius Satyrarum lib. v: Intybus præterea pedibus prætenſus equinis. Idem triceſimo: Pulmentar, aut intybus, aut aliqua id genus herba. Pomponius in Placenta: Ruſtici edunt libenter pedibus triſtis atros intybos.

Interitvs generis dicitur maſculini. M. Tullius Philip. lib. ij: Cn. Domitium non patris interitus clariſſimi viri. Feminini; M. Tullius Verrinarum in frumentaria: Quum bis in eadem prouincia magnæ fugitiuorum copiæ verſatæ ſunt, tum aratorum interitio facta nulla eſt.

Insomnivm generis neutri: feminini; Cæcilius Plocio: Conſequitur comes inſomnia, ea porro inſaniam affert.

Intestinvm generis neutri. Lucretius lib. iiij: Horum inteſtinum quoduis quale eſſe putandum eſt? Maſculini; Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς: Senſus, portæ; venæ, hydragogiæ; cloaca, inteſtini.

Ingressvs generis maſculini, vt ſępe: feminini; M. Tullius in Oratore perfecto: Ac video hanc primam ingreſſionem meam non ex Oratoris diſputationibus ductam, ſed e media philoſophia repetitam.

Iocvs genere maſculino. Cicero pro Cælio: Ludus, iocus, ſermo pæne eſt familiarium deſerendus. Neutro; Næuius Proteſilaodam: Ineunt, irruunt, cachinnos, ioca, dicta riſitantis. Salluſtius in Iugurthę bello: Ioca atque ſeria.

O

L.

LENTEM conſuetudo feminino genere dici vult. Virgil. Georg. libro j: Nec peluſiacæ curam aſpernabere lentis. Maſculino; Titinnius: Lenti calido, eluellæ, trapula, romicæ.

LVX feminini eſt generis. Virgil. in Bucolicis: Si mihi non hæc lux toto iam longior anno eſt. Maſculini; Plautus Aulularia: Luci claro diſripiamus aurum matronis palàm. Varro Vimarco: Nos ergo nihil egimus, quod legem Lucaniam luci claro latam ſcutulans. Idem in Ephebo, περὶ ἐμμονῆς: Hodie, ſi poſſumus, quod debemus populo, in foro medio luci claro decoquere. M. Tul. de offic. lib. iij: Et quum prior ire luce claro non queo.

LVCRVM ſecundum conſuetudinem neutri eſt generis: maſculini; Plautus Perſa: Nunc ea narrabo, vnde tu pergrandem lucrum facias.

LABIVM neutri eſt generis. Serenus in Opuſculis: —Labiumq. inſigne reuellit. Labeæ rurſum feminini; Plaut. in Sticho: Age tibicen, quando bibiſti, refer ad labeas tibias. Nouius Macco exſule: Verberatio populus homini labeas pugnis cædere. Idem Præcone poſteriore: Ego dedita opera te, pater, ſolum foras Seduxi, vt nequis eſſet teſtis tertius Præter nos, tibi quum tunderem labeas lubens. Lucillius Satyrarum libro xxij: Zopyrion labeas cædit vtrinqueſecus.

LACERTI generis maſculini: neutri; Accius Atreo: Concoquit partem vapore flammam tribuit verubus lacerta in focos.

LOCA generis ſunt neutri. Virgil. Æneid.

lib. j : —Loca feta furentibus auſtris. Maſculini; Virg. Æn. lib. j: Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernis Mœnia. Nęuius belli Pœnici lib. vj: Conuenit, regnum ſimul atq. locos vt haberent. Cicero in Orat. Ducantur duplices loci, vni rebus ipſis, alteri aſſumti.

Lapides & feminino genere dici poſſunt, vt apud Ennium : Tanto ſublatæ ſunt agmine tunc lapides. ad Homeri ſimilitudinem, qui genere feminino lapides poſuit.

Lvxvria generis feminini: maſculini; Varro Manio : * Nec ſumtibus finem lepitus ſtatues, finemque, modumque.

Lvsvs vel lvdvs genere dicuntur maſculino : Feminino Lvsiones: M. Tullius de finib. bon. & mal. libro v : Quum hi vero paululum proceſſerunt, luſionibus vel laborioſis delectantur. Idem *libro j*: De Orat. Qui pila ludunt, non vtuntur ipſa luſione artificio proprio paleſtræ. Varro Cato, vel de liberis educandis: Ab huiuſcemodi luſionibus radices crudelitas agere ſolet.

Labrvsca genere feminino. Virg. in Bucolicis: Syluestris raris ſparſit labruſca racemis. Neutro; Virgilius in Culice. Denſaq. virgultis auide labruſca petuntur.

Liba generis neutri. Virgil. in Bucol. Sinum lactis, & hæc te liba, Priape, quotannis. Maſculini; Nigidius de Dijs: Deinde ſurgat, faciat libos quatuor, & intra libos duos ad dextra, & duos deuexos.

Lvpinvm neutro. Varro de Re ruſt. libro j:

lacum eſſe oportet, vbi maceretur lupinum.

LYMFA, aqua; genere feminino, vt ſæpe: maſculino; Lucillius: Inpermixtum lymforem.

LICENTIAM feminino: maſculino; Laberius in Paupertate: Meo licentiatus.

LATRINA genere feminino; & eſt lauatrina, quod nunc balneum dicitur. Lucil. lib. xj: Qui in latrina languę. Neutro; Laberius Compitalibus: Sequere in latrinum, vt aliquid guſtes ex Cynica hęreſi. Hic latrinum ventri finem locum dixit. Lucillius libro vj: Hoc tu apte credit quemquam latrina petiſſe.

LVTVM genere neutro; & apud Ciceronem in Epiſtolis ad Hirtium lectum eſt plurali numero: Luta & limum aggerebant. Maſculino; Claudius Annalium: Pluuia, imbri lutus erat multus.

LANICIVM genere neutro. Virgilius Georgic. libro iij: Si tibi lanicium curę. Feminino; Laberius Paupertate: Nihil refert mollem e lanicia Attica, An pecore ex hircorum veſtigium geras.

M

MERCATVS generis habetur maſculini. Serenus Ruralibus: Ad mercatum eo villice. Varro Sexageſi: Vbi tum comitia habebant, ibi nunc fit mercatus. Mercatura feminini. Plaut. Trinummo: Mercaturamne an venalis habuit, vbi rem perdidit? Nouius in Militibus Pometinenſib. Inſtant mercaturam. ſpero, rem faciet, frugi eſt homo. Lucillius Satyrarum libro viij: Verum & mercaturę omnes & quæſticuli inſtituti. Turpilius Lin-

dia : Conſilium hoc cepi, literas miſi ad ſenem Noſtrum, prodęſſe nobis ex ſententia Mercaturam. M. Tullius de offic. lib. iij: Ad quos quum tamquam ad mecaturam bonarum artium ſis profectus. Mercimonivm neutri. Plautus Amphit. Vt vos in voſtris vúltis mercimonijs. Turpilius Thraſyleone : Videre cupio noſtrum mercimonium.

Melos genere neutro. Næuius Lycurgo: Suaue ſummum melos. Maſculino; Accius Bacchis:— Acri crepantes melos. Pacuuius Peribœa: Theſiantem fremitu concidi melum. Varro Parmenone : Paci in huius naſcuntur pueri Rhythmus, & Melos. Idem Cato, vel de liberis educandis: Omnes enim qui loquuntur habere debeant quoſdam melos.

Medimnvm generis neutri: maſculini; Lucillius Satyrarum libro xv: Præterquam in pretio, primus ſemiſſe, ſecundus Nummo, tertius iam pluris quam totus medimnus.

Margaritvm generis neutri. Varro ἑκατόμβῃ, περὶ θυσιῶν: Vbi illa phalera, gemmeaque ephippia, Et arma margarito candicantia? Feminini; Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Imperito nonnumquam concha videtur margarita, mutamiſi margdos. M. Tullius in Verrinis, de Signis : Vllam gemmam, aut magaritam. Varro Marcipore : Altera exorat patrem libram ocellatorum, altera virum ſe modium margaritarum.

Messem generis feminini : maſculini; Lucillius libro xxvij : Potius quam non magno meſ-

ſe, non proba vindemia.

MENDVM neutro. M. Tullius ad Attic. libro iij: Caſtritianum mendum nos corrigemus. Feminino; M. Tullius in Verrinis: Quæ mendoſa denique litora. Lucillius: --- Nam in quibus mendæ Omnibus in rebus fiunt, fieriq. potiſſunt.

METVS maſculini. Næuius: Magni metus tumultus pectora poſſidet. Feminini; Ennius: Ni metus vlla tenet, rite virtute quieſcunt.

MVRMVR neutri eſt generis: maſculini; Varro Sexageſi: Acciti ſumus, vt depontare, murmur fit verus.

MVNDVS MVLIEBRIS generis maſculini: neutri; Lucil. lib. xvij: --- Legat vxori mundum omne, penumque.

MISERIA, vt ſæpe, generis feminini: neutri; Laberius Carcere: Homo frugi, quod tibi relictum eſt miſerimonium retines.

N.

NVNDINÆ generis ſunt feminini: Var. Marcipore: Maiores ſunt pueri, hi puſilli nigri, qui ſpectant nundinas, vt magiſter dimittat luſum. Maſculini; Lucillius lib. xxvj: Paucorum atque hoc pacto ſi nihil guſtat inter nundino. Varro γεροντοδιδασκάλῳ: Quoties priſcus homo ac ruſticus Romanus inter nundinum barbam radebat. Idem ταφῇ μενίππου: Romam ipſam Marcoſide, non qui in orbe inter nundinum calumniarentur. Idem Rerum humanar. lib. xx: Decemuiri quum fuiſ-

ſent arbitrati vinos nundinum diuiſum habuiſſe.

Nasvs maſculini: neutri; Lucil. libro vij: Quos oculi non ſunt, neq. naſum, & qualia ſunt. Idem libro xxij: Naſum rectius nunc homini eſt, ſerene ped.

Nepos dici & femina poteſt Ennio auctore, quæ nunc neptis dicitur: Ilia dia nepos, quas erumnas tetuliſti?

Nvntivs generis maſculini: neutro apud aliquos non receptæ auctoritatis lectum eſt, ſed doctos.

Nervi maſculini ſunt, ſicuti plerumque: nervia feminini apud doctos lectum eſt ſępe. Verum Varro ὄνος λύρας: Scientia doceat, quemadmodum in pſalterio extendamus neruias. Neutri; Varro ὄνος λύρας: Et id dicunt ſuam Briſeidem producere, quę eius neruias tractare ſolebat.

Novalia genere neutro. Virgilius in Bucolicis: Impius hæc tam culta noualia miles habebit? Feminino; Virgil. Georgic. libro j: Alternis idem tonſas ceſſare nouales.

O.

Obseqvivm neutro genere habetur. Terentius in Andria: Obſequium amicos, veritas odium parit. obseqvela feminino; Plaut. in Aſin. Qui mihi auſcultabunt, facient obſequelam. Turpil. Epiclero: Sed nequeo ferre hunc diutius errare, & conqueri, nec eſſe ſuę obſequelę. Idem Thraſyleone: Quum interea nihil quicquam a me eſt pręmij, neq. erat tuæ benignitatis, atq. obſequelæ. Salluſt. Hiſt. lib. ij: Ibi Fimbriane ſeditione, qui regi per obſequelam orationis &

maxime odium Syllæ Scaurique erant. Afranius Priuigno: Quam mihi ſit grata ipſius obſequela.

OSTREA generis feminini. Lucillius Satyr. libro iij: Oſtrea nulla fuit, non purpura nulla Peloris. Turpilius Demetrio: In acta cooperta age inoras oſtreas. Varro ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐσωνίας: Nec multinummus piſcis ex ſalo captus Helops, neque oſtrea illa magna captata Quiuit palatum ſuſcitare. Afranius Excepto: Conchas, echinos, oſtreas marinas. M. Tullius in Hortenſio: Sollertiamque eam, poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas. Varro Sexageſi: Tunc nubtiæ videbant oſtream Lucrinam. Neutri; Lucillius Satyr. lib. viiij: —Quid, ego ſi cerno oſtrea, Cognorit fluuium limum, ac cænum ſapere ipſum? Idem lib. xiij: Hoc fit idem, in cæna dabis oſtrea millibus nummum Emta? Varro ἕως πότε περὶ ὡρῶν: Non poſſe oſtrea ſe Romæ prębere, & echinos.

OVES generis feminini, vt plerumque: maſculini; Varro rerum humanarum lib. xxiij: Vt etiam nutantibus qui oues duos, non duas dicunt, Homerum ſecutos qui ait; μῆλ᾽ ὄϊές τε. Idem: Terentio, quando citatus neque reſpondit, neque excitatus eſt, ei ego vnum ouem multam dico.

OBSIDIO feminino. Virg. Æn. lib. iij: —Cingique vrbem obſidione videret. Neutro; Ennius: Quum ſuo obſidio magnus Titanum premebat.

P.

PVTEI ſunt genere maſculino. Virgil. Georg. lib. iij: Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna iubeto Currentem ilignis potare canalibus vndam.

Neutro; Varro Gallo vel Fundanio, de miris: Secundo de ſtatiuis aquis, vt ſunt lacus, & ſtagna, & putea, & maria.

PISCATIO generis, vt ſæpe, feminini: PISCATVS maſculini; Cic. de fin. bon. & mal. lib. ij: Iſtius generis aſotos iucunde putat viuere, mundos, eligantis, optumis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione.

PVLVIS generis maſculini, vt ſępe: feminini; Ennius lib. viij. Annalium: Iamque fere puluis ad cælum vaſta videtur. Idem lib. viiij: Iamque fere puluis fulua volat.

POSTICAM feminino genere conſuetudine appellamus. Lucil. Sat. lib. iij: Non peperit verum poſtica parte profundit. Varro ταφῆ μενίππυ: Perrexit in interiores partes domuis poſticæ, vt ait Plautus, penitiſſimæ. Titinnius Neutro in Veliterna dici probat. Atque duo poſtica, quæ loco mercede. Idem Fullonibus: Si quis hodie præter has poſticum noſtrum pepulerit. Lucil. libro viij: Piſtrinum adpoſitum, poſticum, ſella, culina. Var. Prometheo lib. ij: Retrimenta cibi qua exierint per poſticum eualle feci.

PARTVS maſculini eſt generis. Virgilius: Quin idem Veneri partus ſuus & Paris alter.

PARTITVDO, & PARTIO feminini; Plautus Aulularia: Probrum, propinqua partitudo cui appetit. Idem in eadem: --- Nunc probrum atque partitudo prope adeſt. Afranius Vopiſco: Non dolorum partionis veniet in mentem tibi, Quos miſera pertuliſti, vt partum proijceret pater? Plaut. Truculento: Horreſco miſera, mentio

quod ſit partionis.'

PRÆSEPIA neutri ſunt generis. Virgil. lib. xj: Qualis, vbi abruptis fugit præſepia vinclis. Femminini; Plautus in Curculione: Quin reciperet ſe huc ceſſim ad præſepini ſuam. Idem : Ad meum erum arbitrum vocat me hic intra prçſepias meas. Var. de Repub. lib. j: Contra hic laudabatur ab illis. Is habebat culinam ruſticam, vnam præſepim latam, cællam vinariam.

PANIS conſuetudine maſculino genere appellatur: neutro; Plaut. in Curculione: Hæc ſunt ventris ſtabilimenta, pane, & aſſa bubula.

PINGVE EST, pro pinguis eſt, neutrum pro alio genere poſitum: Nouius Tripertita: Si autem pingue eſt, male cubandum eſt, putent ponticas.

PERDIX & maſculino genere dici poteſt. Varro in Admirandis: Perdicas Bœotios.

PALPEBRVM genere neutro conſuetudo dici vult: PALPEBRÆ feminino; Lucret. lib. iiij: Brachia, palpebræq. cadunt, popliteſque cauanti. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Quos calliblepharo naturali palpebrę Tinctę vallatos mobili ſæpto tenent. M. Tul. de Deor. nat. lib. ij: Munitæque ſunt palpebræ, tanquam vallo pilorum.

PANNVS vſu generis maſculini: neutri; Nouius Tabellaria: Qui habet vxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt.

PVRPVRISSVM genere neutro. Afranius Homine: Cedo purpuriſſum. Feminino; Næuius Sannionib. In lino cretam, ceruſſam, purpuriſſum.

PERNICIES generis feminini. Lucil. Sat. lib. ij: Peſtem, perniciéq. catax quam & Manlius nobis.

Neutri; Accius Menalippo: Paratus ſum, vbi vis petere peſtem, pernicies.

PALVMBI feminino. Virgil. in Bucol. Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes. Maſculino; Lucil. lib. xiiij: — Macroſque palumbes. Plautus Bacchid. Quia enim intellego; duæ vnum expetitis palumbem. Pomponius de Vite: Quo palumbem vnum ex ore tollit.

PIGROR generis maſculini. Lucil. Satyr. lib. x: Languor, obrepſitque pigror, torporq. quietis.

PIGRET. Ennius libro xvj: Poſt ætate pigret ſufferre laborem. Accius Clytemneſtra: Omnes gaudent facere recte, mali pigrent. Feminini pigritia.

PALI genere feminino: neutro; Varro Flaxtabulis, περὶ ἐπαρχιῶν: Quid tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici?

PERICVLVM generis neutri. Terentius in Andria: At ſtuc periculum fieri in filia graue eſt.

PERICLITATIO feminini; M. Tul. de Deor. nat. lib. ij: Sicut ex quibuſdam ſtirpibus & herbis, quarum vtilitates longinqui temporis vſu, & periclitatione percepimus.

PARATVS generis maſculini: PARATIO feminini; Afranius Priuigno: Silentio opus eſt, nulla ineſt paratio.

PENVS generis feminini. Lucillius: Magna penus paruo ſpatio conſumta peribit. Maſculini; Pomponius De gali: Vinum, penumque omnem, * ceterum aliam præberem penum. Nouius: Do facta meam in penum componam ſatius eſt. Neutri etiam lectum eſt apud plurimos, quorum

Pistillvs maſculino. Nouius Mania medica: Lachrymæ cadent, cadet piſtillus. Idem Fullonibus: Teſtis, patinas, piſtillos, mihi cantant. Neutro; Oratius: Piſtillum grande eſt.

Propago, propages, vt ſæpe, generis eſt feminini. Pacuuius Antiopa: Saluete gemini, mea propages ſanguinis. Neutri; Ennius: Nobis vnde forent fructus vitæque propagmen.

Patibvlvm genere neutro: maſculino; Licinius Rerum Romanarum libro xxj: Deligat ad patibulos; deligantur, & circumferuntur, cruci defiguntur. Plautus Carbonaria: Patibulum ferat per vrbem, deinde affigat cruci.

R.

Rictvs generis eſt maſculini. Titinnius: Caue, exporge frontem, habeat ſemper facto rictus. ricta neutri; Lucret. lib. v: Mollia ricta tremunt duros nudantia dentes. M. Tul. de Signis: Vt rictum mentumque eius paulo ſit attritius.

Rogvs maſculini generis. Virgilius Æn. libro iiij: Hoc rogus iſte mihi, hoc ignes, aræque parabant. Neutri; Afranius Epiſtola: — Pulchre hoc incendi rogum, Ardet, tenetur, hoc ſepulchro ſæpe licet.

Rvdens generis eſt maſculini. Virg. Æn. lib. iij: ---Excuſſoſq. iubet laxare rudentis. Feminini; Plaut. in Rudente: —Dum hanc rudentem complico.

Reticvlvm genere maſculino. M. Tullius Verrinarum actione ſeptima: Reticulumq. ad naris admouebat tenuiſſimo lino, plena roſæ. Feneſtella Annal. Faſcem pectoralis reticulus. Neu-

tro: Claudius libro j: Prius hiſce auctoribus inde reticula galearia.

RAMENTA generis neutri, vt ſæpe. Feminini; Plautus: Ramenta fiam plumbea propenſior.

RASTROS genere maſculino dicimus, vt apud Virgil. & Terentium. Neutro apud Cornelium Celſum: Omnes raſtra & attollunt, & adigunt.

RAPTVS generis maſculini: Feminini; Terentius in Adelphis: Diſperij, Cteſiphontem audiui filium Vna affuiſſe in raptione cum Æſchino.

REDITVS generis maſculini. Virgil. Æn. lib. xj: Hi noſtri reditus, exſpectatiq. triumphi. Feminini; M. Tul. Philip. lib. j: Exponam vobis breuiter conſilium profectionis & regreſſionis meæ. Varro Rerum humanar. lib. xx: Omnis Tarquinios eijcerent, nequam reditionis per gentilitatem ſpem haberent. Idem in eodem: Ad milites facit reuerſionem.

S.

SEXVS maſculini generis eſſe manifeſtum eſt: neutri; Salluſtius dixit Hiſtor. lib. ij: At Metellus in vlteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus, magna gloria concurrentium vndique virile & muliebre ſecus per vias & tecta omnium viſebatur. Siſenna Hiſtor. lib. iiij: Tum in muro virile ac muliebre ſecus populi multitudine omni collocata.

SPECVS genere maſculino. Varro Rerum diuinarum lib. iiij: Ibi quum amiſſam capram deſiderarent, animaduertiſſentq. quemdam ſpecum tenebricoſum. Ennius Lytris: —Inferum vaſtos ſpecus. Feminino; Ennius Annalium lib. xvij: Con-

caua ſub montis late ſpecus intus patebat. Accius Nyptris: Inde aduenio montem Oetam, ſcrupoſam ſpecum.

Strigilim manifeſtum eſt eſſe generis feminini: neutri; Var. Vimarco: Κατάχξνοις eſt enim vera cum in candelabro pendet ſtrigilis.

Sortes genere feminino. Virg. lib. x: Neſcia mens hominum fati, ſortiſq. futuræ. Maſculino; Virgil. lib. iij: —Quæ ſortitus non pertulit vllos.

Salis genere maſculino. Terentius: Labore alieno magno partam gloriam Verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem, Quod in te eſt. Plautus in Mercatore: —Quaſi in aqua indideris ſalem. Neutro; Varro: Commentario veteri Fabij Pictoris legi, Muries fit ex ſale, quod ſale ſordidum ſuſtum eſt, & in ollam rudem fictilem adiectum eſt, & poſtea id ſal Virgines Veſtales ſerra fèrrea ſecant.

Socrus & maſculino genere veteres dici poſſe voluerunt. Næuius Pellico: Deſine ſocri tuo, fratri, patrui meo.

Salum neutri generis eſt vulgari conſuetudine: maſculini; Ennius Hecuba: —Vndantem ſalum.

Sibilum neutro, vt apud Serenum: Suaue ſibilum. Maſculino; Virgil. in Bucol. Nam neq. me tantum venientis ſibilus auſtri. Lucil. Saxa eſt ſtridor vbi acquierunt, dum ſibilus inſtitis.

Sagum generis neutri, vt plerumque: maſculini; Ennius: Tergus igitur ſagus pinguis opertat. Varro Virgula diuina: Quum neque aptam mollis humeris fibulam ſagus ferret.

Spari, quod eſt genus teli, maſculino genere;

vt eſt apud Virgilium : Agreſtiſque manus armat ſparus. Neutro ; Lucillius : Tum ſpara, tum rumicis.

SANGVIS maſculino genere in conſuetudine habetur, Virg. Æn. lib. ij: ---Vos ô, quibus integer æui Sanguis, ait. --- Neutro, Ennius Hecuba: Heu me miſeram, interij, pergunt lauere ſanguen ſanguine. Lucretius lib. j: Viſceribus viſcus gigni, ſanguenque creari. Accius Amphitryone: Cum patre paruos patrum hoſtifice Sanguine ſanguen hiſcere ſuo. Idem Æneadis, aut Decio: Vim Gallicam obduc contra in acie, exercitum Ve patrum hoſtili fuſo ſanguen ſanguine. Varro κοσμοτορύνη, περὶ φθορᾶς κόσμου: Africa terribilis contra concurrere ibis; atque ænea miſceri ſanguine ſanguen. Cic. de fin. bon. & mal. libro v: Quotuſquiſque eſt, cui mors quum appropinquet, Non refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu?

SVBCVBONEM poſitum pro ſuccuba Titinnius teſtis eſt in Pſaltria : Contemplari ancillas, quam arbitrer illarum ſubcubonem eſſe.

SIMILE eſt, pro ſimilis eſt, pro maſculino poſitum neutrum. Titinnius Fullonibus: Formicæ pol perſimile eſt ruſticus homo. Næuius Gymnaſtico : Pol haud paraſitorum aliorum ſimile eſt. Nouius in militibus Pometinenſibus: Tu pueri pauſilli ſimile es; quia enim ad os fers, quicquid nactus eſt.

SCHEMA feminino genere dici veterum vſurpat auctoritas. Plautus Amphit. Quod ego huc proceſſi ſic cum ſeruili ſchema. Pomponius Proſtibulo: Si valebit plus in buccam vetet, ſi di-

cin

cin ſchema. Neutro; Nævius Lycurgo: Pergite thyrſigeræ Bacchæ modo Bacchico cum ſchemate. Lucil. lib.xxviij: In gymnaſio vt ſchema antiquo & ſpectatores retineres.

Scrobes feminino genere: maſculino; Plaut. Amphit. Ibi ſcrobes fodito ſexagenos in dies. Idem Aulul. Ego ecfodiebam in die denos ſcrobes. Varro Ruſticarum rerum lib. j: Scrobiculum dicit. Idem Manio: Quod dum adminiſtrant in ſcrobe fodiundo, inueniunt arcam.

Syngraphas feminino genere M. Tullio auctore dicimus: Præ negotiatoribus Achæis ſyngraphas, quas noſtra voluntate conſcribſimus. Maſculino; Plaut. Aſinaria: Agedum iſtum oſtende quem conſcribſti ſyngraphum.

Silex omnium conſenſu feminino appellatur genere. Virg. in Bucol. A ſilice in nuda. Maſculino; Lucret. lib. j: Vnde queant validi ſilices, ferrumque creari. Idem lib.v: Non ruere auulſos ſilices a montibus altis.

Spicæ generis ſunt feminini. Varro Sexageſi: Si canis fit e catello, ſic e tritico ſpica. M. Tullius de finibus bon. & mal. libro quarto: Non enim quod facit in frugibus, victum ad ſpicam perduxerit. Maſculino; M. Tullius de ſenectute: Culmoque erecta geniculato vaginis iam quaſi pubeſcens includitur, e quibus quum fundit fruges ſpici ordine ſtructus. Varro Lege Mænia: Neq. in bonam ſegetem nullum eſt ſpicum nequam, neq. in mala non aliquid bonum.

Sqvalor maſculini eſt generis: feminini; Accius Euryſace: Pro dij immortales ſpeciem hu-

manam, inuſitatam, egregiam, indignam clade & ſqualitudine. Idem Telepho: Nam etſi opertus ſqualitate eſt, luctuq. horrificali. Varro Manio: Ager derelinqueretur, ac periret ſquale, ſcabreq. illuuie, & vaſtitudine. Lucil. Squalitate ſumma, ſcabie ſumma in erumna obrutam.

SVASIONE generis feminini: Neutri; Accius Clytemneſtra: * Sciabam hanc mihi ſupremam lucem, & ſeruitutis finem dari.

SCVTVM generis neutri: maſculini; Turpilius Demiurgo: Quia non minus res hominum quam ſcutus tegit.

SEPLASIVM generis neutri. Var. Ἀνθρωπόπολι περὶ γενεθλιακῆς: Dotis dato inſulam Chryſam, agrum Accubum, Seplaſia Capuæ, macellum Romuli. SEPLASIA feminini; Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς: Hic narium Seplaſiæ, hic hedicus Neapolis. Pomponius Quinquatribus: Venit, inquit, rogatum nos, quando noſtrę eſſent ſeplaſiæ.

STVPOR generis maſculini: STVPIDITAS feminini; Accius Epigona: Ita imperitus ſtupiditate erumpit ſe, impos conſilij.

STATVRA generis feminini. Lucil. lib. xxviij: Quare pro facie pro ſtatura accius. STATVS maſculini; M. Tul. de offic. lib. j: In corporis denique motu & ſtatu cernitur.

STIRPEM generis feminini Virgilius Æn. lib. vij. dixit: Heu ſtirpem inuiſam, & fatis contraria noſtris Fata Phrygum. Maſculini; Ennius Annalium libro v: Homines Pyrrhus vti memorant a ſtirpe ſupremo. Pacuuius Atalanta: Dubitam quam inſiſtam viam, aut quod primordium

Capiſſam altiſpem exquirentem. Virgil. Ænead. libro xij: Namque diu luctans, lentoque in ſtirpe moratus.

SATIO generis feminini. Virgil. Georgic. lib. ij: Vere ſibi ſatio. Maſculini; M. Tul. de ſenectute: Quid ego vitium ortus, ſatus, incrementa commemorem?

T.

TACTVS generis maſculini, vt ſæpe: feminini; Cic. Tuſc. lib. quarto: Qualis hęc aurium tales ſunt & odorum, tactionum, & odorationum, & ſaporum.

TALE poſitum pro talis. Titinnius Setina: Accede ad ſponſum audaciter, virgo nulla eſt tale Setiæ.

TONITRVS poſitum pro tonitru. Plaut. Amphit. Strepitus, crepitus, ſonitus, tonitrus.

TERGVM neutro genere dici & conſuetudo, & veterum firmat auctoritas. Plaut. Pſeud. Nunquam edepol veſtrum durum tergum erit, quam hoc terginum meum. Maſcul. Plaut. in Aſin. Habeo, opinor, familiarem tergum, ne quęram foris.

TEXTVS maſculini eſt generis: neutri; Lucret. lib. v: Tria ſpecies tam diſſimilis, tria talia texta. Idem lib. vj: Propter diſſimilem naturam, textaq. rerum. Accius Nyctegreſia: Scendit hora laterum texta Vulcani vorax.

TERRICVLÆ generis feminini: neutri; Accius Epinauſimache: Vbi nunc terriculata ſunt. Idem Telepho: Proinde iſta hæc tua aufer terricula, atque animum iratum comprime.

TORQVEM generis maſculini. Lucil. Sat. lib. xj;

Conuentus pulcher, bracæ, ſaga, fulgere torquem Datis magni. M. Tul. de offic. libro iij: Atq. hic Titus Manlius is eſt, qui ad Anienum Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto cognomen inuenit. Feminini; Varro ἔχω σε, περὶ λύπης: Tela dextra vibrant, ruſſatia emicant, atq. inſignibus Martis torques aureæ, & ſcuta cælata hibero argento graui crebra fulgent. Claudius Quadrigarius deſcribens Manlij Torquati pugnam: Vbi eum euertit, caput præcidit, torquem detraxit, eamque ſanguinulentam ſibi in collum imponit. Varro de vita populi Rom. lib. j: Auri pondo duo millia acceperint ex ædibus ſacris, matronarum ornamentis, a quibus poſtea id aurum, & torques aureæ multæ relatę Romam, atque conſecratæ.

TIMOR generis maſculini: Feminini, Pacuuius Periboea: Ecſtare quæ cor tuum timiditas territat. M. Tul. de Rep. lib. ij: Eſſe autem angores, ſi miſeria afflictas aut abiectas timiditate & ignauia. Idem de Orat. libro ij: Pudore a dicendo, & timiditate ingenua quadam refugiſti. In eodem: Neque illa mihi cautio & timiditas in cauſſis, propter pręſtantem prudentiam Craſſi neglegenda eſt.

TRACTVS generis maſculini: neutri; Varro Mutuum muli ſcabunt, περὶ χωρισμοῦ: Vt venalem tuniculam poneret cottidie, vt videret totum, denique etiam ſuis manibus lanea tracta miniſtraſſet ímpectori.

TRIBVLÆ feminino. Virgil. Georgic. lib. j: Tribulęque traheæque & iniquo pondere raſtri. Neutro; Varro Rerum ruſtic. lib. primo: Quod fit apud alios iumentis, hic tribulo fit.

Torpor generis maſculini. Lucret. ---Tantus conduxerat omnia torpor. Torpedo feminini; Salluſt. Hiſt. lib. j: Hæc ſi placent, ſi tanta torpedo animos oppreſſit.

Tapete generis neutri. Turpilius & Cæcilius: Glabrum tapete. Maſculini; Virgil. ---Pulchroſq. tapetas.

Tribvtvm neutro: maſculino; Cato originum libris: Ne prædia in lubricum dirigerentur, quum tributus exigeretur.

Testa genere feminino ſæpe inuenitur: neutro apud obſcuræ auctoritatis ſed ſummos ſcribtores legimus.

Tvrdi maſculini ſunt generis, vt plerumque lectum eſt: Feminini; Varro Quinquatribus: Tu Pledi contra caudes audes dicere, cum eborato lecto ac purpuræ operis toro cubare videas ægrotum, & eius unam album, quam typen ſubducere malis.

Tarditas generis feminini: maſculini; Var. Vimarco: Ne me pedatus verſuum tardor, ne prenet tarde cum prytinon certum.

Tibia generis feminini: maſculini; Varro Modio: Quare meas lubidinis ac tibias bilingos.

Tartara neutro genere. Virgilius lib. vj: ---At læua malorum Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit. Maſculino; Virgil. lib. vj: ---Tum Tartarus ipſe Bis patet in præceps tantum.

V.

Vtervs maſculino genere dicitur: neutro; Plautus Aulularia: Perij mea nutrix, obſecro, vterum dolet. Turpilius Philopatro: Diſperij miſera,

vterum cruciatur mihi. Afranius in Vopiſco: Cedit vterum, non vt omnino tamen.

VENATVS maſculini eſt generis. Virg. lib. viij: Venatu aſſiduo, & totum cognouimus amnem. Et Georgicis: Sed rami, atque aſper victu venatus alebat.

VENATVRA feminini; Plautus in Milite glorioſo: Viden tu illam oculis venaturam facere atq. aucupium auribus?

VVLTVS maſculino genere appellatur. Virg. lib. v: Mene ſalis placidi vultum, fluctuſq. quietos? Neutro; Lucretius lib. iiij: Vt patribus patri; ſed quos vtriuſque figuræ Eſſe vides mixtim miſcentes vulta parentum. Ennius: Aduerſabantur ſemper vos voſtraq. vulta.

VVLGVS neutro genere ſolum dici putant. Lucil. Satyr. libro xiiij: Dilectum video ſtudioſe vulgus habere. Maſculino; Siſen. Hiſt. lib. iij: Imperitum concitat vulgum. Virg. Æn. lib. ij: --Hinc ſpargere voces In vulgum ambiguas. Accius in Euryſace: Diffidam autem ne cedere turbat vulgum ambiguum Accius cuius, mœros diſijcit. Idem Epigono. Et non ne Argiuos fremere bellum, & velle vi vulgum videt? Varro in Cycno, περὶ ταφῆς: Quare Heraclides Ponticos plus ſapit, qui præcipit vt comburerent, quam Democritus, qui vt in melle ſeruarent: quem ſi vulgus ſecutus eſſet, peream ſi centum denarijs calicem mulſi emere poſſimus. Idem ὄνος λύρας: Iurgare cœpit dicens, quæ facis, atq. in vulgum vulgas.

VSVS generis maſculini. Cicero de Orat. lib. j: Adiungeretur vſus frequens, qui omnium magi-

ſtrorum præceptis ſuperaret. Feminini; Plaut. in Amphit. Vſuramq. eius corporis cepit ſibi. Accius in Oenomao: Atq. hanc poſtremo Solis vſuram cape. Varro in περὶ ἐδεσμάτων: Diogenem literas ſciſſe, tum vſioni quod ſatis eſſet.

Vectis generis maſculini. Lucil. Sat. lib. iiij: Ne agitarem manu tu peſſulis & hunc vectem poſſis ianuis ipſo. Virgilius: --- Centum ærei claudunt vectes.

Vepres generis maſculini. Virgil. ---Sparſi rorabant ſanguine vepres. Feminini; Pomponius Porco, per hypocoriſma: Decedo caeadum, vepris eſt veprecula. Lucr. lib. iiij: --Nam ſæpe videmus Illorum ſpolijs vepres volitantibus auctas.

Vadum generis neutri. Virgilius Ænead. lib. j: In vada cæca tulit. Maſculini; Salluſtius Hiſtor. lib. j: Et mox Fufidius aduenіens cum legionibus, poſtquam tantas ſpiras, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hoſtiquam ſuis opportuniora videt.

Veſpera feminino: * Optatum germanus meus veſpera oriente clanculum ferri ad ſpeciem delino. Maſculino; Plautus in Amphit. Hæc illis eſt pugnata pugna vſq. a mani ad veſperum. Virg. Georg. lib. iij: --Quum frigidus æra veſper Temperat. Terentius Heautont. Numquam tam mane egredior, neq. tam veſperi Reuortor.

Vtres vini generis maſculini tantummodo deputantur: neutri; Lucillius Andronius: Flacci teget vtria.

Vigiliæ generis feminini ſunt, vt plerumque: neutri, Varro in Endymionibus: Animum

mitto ſpeculatum tota vrbe, vt quid facerent homines quum experrecti ſint, me faceret certiorem;ſiquis melius operam ſuperet, vt eius conſilio potius vigilium amminicularem noſtrum; qui videt alium curuantem extrema noctis tempori.

Victvs pro vita poſitum genere maſculino. M. Tul. de fin. bon. & mal. lib. quinto: Perſecutus Ariſtoteles animantium omnium ortus, victus, figuras.

INCIPIT DE VARIA ſignificatione Sermonum.

A.

Advorsvm contra ſignificat. Terentius in Adelphis: Neque ſeruulorum quiſquam, qui aduorſum ierant. Plautus in Aſinaria: Quæ illa præda eſt? ibo aduorſum, atque electabo, quicquid eſt. Aduorſum rurſum apud ſignificat. Titinnius Gemina: Mulier credo aduorſum illum res ſuas conqueritur. Terentius in Andria: ---Et Id gratum fuiſſe aduorſum te, habeo gratiam. Ennius Telepho: Te ipſum hoc oportet profiteri, & proloqui aduorſum illam mihi. Afranius Excepto: De vita ac morte domini fabulauere Aduorſum fratrem illius, ac dominum ſuum. Plaut. in Aulul. Egone vt te aduorſum mentiar, mater mea? M. Tul. de fin. bon. & mal. lib. iij: Nec vero pietas aduorſum deos, nec quanta ijs gratia debeatur, ſine explicatione naturæ intellegi poteſt.

Anima eſt ſecundum conſuetudinem ſpiritus quo viuimus. Virg. Georg. lib. iiij: ---Animaſq. in

vulnera ponunt. Anima rurſum halitus oris & odor. Virgil. Georg. lib. ij: —- Animas & olentia Medi Ora fouent illo, & ſenibus medicâtur anhelis. Titin. Fullonibus: Interea fetida anima naſum oppugnat. Plaut. in Aſin. An fetet anima tuæ vxori? Idem Mercatore: Ieiunitatis plenus anima fetida. Cæcilius: —-Quę mihi, Vbi domum adueni, aſſedi, extemplo ſauium Dat ieiuna anima. —-Anima, aqua. Plaut. Amphit. Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero. Anima, ſonus. Varro Eumenidibus: Phrygios per oſſa cornus liquida canit anima. Anima iterum ſignificat iracundum, vel furioſum; vnde & animoſi dicuntur iracundi. Plaut. Amphit. Animam comprime. Accius Menalippo: Egone auxilio motus temere vt hoſti me animato offeram? Idem Epinauſimache: Vt nunc quum animatus iero, ſatis armatus ſum. Nouius Fullonibus feriatis: Nihil eſt pericli, dabo tibi virum validum, virum animoſum. M. Tullius de Repub. libro j: Ergo non probares conſilio pulſo lubidines, quæ ſunt innumerabiles, iracundiæ, quæ tenerent omnia. Ego vero nihil iſto animo, nihil ita animato homine miſerius ducerem. Idem de Repub. libro quinto: Tum virtute, labore, induſtria quæreretur ſummi viri indolem, qui nimis animoſe ferox natura illum neſcio quo. Virgilius Georg. libro ſecundo: Quas animoſi euri aſſidue franguntque feruntque. Et Æneid. libro xj: Pone animos, & pulſus abi. Lucillius libro xxx: —- Atque animoſam Theſſalam, & indomitam frenis ſubigam ante, domentque? Bellando. —-Anima, ventus. Virg. lib-

viij : Quantum ignes animæque valent. Lucretius lib. v. Aurarumque leues animæ calidique vapores. Varro Marcopoli, περὶ ἀρχῆς : Noctiluca tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiſcit. Idem Coſmotorvne, περὶ φθορᾶς κόσμου: Detis habenas animæ leni, Dum nos ventus flamine ſudo, Suauem ad patriam perducit. Accius Myrmidonibus. Laſſis trahere in ſalum, & vela ventorum animæ immittere. Plautus Aulularia : --- Nequid animæ amittat dormiens.

APTAM, neceſſariam. M. Tul. de Repub. lib. iiij: Eademque obiectu ſuo vmbram noctemque efficiat, cum ad numerum dierum apta, tum ad laborum quietem. Aptum, eleganter ac neceſſarie compoſitum. M. Tul. de off. lib. j : Vt enim pulchritudo corporis apta compoſitione membrorum mouet oculos, & delectat. Idemque: Sed facile iudicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaq. diſcrepet. M. Tul. de fin. bon. & mal. libro iij: Itaque natura ſumus apti ad cœtus, concilia, ciuitatis. Aptus ſignificat adeptus. Accius Menalippo: obuia mens, idq. aduorſum aptus alter in prôtu occupat. Pacuuius Hermiona: Quod ego in acie celebro obiectans vitam, bellando aptus ſum. Lucil. lib. xxviij: Vt ſi id quod concupiſſet non aptus. Aptum, compoſitum, paratum. Virgil. Æn. lib. iij: Interea claſſem velis aptare iubebat Anchiſes. Idem. libro x: --- Proiecto dum pede læuo Aptat ſe pugnæ. Pompon. Heus aptate pueri munde atq. ampliter conuiuium. Aptum rurſum connexum & colligatum ſignificat. Virg. Georg. lib. iij : ---Ipſis e torquibus aptos Iunge pares.

A[illegible] De n[illegible]r hinc col[illegible] menalege minis aptum cornibus. Lucil. Satyr. lib. x: Conſellas quoque validis in [illegible]. Idem libro xvj: Ibat forte aries, inquit; iam quod genus, quantis Teſtibus, vix vno filo hoc ſe herere putares, Pelliculi extrema exaptum pendere onus ingens. Varro Mutuum muli ſcabunt, περὶ χωρισμοῦ: Vbi lucus opacus teneris fruticibus aptus. M. Tullius de Deorum nat. libro ſecundo: Quis enim hunc hominem dixerit, qui tam certos cæli motus, tam ſtatos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa, & apta viderit, neget his vllam ineſſe rationem? Salluſt. Hiſt. lib. iij: Quod vbi fruſtra tentatum eſt, ſocordius ire miles occepere, non apti armis, vt in principio, laxiore agmine. Lucil. lib. [illegible]: V[illegible]us conſternit nouis vetus reſtibus aptus. M. Tul. in Hortenſio: Altera eſt nexa cum ſuperiore, & inde apteq. pendens. Et Tuſcul. lib. v: Fulgentem gladium e lacunari ſeta equina aptum demitti iuſſit.

ÆQVALES ſunt ſimiles, & ex æquo. Afranius Vopiſco: ---Equidem te nunquam mihi Paraſitum, verum amicum, æqualem, atq. hoſpitem, Cottidianum, & lautum conuiuium domi. Æquales rurſum æquæui. Virgilius Æn. lib. x: Necnon Euantem Phrygium, Paridiſque Mimanta Æqualem. Lucil. Sat. lib. v: Veterum vnum cecidiſſe tamen ſe ſenem Tireſiam æqualem conſtat. Afran. Priuig. ---Nouum amicum, atque æqualem meum. Virgilius libro v: Ait illum fidi æquales. Terentius in Eunucho: Patris cognatum atq. æqualem Archidemidem Noſtin? M. Tul. de offic. lib. iij: P-

Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus ſit, dicere ſolitum ſcribſit Cato, qui fuit fere eius æqualis. Et de ſenectute: Ego vero propter ſermonis delectationem tempeſtiuis quoq. conuiuijs delector, nec cum æqualibus ſolum qui pauci admodum reſtant, ſed cum veſtra etiam ætate.

Apertvm, purum, ſerenum. Virg. Æn. lib. j: Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum. Apertum dicitur patefactum. Vigilius lib. viij: Iamque adeo exierat portis equitatus apertis. Terentius Adelphis: Abi præ ſtrenue, ac fores aperi. Aperit, mitigat, placat. Virgil. Æn. lib. j: Et vaſtas aperit ſyrtis, & temperat æquor. Apertum, nudatum. Turpilius Demiurgo: Apertæ ſuræ, brachia autem procera horrorem mihi ex corde exſuſcitabant. Salluſtius Hiſtor. lib. v: Quibus de cauſſis Syllam in victoria dictatorem vni ſibi equo deſcendere, ſurgere de ſella, caput aperire ſolitum. M. Tul. de offic. lib. j: Verentur enim, ne ſi quo caſu euenerit vt corporis partes quædam aperiantur, aſpiciantur non decore. Virgil. lib. vj: ---Aperit ramum, qui veſte latebat. Varro Eumenid. Capite aperto eſſe iubet, ante lucem ſuſcitat. Siſen. Hiſt. lib. iij: Adoriuntur aduerſos vt apertis lateribus. Varro de vita pop. Rom. lib. j: Minoris natu capite aperto erant, capillo pexo, vtiq. innexis crinibus. Aperire, erigere, oſtendere. Virg. Æn. lib. iij: Quarto terra die primum ſe attollere tandem Viſa, aperire procul montes. Idem Æn. lib. viij: ---Patriumque aperitur vertice ſidus. Varro Meleagris: Non modo ſuris apertis, ſed pæne ne-

tibus apertis ambulans.

AVTVMARE eſt dicere. Pacuuius Peribœa: Flexa, non falſa autumnare dictio Delphis ſolet. Idem Hermiona: Quid benefaciam ei, patris cuius operâ te eſſe vltum autumat? Lucil. lib. xxviij: Socratium quid ante tyranno miſiſſe Ariſtippum autumant. Plaut. Amphitr. Niſi hoc ita factum eſt, proinde vt factum eſſe autumo, Non cauſſam dico, verum quin inſimules probri. Autumare eſt ſperare. Pacuuius Duloreſte: Aut hic eſt, aut hic adfore actutum autumo.

ALTVM non ſolum ærium, vel profundum, ſicuti plerumq. Altum ab alendo dictum. Varr. Manio: Habens antepoſitam alimoniam, ſedens altus abeno ſummus. Altum, magnum, vel glorioſum. Virg. Georgic. lib. iij: Te ſine nihil altum mens inchoat. ---Altum, vetus, antiquum. Virg. Georgic. lib. iiij: --- Altius omnem Expediam prima repetens ab origine famam. Et lib. viij: Quid cauſſas petis ex alto? Accius Armorum iudicio: Cur vetera tam ex alto appetiſſis diſcidia Agamemno? ---Altum, preſſum, obſcurum. Virg. lib. x: ---Sin altior iſtis Sub precibus venia vlla latet.

ADITVS, interpellatio. Terentius in Andria: Aliquot me adierunt; ex te auditum. ---Virg. lib. x: Regem adit, & regi memorat nomenq. genuſq. Lucil. lib. xxvij: Quum pacem peto, quum placo, quum adeo, & quum appello meam. Aditus eſt ingreſſus. Virg. lib. viiij: ---Huc turbidus, atque huc Luſtrat equo muros, aditumq. per auia quærit. M. Tul. de ſupplicijs: In ipſo aditu atq. ore portus. Aditus rurſum aduentus. Accius Medea: Tunc dia

Medea: rumorem auditum exſpectans, peruixi vſque adhuc. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem libro primo: Et aut ad conſules, aut ad te, aut ad Brutum adiiſſent, his fraudi ne eſſet, quod cum Antonio fuiſſent.

ATTENDERE eſt intendere. M. Tullius de offic. lib. iij: Et ſi quum animum attenderis, turpitudinem videas adiunctam. Accius Diomede: Simul autem attendo, vt quirem exaudire an plus. Lucil. lib. xxviij: Præterea, vt noſtris animos attendere dictis, Atque adhibere velis. Idem lib. xxvij: Rem cognoſcas ſimul, & dictis animum attendas, poſtula. Pacuuius Antiopa: Sed quum animo attendi ad quærendum quid ſiet. Pomponius Macco: Quid futurum eſt, ſi pol ego hanc diſcere artem attenderim? Attendere, perſeuerare. Accius Diomede: Si vnquam perpedit gnato, puer ne attenderis Petere a me id, quod nefas ſit concedi tibi.

APPELLARE eſt familiariter reſpondere. Lucilius libro xxvij: Quum mei me adeunt ſeruuli, non dominam ego appellem meam? Appellare eſt applicare. Afranius Excepto: Abi tu, appellant huc ad molem noſtram nauiculam. Luci. lib. xxvj: Aggere in iaciundo ſi quo eſt vineis actum opus, Primum id dant operam, vt quamprimum appellant. Appellare, nominare. M. Tul. de offic. lib. iij: Publium Scipionem, Marce fili, eum qui primus Africanus appellatus ſit.

ÆMVLVS eſt inuidus. Virg. Æn. lib. v: —Æmula necdum Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Et libro vj: Æmulus exceptum Triton.

— Æmulus eſt ſectator, vel imitator. M. Tul. pro M. Marcello: Illo æmulo atq. imitatore ſtudiorum meorum, ac laborum. Sall. Hiſt. lib. ij: Sed Pompeius a prima adoleſcentia, ſermone fautorum, ſimilem fore ſe credens Alexandro regi, facta conſultaq. eius quidem æmulus erat. Virgil. Æn. lib. x: Spemq. metumq. , patriæ quę nunc ſubit æmula laudi. Æmulus, ſimilitudinem vitæ vel inſtituti ſequens. M. Tul. de Rep. lib. j. Qui enim iudicatur iſte optimus doctrina, artib. ſtudijs, audio quādo.*

ARGVTVM ſignificat ſonans. Virg. Bucol. Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis; & multa huiuſmodi. Argutum, audax, malitioſum. Lucil. lib. xxiiij: Agite, agite fures, mendacia argutamini. Plaut. Muſtellaria: Exi e culina, ſis, foras, maſtigia, Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Argutum, paruum, ac lætum. Virgil. Georg. lib. iij: Argutumq. caput, breuis aluus, obeſaq. terga.

ACCIPERE, tractare, increpare. M. Tul. in Verrinarum actione ij: Male accipit verbis Rabonium. Et ad Cæſarem iuniorem libro j: Roga ipſum, quemadmodum eum ego Arimini acceperim. Accipere eſt datum ſumere. Virg. Æn. lib. iij: Accipe & hæc, manuum tibi quæ monimenta mearum Sint puer --- Accipere, ſentire. Terentius Heautont. Clinia, aliter tum amorem atq. eſt accipio. Accipere, videre. Virgil. lib. viij: --- Vt te, fortiſſime Teucrum, Accipio, agnoſcoq. libens. Varro de Re ruſt. libro iij: Quum diceret ſe nullam accepiſſe villam, qua magis delectatus eſſet. Accipere, concipere. Virgilius libro viij: --- Alij ventoſis follibus auras Accipiunt, redduntque.

Accipere, audire. M. Tul. Accipite nũc aliud eius facinus nobile. Lucil. lib. xxx: Hoc etiam accipe quod dicemus pertinet ad rem. Virgil. Æn. lib. ij: Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine ab vno Diſce omnis: ---Accipere, paſcere. Terentius in Eunucho: Accipit hominem nemo melius prorſus neque prolixius. Accipere, decipere. Lucil. lib. xxviij: Sic inquam veteratorem illum vetulum lupum Annibalem acceptum. --- Accipere, admittere. Plautus in Aulularia: --- Optumum. tu conditionem hanc accipe.

ARDERE eſt igniſcere, concremari. Virg. Æn. lib. v: Namque volans liquidis in nubibus arſit arundo. Idem Virgil. libro ij: --- Iam proximus ardet Vcalegon. ---Ardere, feſtinare. Virg. Æn. lib. j: Inſtant ardentes Tyrij, pars ducere muros, Moliriquc arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa. Idem libro xij: Ardet in arma magis. ---Ardere, fulgorem & ſplendorem emittere. Virg. Æneid. lib. iiij: ---Tyrioque ardebat murice læna. Idem libro x: Ardet apex capiti, criſtiſq. a vertice flamma Funditur. --- Ardere, dolere, vel iraſci. Virg. Æn. lib. x: Proxima quæque metit gladio, latumq. per agmen Ardens limitem agit ferro, te, Turne, ſuperbum Cæde noua quærens.

ACRE, ſignificat celer, velox. Virgil. Georgic. lib. iij: ---Calidumq. animis, & curſibus acrem. Idem Æn. lib. iiij: At puer Aſcanius medijs in vallibus acri Gaudet equo. ---Acre, auſterum, acerbum, aſperum. M. Tull. in Hortenſio: Quod alterius ingenium ſicut acetum Ægyptium, alterius ſic acre vt mel Hymettium dicimus. Varro Parmenone:

menone: Demitis acris pectore curas Cantu, caſtaq. poeſi. Acre, ſeuerum. M. Tullius de offic. lib. j: Suum quiſque igitur noſcat ingenium, acremq. ſe & bonorum & malorum ſuorum iudicem præbeat. Idem in eodem: Vtendum eſt fortaſſe vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriore. Acrem, fortem. Virg. Æn. lib. viij: Aut acrem dubites in prælia poſcere Turnum. Cic. Tuſcul. libro v: In rebus gerundis virum acrem & induſtrium, eundem tamen maleficum natura. Acre, vehemens, ſæuum. M. Tul. in Hortenſio: Aut Philiſto breuius, aut Theopompo acrius. Virgilius Georgic. libro iij: —Acremque Moloſſum Paſce ſero pingui. Idem Æneid. libro v: Acrior ad pugnam redit, ac vim ſuſcitat ira. M. Tullius Verrinarum actione de ſignis: Acre, prouidum, diligens. Virgilius Georgic. libro ſecundo: Iam tum acer curas venientem extendit in annum Ruſticus.

Aer eſt medium ſpatium, quod inter cælum eſt & terram. Virgilius Æn. libro v: Aera dimouit tenebroſum, & diſpulit vmbras. Aer, altitudo. Virgil. Georgic. libro ij: —Vbi aera vincere ſummum Arboris haud vllo iactu potuere ſagittę. Aer, ſonus. Varro Andabatis: Anima, vt concluſa in veſica, quando eſt arte ligata, ſi pertuderit, aera reddet.

Amarvm dicitur aſperum. Virg. Georg. lib. ij: —Et amara Pauſica baca. Lucretius libro iiij: —Interea perpotet amarum Abſynthi laticem. —Amarum, acerbum. Virgilius Æneid. lib. iiij: Iſque amens animi, & rumore accenſus amaro.

ADMONERE, commonefacere. M. Tullius in Verrem de ſignis: Rectè admones, Polycletum eſſe dicebant. Admonere, percutere. Virgil. lib.x: Lucagus vt pronus pendens in verbera telo Admonuit bijugos.

AMBIRE ſignificat circuire,& concludere. Virg. libro vj: Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis. Idem lib.x:—Atq. oras ambijt auro. Ambire, ambitionib. appetere. Virg. lib. vij:—Neu connubijs ambire Latinum Æneadæ poſſint. Terent. in Andria: Niſi vides, niſi ſenis amicos oræ, ambis. Ambire interpellare. Virg. Æn. lib. iiij:—Quonam Reginam ambire furentem Audeat affatu.

AGERE, gerere. Varro Vimarco: Non Hercules poteſt, qui Augebes ſed conpron.

AVDACIA conſuetudine temeritas dicitur. Salluſt. Catilinæ bello: Audacia pro muro habetur. Audacia fiducia. Virgil. lib. v: Quiq. pedum curſu valet,& qui viribus audax.

ATRVM dicitur nigrum. Virg. lib. vj: Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. Et Georgic. lib. iij:—Hic piſcibus atram Improbus ingluuiem. Varro Eumenidib. Vix vulgus confluit non Furiarum, ſed puerorum, atq. ancillarum, qui omnes me bilem atram agitare clamitantes.

ALVMNOS conſuetudo, quos alas vel educes, vel eos qui alunt, dici vult. Virgil. lib. vj: —Nec Romula quondam Vllo ſe tantum tellus iactabit alumno. M. Tul. in Verrem de ſupplicijs: Italia autem alũnum ſuum ſeruitutis extremo ſummoq. ſupplicio fixum videret. Varro Seſquiulyſſe: Vbi quod lupam alumni fellarunt olim. Idem in Eume-

nid. Et ecce de improuiſo ad nos accedit cana veritas Atticæ philoſophiæ alumna. Alumnum, filium. Virg. lib. vj: Nec non & Tytion terræ omnipotentis alumnum. Pacuuius in Teucro: Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine Squales, ſcapreſque inculta vaſtitudine. Alumnum, dominum. Virgilius lib. xj: ---Caro datus ibat alumno.

Agere, leto dare. Virg. Æn. lib. j: ---Tum vulgus, & omnem Miſcet agens telis. Actum, rotatum. Virg. Æn. lib. viiij: Ipſe ter adducta circum caput egit habena. Agere, loqui. Terẽt. in Adelphis: Sed eſtne ipſe de quo agebam? Actum dicitur perfectum. Virg. libro vj: His actis, propere exſequitur pręcepta Sibyllæ. Agere, perſequi. Virgil. Æn. libro iiij: Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit Paſtor agens telis. Et Æneid. lib. viij: Quos illi bello profugos egere ſuperbo. Actum, appulſum. Virg. lib. vij: Siue errore vię, ſeu tempeſtatibus acti. Var. lege Męnia: Non hos Pactolus aureas vndas agens Eripiet vnquam e miſerijs. ---Actum, infixum. Virg. lib. viiij: ---Sed viribus enſis adactus Tranſadigit coſtas. Varro γνῶθι σεαυτόν: --- Non videtis, vnus vt Paruulus Amor ardifeta lampade arida Agat amantis æſtuantis? --- Actum, coactum territum. Virgil. lib. vj: Prodigijs acti cæleſtibus oſſa piabunt. Agere, fugare. Virgil. Georgic. libro ij: ---Et membris agit atra venena. Actum, admotum. Virgilius libro viiij: Accelerant acta pariter teſtudine Volſci. Lucillius libro xxvj: Aggere in iaciendo ſi quo eſt vineis actis opus.

Asperum ſignificat inſuaue. Terentius

Heautont.—Aſperum, Pater,hoc eſt,aliud lenius ſodes para.Virg.Georg.lib.iiij: Aſper in ore ſapor. —Aſperum,nocẽs.Virg.Georg.lib.iij:Sæuit agris, aſperq.ſiti,atque exterritus æſtu.Aſperum,exaſperatum,non leue. Virgil.lib. viiij: Bina dabo argento perfecta, atque aſpera ſignis Pocula.

ÆQVARE eſt cum æquitate diuidere. Virgil. Æneid. lib. j: — Operumque laborem Partibus æquabat iuſtis. —Æquare,continuare. Virgilius Æn. lib. viiij: —Felix, ſi protinus illum Æquaſſet nocti ludum.

ACCOMMODATVM dicitur adiunctum. Virgil. Æn. lib. ij: — Lateriq. argiuum accommodat enſem. M. Tul. in Verrem in frumentaria: Flagitia lubidiniſque accommodat. Accius Bacchis: Tunc ſylueſtris exuuias læuo pictas lateri accommodant. M. Tul. de offic. lib. j: Qui ſe ad Remp. & ad magnas res gerendas accommodauerunt. Et de Repub. libro j: Expoſitamque ad exemplum noſtræ Reipublicæ accommodabo eam, ſi potero, omnem illam orationem quę eſt mihi habenda de optimo ciuitatis ſtatu. Accommodatum, procliue, propenſum. M. Tul. in Verrem actione ij: Tum pręterea maxime ſedati & quieti prope pręter ceteros, ad ſummũ Græcorum otium potius quam ad vllam vim, aut tumultum accommodati. Accommodare, adhibere. M. Tul. de offic. libro iij: Tantum dabit amicitiæ, vt veram amici cauſſam eſſe malit, vt orandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Et de ſenectute: Ceterum & tempora metendis frugibus, & percipiendis accommodata ſunt.

ARIDVM dicitur ſiccum. Virgil. Æn. lib. j: --- Atque arida circum Nutrimenta dedit. Aridum, horrificum, acutum. Virg. Georgic. libro j: ---Et aridus altis Montibus audiri fragor. Lucretius: Aridus vnde auris terget ſonus. --- Aridum, purum, lucidum. Plautus in Rudente:---Argento arido.

ANCEPS eſt dubium. Virgilius Æneid. libro x: Anceps pugna diu. ---Anceps, duplex. Lucillius libro xxviiij: Nemo hos ancipites ferro effringat cardines. Virgilius Æneid libro iij: Agnouit prolem ambiguam, geminoſque parentis. Varro de vita populi Rom. libro iiij: Cæſar reuerſionem fecit, ne poſt occipitium in Hiſpania exercitus qui erant, relinqueret; quo ſe conijceret Pompeius, vt ancipiti vrgeretur bello. Anceps, acutum ex vtraque parte. Lucil. lib. xxviiij: Vecte, atque ancipiti ferro effringam cardines.

AVRA eſt ventorum. Virg. Georgic. libro iiij: ---At illi Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura. Idem Æneidos libro vj: Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit. Aura, adactus. Varro in Eumenid. Simul ac languido corpore ſolis calidior viſa eſt aura.

ARGVTARI dicitur loquacium proloqui. Ennius: ---Quo enicetum tu iſti credere atq. exerce lingua, vt argutarier poſſis. Nouius Exodio: Quando ad ludos venit, alij quum tacent, totum diem argutatur quaſi cicada. Argutari ſuſſilire. Titinnius Fullonia: Terra hæc eſt non aqua, vbi tu ſolitus argutari pedibus, cretam dum compeſcis, veſtimentaque lauas.

ATTOLLERE ſignificat erigere, fundere. Virgil. Æn. libro iij: ---Attollit ſe diua Lacinia contra. Attollere, afferre. Pacuuius Medo: Cuſtodite iſtum vos, ne eum qui attollat, neue qui attigat. Idem Armorum iudicio: Pro imperio agendum eſt, quis vetat, quiſue attollat. Virgil. Æn. lib. viij: Attulit & nobis aliquando optantibus ætas.

AVSCVLTARE eſt obſequi. Pacuuius Chryſe: Magis audiendum, quam auſcultandum cenſeo. Ennius Menalippa: Mihi auſculta nate, pueros cremari iube. Cæcilius Embono: Audire ignoti quod imperant ſoleo, non auſcultare. Auſcultare, audire. Afranius Simulante: Ne ego illos velitantis auſculto lubens. Pomp. Aſin. Atq. auſcultare diſce ſi neſcis loqui. Auſcultare, videre, ſpectare. Afran. Priuig. Videt ludos, hinc auſcultaui procul.

AGERE, porrigere. M. Tul. de offic. lib. ij: Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Agere, intendere, inquirere. Virg. in Bucolicis: Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipſe voluto. Agere, vrgerę, impellere. M. Tul. in Verrem actione ij: Agunt eum pręcipitem pœnę ciuiũ Romanorum.

ADDVCERE, ducere. Terent. Heaut. Adducimus ad te tuam Bacchidem. Adduci, cogi. M. Tul. de ſenectute: Nullo imbri, nullo frigore adduci, vt capite operto ſit. Adducere, intorquere, rotare. Virgil. lib. viiij: Ipſe ter adducta circum caput egit habena. Adducere, producere. Virgil. lib. viiij: Ocyus adducto torquens haſtile lacerto.

ÆQVOR, campus. Virgil. lib. xij: ---Illi æquore aperto ante notos, Zephyrumq. volant.-- Æquor, mare. Virg. Æn. lib. j: Et vaſtas aperit ſyrtis, & tem-

perat æquor. Æquor, fluuius. Virg. lib. viij: —Viridiſq. ſecant placido æquore ſyluas.

Advenire, venire. Cęcil. Plocio: ---Edepol ſenectus vt ſi nihil aliud Apportes tecum, quum aduenis, vnum id ſat eſt. Aduenire, incipere. Plaut. Amphit. Quæſo aduenienti morbo iure.

Æstvs, ſolis & æſtiui temporis flagrantia. Virg. Georg. lib. iij: Æſtibus in medijs vmbroſam exquirere vallem. Æſtus, marini impetus, vel cõmotiones. Lucr. lib. iiij: Frigus vt a pluuijs, calor ab ſole, æſtus ab vndis Æquoris. Plaut. in Aſin. Quo magis te in altum capeſſas, æſtus te in portum refert. Virgil. ---Fundoque exæſtuat imo.

Acerbvm, horrendum, infandum, immite. Virg. Æn. lib. iiij: & lib. vj: ---Et funere merſit acerbo. Acerbum, incoctum, præcocum; & de pomis frequentius dicitur. Var. in Agath. Virgo de conuiuio abdicatur ideo, quod maiores noſtri, virginis acerbę auris Vener is vocabulis imbui noluerunt.

Albvm ſignificatione manifeſta eſt, vt Virgil. Georg. lib. iij: ---Color deterrimus albis Et giluo. Album, mite, vel placidum. Var. Seſquiul. Aduerſi venti ceciderunt; quod ſi pergũt diutius mare, voluere, vereor, ne me quoque quum domum ab Ilio ceſſim reuertero, pręter canem cognoſcat nemo.

Adolere eſt vrere. Virgil. in Bucol. Verbenaſq. adole pingues, & maſcula tura. Adolere, augere, honorare, propitiare; & eſt verbum ſacratum, vt macte, magis aucte. Virgil. Æneid. libro primo: Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo Cura penum ſtruere, & flammis adolere penatis. Et libro vij: Præterea, caſtis adolet quum

altaria tędis. Adoleſcere, creſcere; vnde aduleſcentem dicit Lucretius libro ij: Donicum oleſcendi ſummum tetigere cacumen. Laberius in Sororibus: Laus nomine gloria adoleſcit.

B.

BELLVM eſt, vt plerumque, pugna. Bellum, eligans, melius prudens. Lucillius libro xxviiij: Ætatem iſtuc tibi laturam, & bellum, ſi hoc bellum putas. Varro ταφὴ μενίππου: Diogenem literas ſciſſe, tum vſioni quod ſatis eſſet, tum quod etiam acroaſi bellorum hominum. Idem eodem: In charteo ſtadio epitafion agona, quo quis certaſſet animo bellus homo magis delectatus Stoicorum pancratio quam athletarum. Idem Seſquiulyſſe: Quid enim eſt quod homo maſculus lubentius videre debeat, bella vxore? Idem Vimarco: Socius es Hoſtibus, ſocius bellum ita geris, vt bella omnia domum auferas.

C.

COMMITTERE, effigiare. Pacuuius Nyptra: Barbaricam peſtem nauibus noſtris obtulit, Noua figura factam, commiſſam infabre. Committere, coniungere, ſociare. Lucillius lib. xxviij: Quid me fiet, ſiquidem non vis te improbis committere? Virgilius Æneid libro iij: Delphinum caudas vtero commiſſa luporum. Committere, donare, relinquere. M. Tullius in Verrem actione ij: Is calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hereditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent. Committere, facere. M. Tullius in Verrem Diuinatione: Ego etiam quæ tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum. Virgilius Æneid. li-

bro primo: Quid meus Æneas in te committere tantum? Lucillius libro xxviij: Commouet ſe nuſquam, neque committet, vt pereat ſibi. Idem lib. xxvj: At enim dicis clandeſtino tibi quod commiſſum foret, Ne mutires quiquam, nec myſteria ecferres foras. Committere dicitur initiare. Virgil. libro v: Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos. Varro Endymionibus: Diſcumbimus muſſati, dominus maturo ouo cænam committit. Committere, credere, permittere. Virgilius libro viiij: Portam, quæ ducis imperio commiſſa, recludunt. Terentius in Eunucho: Ouem commiſiſti lupo. Lucill. lib. xxx: Quod ſua committunt mortali clauſtra Camœnæ. M. Tullius de offic. lib. ij: Quandiu Reſpublica per eos gerebatur, quibus ſe ipſa commiſerat.

Confvtare, commouere. Titinnius Setina: Cocus magnum aenum, quando feruit, paula confutat trua. Confutare, opprimere, conuincere. Terentius in Phorm. Confutauit Verbis admodum iratum patrem.

Capere, implicare, impedire. Virgil. Georg. lib. j: Aut oculos capti fodere cubilia talpæ. M. Tul. in Verrem de ſupplicijs: Non ceperunt, ſed abduxerunt onere ſuo plane captam atque depreſſam.

Condere ſignificat abſcondere. Virgil. Æn. lib. ij: Scandunt rurſus equum, & nota conduntur in aluo. Condere, conſtituere. Salluſtius in Catilinæ bello: Vrbem Romam, ſicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani. Condere, conſecrare. Virgilius. Æn. lib. iij:--- Animamque

ſepulchro Condimus.---Condere, potiri. Virgil. lib.vij: ---Optato conduntur Tiberis alueo.

COLERE eſt venerari.Virg.lib.xj:Summe Deum, ſancti cuſtos Soractis Apollo, Quem primi colimus.---Colere, exercere,vt ruſtici.Virg.Geor.lib. ij:---Fructuſq.feros mollite colendo.Colere,inhabitare.Virg.Æn.lib.iij:Hic mater cultrix Cybele. Et rurſum : --- Quas dira Celæno , Harpyiæque coluntalię. Plautus in Aſin. O catenarum colone. Et in Aulularia : --- Hanc domum Iam multosannos eſt vt poſſideo & colo. Varro Endymionibus: Vt Mercurium Arcadum colonum. Idem in Eumenidib. Et Naiades vndicolæ. Colere,diligere. Virgilius in Bucolicis: Ille colit terras , illi mea carmina curæ. Idem Æneid.lib.iiij : ---Solam nam perfidus ille Te colere. Terent. in Heautont. Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt. Lucillius libro xxvj : Quare hoc colere eſt ſatius , quam illam ſtudium omne hic conſumere.

CEDERE ſignificat ſecundum conſuetudinem abire ſuperatum,& locum victori dare. Virg.libro xij : Conuenit Euandri victos diſcedere ad vrbem. Et libro v : Cede Deo. Lucillius libro xxx: ---Quandoq. pudor ex pectore ceſſit. M. Tul.de offic.lib.ij: Cui quidem exercitus noſtri , imperatoreſq. ceſſerunt. Cedere , ſuccedere. Virgilius libro xij : Ceſſerit Auſonio ſi fors victoria Turno. Cedere,dare. Virg.lib.xj: Hęc omnis regio & celſi plaga pinea montis Cedat amicitiæ Teucrorum. Et lib. xij: Aut habeat victos, cedat Lauinia coniux.Cedere,recedere. Lucil. lib.xxviij : Vel ſi

alio opus ſit fore,ſi hinc aliquo ceſſeris.Cedere obſequi. Virg.Æn. lib. iij: Cedamus Phœbo & moniti meliora ſequamur. Et libro ij: Veſtrum hoc augurium, veſtroque in numine Troia eſt, Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuſo. Cedere, euitare. Virg.lib.v: --Celeriq. elapſus corpore ceſſit. Cedere,incedere. Plaut. in Alularia: Iam hoſce abſolutos cenſeas, Cedunt, petunt.Var. Parmenó. Cedit velocib. iuuenis mẽbris, leuis, nitidus oleo.

CVRSVS eſt pedum velocitas.Virg. lib. v: Hic qui forte velint rapido contendere curſu. Curſus, volatus.Virg.lib.vj:Eſte duces,o,ſi qua via eſt,curſumq.per auras Dirigite in lucos. Et Bucol. Quo curſu deſerta petiuerit.--Curſus, nauigatio. Virg. Æn.lib.iij: Sed tibi qui curſum venti,quæ fata dedere? M.Tul.de offic. lib. iij: Que curſu frumento onuſtas petentis Rhodum viderit.

CASTIGARE eſt increpare,vel reprehẽdere.Virg. lib.v: Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Terent.Heaut.--Seruas,caſtigas,mones. Cic.de Orat.lib. j: Et quoniam de imprudentia diximus, caſtigemus etiam ſegnitatem. Et Tuſc.lib.v: Sed hoc in me ipſe caſtigo,quod ex aliorum, & ex noſtra fortaſſe mollitia,non ex ipſa virtute,de virtutis robore exiſtimo. Caſtigare, vindicare; punire. Virg.lib. vj: Caſtigatq. auditq. dolos, ſubigitque fateri. Caſtigare,expedire.Virg.lib.iiij: Caſtigantque moras,opere omnis ſemita feruet.

COLERE,ornare.Var. Taphe Menippu: At in ſegetibus poſt meſſem colligebãt ſtramenta, qui domicilia colerent.Colere, pati. Virg. Heaut.--Dum ille vitam illam colet Inopem, carens patria.

CARPERE, attenuare, aperire. Virgil. Georgic. lib. j: Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſciuere hyemem. Et libro iiij: ---Eam circum Mileſia vellera Nymphę Carpebant hyali ſaturo fucata colore. Carpere, auferre, decerpere. Virgilius in Bucolicis: Inſere Daphni piros, carpent tua poma nepotes. Lucretius libro iiij: ---Iuuatque nouos decerpere flores. Virgilius libro iij: *Georg.* Carpit enim vires paulatim, vritq. videndo. Femina; --- Carpere, celeriter præterire. Virgil. Georgic. lib. iij: ---Et acri carpere prata fuga. Idem in eodem: Carpere mox gyrum incipiat. Lucil. libro xxviiij: Hyemem vnamquamq. carpam. Carpere, paſcere. Virgilius Georgic. lib. iij: Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent.

CVNCTARI eſt dubitare, diſſipare. Virg. Æneid. libro viij: Cunctantem amplexu molli fouet. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem libro j: Sed cito pœnituit, domumq. rediјt, ceteri cunctabantur. Cunctari eſt manere. Virgil. Georg. lib. iiij: --- Non illis quiſquam cunctantibus altum Ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna. Et Æneid. lib. iiij: Reginam thalamo cunctantem. ---Cunctari, curationem deferre. Virgil. lib. vj: ---Qui nobis cunctando reſtituit rem.

CAPI, propitiari. Lucretius lib. j: Nec bene pro meritis capitur, neq. tangitur ira. Capere, facere. Terentius in Andria: Non, ſi capiundos mihi ſcio eſſe inimicos omnis hominis. Capere, perpeti. Terentius Heautont. Dum abs te abſum, omnes mihi labores, quos cepi, leues. Capere eſt tollere, tenere. Virgil. Georg. libro iij: --- Cape

ſaxa manu, Cape robora paſtor. Et libro quarto: Hic tibi, nate, prius vinclis capiundus. Var. Meleagris: Quem idcirco terra non cepit, & cælum recepit. Varro Eumenidibus: Stolam calceoſque muliebris propter poſitos capio. Capere, eligere. Terentius id Hecyra: — Quum illum generum cepimus. Virg. Georg. libro ij: Ante locum capies oculis. M. Tul. de offic. libro iij: Quod inſit aliquid probi, quod capiat ignaros. Capere, delectare. Virgil. Georg. libro quarto: Carmine quo captę. Et libro viij: Æneas capiturque locis. M. Tul. in Philip. libro primo: Non poſſum adduci vt ſuſpicer te pecunia captum. Lucil. libro xxvj: Nunc itidem populo iſtum ſcribtoribus voluimus capere animum illorum. Capere, ſuſtinere, habere. Virgil. lib. viij: —Hæc illum regia cepit. Terentius in Heautont. Dij boni, quid turbæ eſt? ædes noſtræ vix capient, ſcio. M. Tul. de ſignis: Tot domos locupletiſſimas domus iſtius vna capiet. Capere, decipere, circumuenire. Virgilius Æneid. lib. ij: — Captique dolis, lachrymiſque coacti. Lucil. lib. xxvij: At metuis porro ne aſpectu & forma capiare altera. M. Tul in Hortenſio: Captum me fortaſſe, inquit, putas, & quod nollem confiteri coactum. Capere, occupare, detinere. Virgil. Æn. lib. ij: —Certantque illudere capto. M. Tullius in Verrem de ſupplicijs: Nauem quamdam piratarum præda refertam non ceperunt, ſed abduxerunt. Varro in Meleagris: Quid hic venator non cepit; Capere, ſatiare. Virgilius Georg. lib. iiij: Tanta meæ ſi te ceperunt tædia laudis. Capere, accipere. Virgilius Æneid.

lib. ij: Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque penates. Et libro iij: -- Cape dona extrema tuorum. Terentius in Phormione: --- Nam ex his prædijs talenta argenti bina Statim capiebat. Lucillius libro xxvj: Malis neceſſe eſt lautum e menſa pure capturus cibum. M. Tullius in Hortenſio: Deinde boni mores, & modeſtiores, & ad capienda præcepta molliores. Plautus in Aulularia: Nam tua gnata peperit decimo menſe poſt, numerum cape. Varro Quinquatribus: Cape hanc caducam Liberi mollem dapem.

CORRIPERE, comprehendere. Virgil. Georgic. lib. quarto: Verum vbi correptum manibus vincliſq. tenebis. Corripere, contorquere. Virg. Æn. lib. j: Turbine corripuit.—Corripere, excutere. Virg. Æn. lib. iij: Corripio e ſtratis corpus.

QVASSVM eſt conliſum, & non integrum. Virgil. Æn. lib. iiij: Quaſſatæq. rates.

CAPERE, complecti. Varro Marcipore: Propontis vnda, quam linquenti cærula Natantem perfundit, cape.

QVASSARE eſt mouere. Virg. lib. vj: —Et lampada quaſſans Per Graium populos. Plaut. Milite: Qui ſuam vndantem chlamydem quaſſando facit.

CERTARE ſignificat altercari, contendere. Virgilius in Bucolicis: Certent & cygnis vlulæ. —Certare præuenire. Virg. Æneid. lib. j: — Officio nec te certaſſe priorem Pœniteat.

CAPERE, inuenire. Terent. Heaut. Rationē cepi, vt neq. tu egeres, neque vt hęc poſſes perdere. M. Tul. in Verrem actione ij: Reiecti a chelidone capiunt conſilium neceſſarium. Et de offic. lib. iij:

Quum autem conſilium hoc principis cepiſſent.

Componere, finire. Virgil. Æn. lib.j: Ante diem clauſo componet veſper olympo. Et in Bucol. Non noſtrum inter vos tãtas componere lites.

Crepare eſt ſonare. Plaut. Menæchmis: Dic mihi, en vnquam inteſtina crepant, quod ſentias? Vbi ſatur ſum, nulla crepitant; quando eſurio, tunc crepant. Virg. Georgic. libro primo: Atq. leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis. Terentius in Phormione: Sed oſtium concrepuit, nihil ad te. M. Tul. in Verrem de ſupplicijs: locum illum litoris percrepare totum muliebribus vocib. cantuq. ſymphoniæ. Lucil. lib. xxij: Percrepa pugnam Pompili, fata Corneli cane. Var. Eumen. Propter percrepis vocibus volitans aures vulgi. Siſen. Hiſt. lib. iiij: Cõglobati & collecti cõcrepant armis. Crepare ſignificar rurſumqueri, vel dolere. Horat. Carminum lib. j: Quis poſt vina grauem militiem, aut pauperiem crepat? Lucr. lib. ij: Et crepat antiquum genus vt pietate repletum. Crepare iterũ incantare. Turpil. Pedio: --Age tu Hymenęum increpa. Crepare, frangi. Virg. lib. v: ---Et acuto in murice remi Obnoxi crepuere.---Crepare, ferire. Ennius in Thyeſte: Sed ſonitus auris meas pedum pulſu increpat. M. Tul. de offic. lib. iij: Itaq. ſi vir bonus habeat hanc vim, vt ſi digitis concrepuerit poſſit in locupletium teſtamenta nomen eius irrepere.

Comparare eſt ſociare, coniungere. Accius in Amphytr. Quin meum ſenium cum dolore tuo coniungam & comparem. Plautus in Aſin. Prehende auriculis, compara labella cum labellis. Comparare, adæquare. M. Tullius ad Cæſarem

iuniorem libro primo: Neminem tibi profecto hominem ex omnibus aut antepoſuiſſem vmquam, aut etiam comparaſſem. Terent. in Eunucho: Hau, ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Comparare, componere, machinari. Siſenna Hiſtor. lib. iiij: Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſilijs comparauerunt. Comparare veteres confirmare, & conſtituere dixerunt. Terent. in Eunucho: An me ita cõparem, Non perpeti meretricum contumelias? Idem in Andria: Vt malis gaudeant atq. ex incommodis Alterius ſua vt comparent commoda. Titinnius Gemina: Ergo vt ſua ſeruat dona, nobis faciundum eſt ita, Vt cum ea primum blanditer comparemus colloquia. Accius Euryſace: Nihil eſt, ſi autem ad te retardat, ſotium in portu eſt, copiaq. ſubſiſtat modo, tu te ipſe effirma & compara. Idem in Tereo: Atq. id ego ſemper mecum ſic agito, & comparo, quo pacto magnam molem minuam. Turpilius in Lemnijs: Numquam vnius me comparaui ſeruire eligantiæ. M. Tul. de Rep. lib. vj: Quamobrem ſe comparet hic ciuis ita neceſſe eſt, vt ſit contra hæc, quæ ſtatum ciuitatis permouent, ſemper armatus. Afranius Epiſtola: Nam proba, & pudica, quod ſum, conſuló & p[illegible] co mihi, Quoniam comparatum eſt, vno vt [illegible] contentæ viro. Cicero d[illegible] quinto: Omnis au[illegible] in beata vita c[illegible] rentius H[illegible] ſtem, [illegible]

Georg.lib.iiij: Vix deſeſſa ſenem paſſus componere membra. Idem Æn. lib.j:—Nunc placida cõmpoſtus pace quieſcit. Cõponere, lenire. Virg. Æn. lib. j: —Sed motos præſtat componere fluctus.

Comparare iterum æſtimare. Accius Epinauſimache: Proin tu id cui fiat, non qui facias, compara.

Componere, diſponere, conſtituere. Virgil. Æn. lib. iij. Quam tuta poſſis vrbem componere terra. M. Tul. de offic. lib. iij: Atque quod communiter compoſitum fuerat, ſolus dixit. Siſen. Hiſtor. lib. iiij: Exercitum diſpartiunt, ad confligendum ſe componunt. Componere rurſus ſignificat comparare. Accius in Armorum iudicio: Quid eſt cur componere auſis mihi te, aut me tibi? Lucillius Sat. lib. iiij: Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignus locoq. Cum Pacideiano cõponitur, optimus multo Poſt homines natos gladiator qui fuit vnus. Saluſt. in Iugurtha: Vbi Metelli dicta cum factis compoſuit. Virg. Georg. lib. iiij: Non aliter ſi parua licet cõponere magnis. Componere, ornare. Virg. Georg. lib. iiij: Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura. Cõponere, colligere. M. Tul. in Vertin. in Diui[illegible] Si ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi [illegible] x alienis orationib. compoſitum dedit. [illegible] finis. Virg. lib. v: —Calcemq. terit iam [illegible]es.

[illegible] ſignifi[illegible] hoc eſt calliditate, quę eſt [illegible]ienti[illegible]giſtho: Melius quam viri [illegible]nulie[illegible] Abducta: Neſcis, numeri [illegible]nem [illegible]t rem, quam volo. Pacu[illegible]tala[illegible] qui tanquam nos ſeruiunt

ſub regno callent domitum imperio metuere. Serenus in Opuſc. Callent ſenium arte viuendi. Acc. Æn. aut Decio: Quod periti ſumus in vita, atq. vſu callemus magis. Idem in Neoptolemo: Satin aſtu & fallendo callet? Siſen. Hiſtor. lib. iiij: Lucinium Memmium ſocerum Gai Scribonij tribunum plebis, quem Marcili vij conſiliarium fuiſſe callebant, & tunc Curionis oratorem. Callet etiam dictum a calloſitate. Cæcilius in Aſoto: Tu iam callebis, ille feſtus deſidet. Plaut. in Perſa: Plus calleo, quam aprinum callum callet. Idem in Pœnulo: Quid opus verbis? callum aprunum callere æque non ſinam.

COMPARARE, apparare. M. Tul. in Verrem act. ij: Vt erat inter ſuos copioſus, conuiuium cõparat.

CONSTITVERE eſt diſponere. Virg. Æn. lib. j: —Homineſne, feræne Quærere conſtituit.

CONTENDERE, feſtinare. Virgil. Æn. lib. j: —Quæ proxuma litora, curſu Contendunt petere. CONTENTIO eſt perſeuerantia, vel elatio. M. Tul. de off. lib. j: Ex contentione vocis, & ſummiſſione, & ceteris ſimilibus facile iudicabimus. Salluſt. Hiſt. lib. iiij: Rurſus iumenta nacti ad oppidum ire contendunt. Contendere, aſtringere, intorquere. Virg. Georg. lib. iiij: Tanto, nate, magis contende tenacia vincla. Siſen. Hiſt. lib. iiij: Simul & tormenta contenduntur. Contendere ſignificat comparare. Plautus in Vidularia: Signum recte comparebat, huius contendi annulum. Lucil. Sat. lib. j: --Vt contendere poſſem Theſtiados Ledę, atq. Ixiones Archolocheo. Idem lib. vij: Hunccine ego vnquam Hyacintho hominem, cortinipotentis Delicijs contendi? Cæcilius Titthe:

Egon vitam meam Atticam contendam cum iſtac ruſticana Syra? Licinius Macer in Epiſtola ad Senatum: Illi ſuam vitam mecum cōtendunt, quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera vitæ, nouæ cicatrici vt locus nō ſit. Nęuius in Lycur. Caueſis tuam cōtendas iram cōtra cum ira Liberi. Acc. in Terco: Video ego te mulier more multarum vtier, Vt vim contendas tuam ad maieſtatem viri. Varro γνῶθι σεαυτόν: Age nunc contende alterum genus philotheoron, nequid ibi viderir melius. Contendere, certare. M. Tul. de offic. lib. j: Miſerrima omnino ambitio eſt, honorumq. contentio. Virg. Æn. lib. iiij: ---Quis talia demens Abnuat, aut tecum malit contendere bello? Salluſt. in Iugurthino bello: Fretus multitudine militum ſperabat armis contendere. Cic. Tuſc. lib. ij: Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt. Contendere, continuare. Cic. de Orat. libro j: Id quod eius ſcribta declarant, & contentiones vocis & remiſſiones continuarentur. Et lib. iij: Nihil pernicioſius, quam ecfuſa ſine intermiſſione contentio. Contendere iterum ſignificat extorquere. Cicero in Epiſtola Caſſij: Hoc a te ita contendo, vt in eo fortunas mas poſitas putem. Accius in Euryſace: Iam potere incipiam, & ſi nequid vi contendam, vt hic compotet texum Salaminem habeam. Turpilius Lemnijs: Habet poteſtatem vbi, poteſtatem ſenis; Pretio contendas, vt redemto Phædria Liceat redire antiquam in conſuetudinem. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Et petere imperium populi, & contendere honores. M. Tullius de officijs libro ij: Extremum

autem præceptum in beneficijs, operaq. danda, nequid contra æquitatem contendas. Contendit, proripuit, vel direxit ſignificat. Virgil. lib. v: Qui tamen aerias telum contendit in auras. Licinius Macer: Quo die magiſtratum obijt, repente celeri gradu perforum ſe in Capitolium contendit. Turpilius Philopatro: —Gemmeas fortunas mater. hem, Qua cauſſa huc opere maximo contenditur? Pacuuius Duloreſte: Nihil coniectura quiui interpretarier, Quorſum flexiuice contẽderet. M. Tul. de Rep. Sed audiſſe te credo, Tubero, Platonem Socrate mortuo primum in Ægyptum diſcendi cauſſa poſt in Italiam contendiſſe. Afranius Epiſtola: Non licet me qua contendiſſem ita peruenire. Salluſt. in Iugurthæ bello: Ex prælio fugit in prouinciam, ac deinde Romam contendere. Var. Quinquatribus: Qui Tarentum tum ad Heraclidem Ponticum contenderet.

COMPONERE, exſimulare vel fingere. Accius Agamemn. Sic multi animus quorum atroci vinctus malitia eſt, Cõpoſita dicta e pectore euoluunt ſuo, Quæ quum componas dicta factis diſcrepant. Salluſt. in Iugurt. Non ſunt compoſita verba mea; parui id facio; ipſa ſe virtus ſatis oſtendit. Componere, coniungere. Virg. lib. viij: Componens manibuſq. manus, atq. oribus ora. Lucil. Satyr. lib. viiij: Cum porlo bibo eodem, amplector, labra labellis * Compono, hoc eſt cum ψωλοκοποῦμαι. Idem in eodem: Tum latus componit lateri, & cum pectore pectus. Salluſt. Hiſt. lib. iiij: Suſpectuſque fuit, incertum vero, an per neglegentiam ſocietatem prædarum cum latronibus compoſuiſſe.

Cernere ſignificat videre. Virg. Æn. libro iij: Cernimus aſtantes ne quicquam lumine toruo. Cernere rurſum diſponere. Lucil. Satyr. lib. v: Poſtquam præſidium caſtris educere creuit. Idem libro xiij: Acribus inter ſe cum armis confligere cernit. Cernere, amittere. Var. Gerontodidaſcalo: Non vides apud Ennium eſſe ſcribtum, ter ſub armis malim vitam cernere, quam ſemel modo parere. Cernere, audire. Accius in Chryſippo: Quid agam? vox illius eſt certe, idem omnes cernimus. Cernere, iudicare. Pacuuius Armorum iudicio: Et ęquum eſt quod poſtulas, iurati cernant. Ennius Thyeſte: Impetrem facile ab animo, vt cernat vitalem Babium. Cernere rurſum dimicare, vel contendere. Accius Epinauſimache: Primores procerum reuocarēt nomina, niſi Eſſet qui armis ſecum vellet cernere. Ennius in Medea exſule: Nam ter ſub armis malim vitam cernere. Pacuuius Armorũ iudicio: Qui ſeſe ad finem, eſſe ad cauſſandum volunt, De virtute & ego poteſtatem cernundi do omnibus. Cernere rurſum cedere; vnde & cernere hereditatem filij patribus, id eſt cedere dicti ſunt. Acc. Myrmidonibus: Regnum tibi permitti malunt; cernam, tradam exercitus.

Circumferre eſt proprie luſtrare. Lucil. Satyr. lib. ij: Tum facto omnia ſunt circumlatus. Plautus in Amphit. Iube iſtam pro cerrita circumferri. Virg. lib. vj: Idem ter ſocios pura circumtulit vnda.

Constitvere, retinere, firmare. M. Tul. de off. lib. j: Ineuntis enim ætatis inſcitia ſenum conſti tuenda & regenda eſt prudentia.

COMPARARE, dare. M.Tull. in Verrem de ſupplicijs: Ex omni gemitu ac dolore certa merces comparabatur.

CONFIDENTIA eſt fiducia: Virgil. Æn. lib.j: ---Et afflictis melius confidere rebus. Confidentia, duritia, patientia. Plaut. in Aſin. Scapularum confidentia, virtute vlmorum freti. Confidentia rurſum temeritas, audacia. Pacuuius in Atalanta: Gradere, atq. atrocem coercere confidentiam. Idem lib.x: Improbus, cõfidens, nequam, malus videatur. Turpil. Leucadia: Vidẽ tu frugis inceſſum; quam eſt confidens; di iſthunc perduint. Idem Terentius: Quo illo homine viuit confidentius? Acc. in Myrmidonibus: Iram infrenes, obſtes animis, reprimas confidentiam. Afranius Vopiſco: Excludat vxor tam confidenter virum? Non faciet. Virg. Georg. lib.iiij: Nam quis te, iuuenum confidentiſſime, noſtras Iuſſit adire domos? Terent. in Andria: Neſcio qui ſenex venit modo; ellum, confidens, catus. Confidentia, conſtantia. M.Tul. de Rep. lib.iij: Duas ſibi res, quominus in vulgus & in foro diceret, confidentiam & vocem defuiſſe. Næuius in Danae: Excidit orationis omnis confidentia. Plautus Amphit. --- Quæ non delinquit, decet Audacem eſſe, confidẽter pro ſe & proterue loqui.

CONSTERNARI ſignificat deici. Conſternari rurſum erigi. Pacu. in Peribœa: Cõſterna te anime, ex pectore hac & voluere Conſilium ſubit omnes, quod de nata eſt modo; Qui pacto inimicis mortem, & huic vitam efferas. Idem Duloreſte: Vnde exoritur? quo pręſidio fretus? auxilijs quibus? Quo conſilio conſternatur? qua vi? cuius copijs?

Cvrricvlvs, vt conſuetudo fert, a curru diminutio eſt; dicitur breuiſſimum vehiculi biroti genus. Curriculus, curſus. Varro in Epiſtola Iulij Cæſaris: Quem ſimulac Romam veniſſe mihi attigit auris nuntius, Exemplo eas in curriculum contuli propere pedes.

Calvmnia eſt malitioſa & mendax infamatio.

Convenire, placere, conſtituere. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Signum nactus a Papo, qui inter eos tolli conuenerat.

Calvmnia rurſum calliditas. M. Tullius de Repub. libro ij: Vt Carneadi reſpondeatis, qui ſæpe optimas cauſſas ingenij calumnia ludificari ſolet.

Calidvm eſt feruens. Virg. Æneid. lib. viiij: Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen. Caldum, citatum, & velox. Varro περὶ κεραυνοῦ: Quum dixiſſet vitulus, ecce tibi caldis pedibus quidam nauicularius ſemuſtilatus irrumpit ſe in curiam.

Cælvm eſt deorum domicilium. Virgil. Æn. lib. iiij: —Cælum qui vertice fulſit. Cælum rurſus aer. M. Tul. de deorum nat. lib. ij: Aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer ſit purus, ac tenuis, quam illorum qui vtantur craſſo cælo atque concreto.

Calidvm, ferox, & inconſultum. M. Tul. de Rep. lib. j: Sic reperias multos, quibus periculoſa & calida conſilia.

Contentvs dicitur, cui res etiam parua abunde eſt. Virg. l. vij: —Patrijs ſed non & filius aruis Con-

lib. ij: Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque penates. Et libro iij: --- Cape dona extrema tuorum. Terentius in Phormione: --- Nam ex his prædijs talenta argenti bina Statim capiebat. Lucillius libro xxvj: Malis neceſſe eſt lautum e menſa pure capturus cibum. M. Tullius in Hortenſio: Deinde boni mores, & modeſtiores, & ad capienda præcepta molliores. Plautus in Aulularia: Nam tua gnata peperit decimo menſe poſt, numerum cape. Varro Quinquatribus: Cape hanc caducam Liberi mollem dapem.

CORRIPERE, comprehendere. Virgil. Georgic. lib. quarto: Verum vbi correptum manibus vincliſq. tenebis. Corripere, contorquere. Virg. Æn. lib. j: Turbine corripuit.—Corripere, excutere. Virg. Æn. lib. iij: Corripio e ſtratis corpus.

QVASSVM eſt conliſum, & non integrum. Virgil. Æn. lib. iiij: Quaſſatæq. rates.

CAPERE, complecti. Varro Marcipore: Propontis vnda, quam linquenti cærula Natantem perfundit, cape.

QVASSARE eſt mouere. Virg. lib. vj: —Et lampada quaſſans Per Graium populos. Plaut. Milite: Qui ſuam vndantem chlamydem quaſſando facit.

CERTARE ſignificat altercari, contendere. Virgilius in Bucolicis: Certent & cygnis vlulæ. —Certare præuenire. Virg. Æneid. lib. j: — Officio nec te certaſſe priorem Pœniteat.

CAPERE, inuenire. Terent. Heaut. Rationē cepi, vt neq. tu egeres, neque vt hęc poſſes perdere. M. Tul. in Verrem actione ij: Reiecti a chelidone capiunt conſilium neceſſarium. Et de offic. lib. iij:

Quum autem conſilium hoc principis cepiſſent.

Componere, finire. Virgil. Æn. lib.j: Ante diem clauſo componet veſper olympo. Et in Bucol. Non noſtrum inter vos tãtas componere lites.

Crepare eſt ſonare. Plaut. Menæchmis: Dic mihi, en vnquam inteſtina crepant, quod ſentias? Vbi ſatur ſum, nulla crepitant; quando eſurio, tunc crepant. Virg. Georgic. libro primo: Atq. leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis. Terentius in Phormione: Sed oſtium concrepuit, nihil ad te. M. Tul. in Verrem de ſupplicijs: locum illum litoris percrepare totum muliebribus vocib. cantuq. ſymphoniæ. Lucil. lib. xxij: Percrepa pugnam Pompili, fata Corneli cane. Var. Eumen. Propter percrepis vocibus volitans aures vulgi. Siſen. Hiſt. lib. iiij: Cõglobati & collecti cõcrepant armis. Crepare ſignificat rurſum queri, vel dolere. Horat. Carminum lib. j: Quis poſt vina grauem militiem, aut pauperiem crepat? Lucr. lib. ij: Et crepat antiquum genus vt pietate repletum. Crepare iterũ incantare. Turpil. Pedio: --Age tu Hymenęum increpa. Crepare, frangi. Virg. lib. v: ---Et acuto in murice remi Obnoxi crepuere.---Crepare, ferire. Ennius in Thyeſte: Sed ſonitus auris meas pedum pulſu increpat. M. Tul. de offic. lib. iij: Itaq. ſi vir bonus habeat hanc vim, vt ſi digitis concrepuerit poſſit in locupletium teſtamenta nomen eius irrepere.

Comparare eſt ſociare, coniungere. Accius in Amphytr. Quin meum ſenium cum dolore tuo coniungam & comparem. Plautus in Aſin. Prehende auriculis, compara labella cum labellis. Comparare, adæquare. M. Tullius ad Cæſarem

iuniorem libro primo: Neminem tibi profe-cto hominem ex omnibus aut antepoſuiſſem vnquam, aut etiam comparaſſem. Terent. in Eunucho: Hau, ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Comparare, componere, machinari. Siſenna Hiſtor. lib. iiij: Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſilijs comparauerunt. Comparare veteres confirmare, & conſtituere dixerunt. Terent. in Eunucho: An me ita cõparem, Non perpeti meretricum contumelias? Idem in Andria: Vt malis gaudeant atq. ex incommodis Alterius ſua vt comparent commoda. Titinnius Gemina: Ergo vt ſua ſeruat dona, nobis faciundum eſt ita, Vt cum ea primum blanditer comparemus colloquia. Accius Euryſace: Nihil eſt, ſi autem ad te retardat, ſotium in portu eſt, copiaq. ſubſiſtat modo, tu te ipſe effirma & compara. Idem in Tereo: Atq. id ego ſemper mecum ſic agito, & comparo, quo pacto magnam molem minuam. Turpilius in Lemnijs: Numquam vnius me comparaui ſeruire eligantiæ. M. Tul. de Rep. lib. vj: Quamobrem ſe comparet hic ciuis ita neceſſe eſt, vt ſit contra hæc, quæ ſtatum ciuitatis permouent, ſemper armatus. Afranius Epiſtola: Nam proba, & pudica, quod ſum, conſuló & parco mihi, Quoniam comparatum eſt, vno vt ſimus contentæ viro. Cicero de finib. bon. & mal. libro quinto: Omnis auctoritaś philoſophiæ conſtitit in beata vita comparanda. Comparare emere. Terentius Heautont. Argentum dabitur illi, vt veſtem, atq. alia, quæ opus ſunt comparet.

COMPONERE, reficere, recreare. Virgil. Georg.

Georg. lib. iiij: Vix deſeſſa ſenem paſſus componere membra. Idem Æn. lib. j:—Nunc placida compoſtus pace quieſcit. Cōponere, lenire. Virg. Æn. lib. j: — Sed motos præſtat componere fluctus.

Comparare iterum æſtimare. Accius Epinauſimache: Proin tu id cui fiat, non qui facias, compara.

Componere, diſponere, conſtituere. Virgil. Æn. lib. iij. Quam tuta poſſis vrbem componere terra. M. Tul. de offic. lib. iij: Atque quod communiter compoſitum fuerat, ſolus dixit. Siſen. Hiſtor. lib. iiij: Exercitum diſpartiunt, ad confligendum ſe componunt. Componere rúrſus ſignificat comparare. Accius in Armorum iudicio: Quid eſt cur componere auſis mihi te, aut me tibi? Lucillius Sat. lib. iiij: Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignus locoq. Cum Pacideiano cōponitur, optimus multo Poſt homines natos gladiator qui fuit vnus. Salluſt. in Iugurtha: Vbi Metelli dicta cum factis compoſuit. Virg. Georg. lib. iiij: Non aliter ſi parua licet cōponere magnis. Componere, ornare. Virg. Georg. lib. iiij: Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura. Cōponere, colligere. M. Tul. in Verrin. in Diuinatione: Si ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi neſcio qui ex alienis orationib. compoſitum dedit.

Calx eſt finis. Virg. lib. v:—Calcemq. terit iam calce Diores.

Callet ſignificat ſcit: hoc eſt calliditate, quę eſt vrbana ſcientia. Acc. Ægiſtho: Melius quam viri callent mulieres. Afran. Abducta: Neſcis, numeri mei omnem melius callent rem, quam volo. Pacuuius Atalanta: Omnes qui tanquam nos ſeruiunt

ſub regno callent domitum imperio metuere. Serenus in Opuſc. Callent ſenium arte viuendi. Acc. Æn. aut Decio: Quod periti ſumus in vita, atq. vſu callemus magis. Idem in Neoptolemo: Satin aſtu & fallendo callet? Siſen. Hiſtor. lib. iiij: Lucinium Memmium ſocerum Gai Scribonij tribunum plebis, quem Marcili vij conſiliarium fuiſſe callebant, & tunc Curionis oratorem. Callet etiam dictum a calloſitate. Cæcilius in Aſoto: Tu iam callebis, ille feſtus deſidet. Plaut. in Perſa: Plus calleo, quam aprinum callum callet. Idem in Pœnulo: Quid opus verbis? callum aprunum callere æque non ſinam.

COMPARARE, apparare. M. Tul. in Verrem act. ij: Vt erat inter ſuos copioſus, conuiuium cōparat.

CONSTITVERE eſt diſponere. Virg. Æn. lib. j: —Homineſne, feræne Quærere conſtituit.

CONTENDERE, feſtinare. Virgil. Æn. lib. j: —Quæ proxuma litora, curſu Contendunt petere. CONTENTIO eſt perſeuerantia, vel elatio. M. Tul. de off. lib. j: Ex contentione vocis, & ſummiſſione, & ceteris ſimilibus facile iudicabimus. Salluſt. Hiſt. lib. iiij: Rurſus iumenta nacti ad oppidum ire contendunt. Contendere, aſtringere, intorquere. Virg. Georg. lib. iiij: Tanto, nate, magis contende tenacia vincla. Siſen. Hiſt. lib. iiij: Simul & tormenta contenduntur. Contendere ſignificat comparare. Plautus in Vidularia: Signum recte comparebat, huius contendi annulum. Lucil. Sat. lib. j: --Vt contendere poſſem Theſtiados Ledę, atq. Ixiones Archolocheo. Idem lib. vij: Hunccine ego vnquam Hyacintho hominem, cortinipotentis Delicijs contendi? Cæcilius Titthe:

Egon vitam meam Atticam contendam cum iſtac ruſticana Syra? Licinius Macer in Epiſtola ad Senatum: Illi ſuam vitam mecum cõtendunt, quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera vitæ, nouæ cicatrici vt locus nõ ſit. Nęuius in Lycur. Caueſis tuam cõtendas iram cõtra cum ira Liberi. Acc. in Tereo: Video ego te mulier more multarum vtier, Vt vim contendas tuam ad maieſtatem viri. Varro γνῶθι σεαυτόν: Age nunc contende alterum genus philotheoron, nequid ibi viderit melius. Contendere, certare. M. Tul. de offic. lib. j: Miſerrima omnino ambitio eſt, honorumq. contentio. Virg. Æn. lib. iiij:--Quis talia demens Abnuat, aut tecum malit contendere bello? Salluſt. in Iugurthino bello: Fretus multitudine militum ſperabat armis contendere. Cic. Tuſc. lib. ij: Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt. Contendere, continuare. Cic. de Orat. libro j: Id quod eius ſcribta declarant, & contentiones vocis & remiſſiones continuarentur. Et lib. iij: Nihil perniciofius, quam ecfuſa ſine intermiſſione contentio. Contendere iterum ſignificat extorquere. Cicero in Epiſtola Caſſij: Hoc a te ita contendo, vt in eo fortunas mas poſitas putem. Accius in Euryſace: Iam potere incipiam, & ſi nequid vi contendam, vt hic compotet texum Salaminem habeam. Turpilius Lemnijs: Habet poteſtatem vbi, poteſtatem ſenis; Pretio contendas, vt redemto Phædria Liceat redire antiquam in conſuetudinem. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Et petere imperium populi, & contendere honores. M. Tullius de officijs libro ij: Extremum

autem præceptum in beneficijs, operaq. danda, nequid contra æquitatem contendas. Contendit, proripuit, vel direxit ſignificat. Virgil. lib. v: Qui tamen aerias telum contendit in auras. Licinius Macer: Quo die magiſtratum obijt, repente celeri gradu perſorum ſe in Capitolium contendit. Turpilius Philopatro: —Gemmeas fortunas mater. hem, Qua cauſſa huc opere maximo contenditur? Pacuuius Duloreſte: Nihil coniectura quiui interpretarier, Quorſum flexiuice contẽderet. M. Tul. de Rep. Sed audiſſe te credo, Tubero, Platonem Socrate mortuo primum in Ægyptum diſcendi cauſſa poſt in Italiam contendiſſe. Afranius Epiſtola: Non licet me qua contendiſſem ita peruenire. Salluſt. in Iugurthæ bello: Ex prælio fugit in prouinciam, ac deinde Romam contendere. Var. Quinquatribus: Qui Tarentum tum ad Heraclidem Ponticum contenderet.

COMPONERE, exſimulare vel fingere. Accius Agamemn. Sic multi, animus quorum atroci vinctus malitia eſt, Cõpoſita dicta e pectore euoluunt ſuo, Quæ quum componas dicta factis diſcrepant. Salluſt. in Iugurt. Non ſunt compoſita verba mea; parui id facio; ipſa ſe virtus ſatis oſtendit. Componere, coniungere. Virg. lib. viij: Componens manibuſq. manus, atq. oribus ora. Lucil. Satyr. lib. viiij: Cum porlo bibo eodem, amplector, labra labellis * Compono, hoc eſt cum ψωλοκοποῦμαι. Idem in eodem: Tum latus componit lateri, & cum pectore pectus. Salluſt. Hiſt. lib. iiij: Suſpectuſque fuit, incertum vero, an per neglegentiam ſocietatem prædarum cum latronibus compoſuiſſe.

Cernere ſignificat videre. Virg. Æn. libro iij: Cernimus aſtantes ne quicquam lumine toruo. Cernere rurſum diſponere. Lucil. Satyr. lib. v: Poſtquam præſidium caſtris educere creuit. Idem libro xiij: Acribus inter ſe cum armis confligere cernit. Cernere, amittere. Var. Gerontodidaſcalo: Non vides apud Ennium eſſe ſcribtum, ter ſub armis malim vitam cernere, quam ſemel modo parere. Cernere, audire. Accius in Chryſippo: Quid agam? vox illius eſt certe, idem omnes cernimus. Cernere, iudicare. Pacuuius Armorum iudicio: Et ęquum eſt quod poſtulas, iurati cernant. Ennius Thyeſte: Impetrem facile ab animo, vt cernat vitalem Babium. Cernere rurſum dimicare, vel contendere. Accius Epinauſimache: Primores procerum reuocarēt nomina, niſi Eſſet qui armis ſecum vellet cernere. Ennius in Medea exſule: Nam ter ſub armis malim vitam cernere. Pacuuius Armorū iudicio: Qui ſeſe ad finem, eſſe ad cauſſandum volunt, De virtute & ego poteſtatem cernundi do omnibus. Cernere rurſum cedere; vnde & cernere hereditatem filij patribus, id eſt cedere dicti ſunt. Acc. Myrmidonibus: Regnum tibi permitti malunt; cernam, tradam exercitus.

Circumferre eſt proprie luſtrare. Lucil. Satyr. lib. ij: Tum facto omnia ſunt circumlatus. Plautus in Amphit. Iube iſtam pro cerrita circumferri. Virg. lib. vj: Idem ter ſocios pura circumtulit vnda.

Conſtituere, retinere, firmare. M. Tul. de off. lib. j: Ineuntis enim ætatis inſcitia ſenum conſti tuenda & regenda eſt prudentia.

COMPARARE, dare. M.Tull. in Verrem de ſupplicijs: Ex omni gemitu ac dolore certa merces comparabatur.

CONFIDENTIA eſt fiducia: Virgil. Æn. lib. j: ---Et afflictis melius confidere rebus. Confidentia, duritia, patientia. Plaut. in Aſin. Scapularum confidentia, virtute vlmorum freti. Confidentia rurſum temeritas, audacia. Pacuuius in Atalanta: Gradere, atq. atrocem coercere confidentiam. Idem lib. x: Improbus, cõfidens, nequam, malus videatur. Turpil. Leucadia: Vidẽ tu frugis inceſſum; quam eſt confidens; di iſthunc perduint. Idem Terentius: Quo illo homine viuit confidentius? Acc. in Myrmidonibus: Iram infrenes, obſtes animis, reprimas confidentiam. Afranius Vopiſco: Excludat vxor tam confidenter virum? Non faciet. Virg. Georg. lib. iiij: Nam quis te, iuuenum confidentiſſime, noſtras Iuſſit adirẽ domos? Terent. in Andria: Neſcio qui ſenex venit modo; ellum, confidens, catus. Confidentia, conſtantia. M.Tul. de Rep. lib. iij: Duas ſibi res, quominus in vulgus & in foro diceret, confidentiam & vocem defuiſſe. Næuius in Danae: Excidit orationis omnis confidentia. Plautus Amphit. --- Quæ non delinquit, decet Audacem eſſe, confidẽter pro ſe & proterue loqui.

CONSTERNARI ſignificat deici. Conſternari rurſum erigi. Pacu. in Peribœa: Cõſterna te anime, ex pectore hac & voluere Conſilium ſubit omnes, quod de nata eſt modo; Qui pacto inimicis mortem, & huic vitam efferas. Idem Duloreſte: Vnde exoritur? quo pręſidio fretus? auxilijs quibus? Quo conſilio conſternatur? qua vi? cuius copijs?

CVRRICVLVS, vt conſuetudo fert, a curru diminutio eſt;dicitur breuiſſimum vehiculi birotigenus. Curriculus, curſus. Varro in Epiſtola Iulij Cæſaris: Quem ſimulac Romam veniſſe mihi attigit auris nuntius, Exemplo eas in curriculum contuli propere pedes.

CALVMNIA eſt malitioſa & mendax infamatio.

CONVENIRE, placere, conſtituere. Siſenna Hiſt.lib. iiij: Signum nactus a Papo, qui inter eos tolli conuenerat.

CALVMNIA rurſum calliditas. M. Tullius de Repub.libro ij: Vt Carneadi reſpondeatis, qui ſæpe optimas cauſſas ingenij calumnia ludificari ſolet.

CALIDVM eſt feruens. Virg. Æneid. lib.viiij: Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen. Caldum, citatum, & velox. Varro περὶ κεραυνοῦ: Quum dixiſſet vitulus, ecce tibi caldis pedibus quidam nauicularius ſemuſtilatus irrumpitſe in curiam.

CÆLVM eſt deorum domicilium. Virgil. Æn. lib. iiij: ---Cælum qui vertice fulſit. Cælum rurſus aer. M.Tul.de deorum nat.lib.ij: Aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aer ſit purus, ac tenuis, quam illorum qui vtantur craſſo cælo atque concreto.

CALIDVM, ferox, & inconſultum. M.Tul.de Rep.lib. j: Sic reperias multos, quibus periculoſa & calida conſilia.

CONTENTVS dicitur, cui res etiam parua abunde eſt. Virg.l.vij: ---Patrijs ſed non & filius aruis Con-

tentus. Terentius in Eunucho: — Quia Neque tu vno eras contenta, neque ſolus dedit. Lucillius libro xxx: Et his te verſibus interea contentus teneto. M. Tullius ad Brutum: Sic igitur facies, & me aut amabis, aut, quod contentus ſum, diliges. Idem de offic. lib. ij: Breuitatis cauſſa familia contenti erimus vna.

CONTENDERE, feſtinare. Virgil. Æn. libro j: —Quæ proxima litora, curſu contendunt petere. M. Tullius in Verrinis actione ij: Hæc vbi filio nuntiata ſunt ſtatim exanimatus ad ædis contendit, vt & vitæ patris, & pudicitiæ ſororis ſuccurreret. Contendere, intendere. M. Tull. in Hortenſio: Magna etiam animi contentio adhibenda eſt explicando Ariſtotele, ſi leges.

COMPONERE, pro redimere. Salluſt. libro j: Quin lenones, & vinarij, lanijq. quorum præterea vulgus in dies vſum habet, pretio compoſiti.

COGERE, corradere. Varro in Eumenidibus: Furando tamen, ac morbo ſtimulatus eodem Ex ſeſe ipſe aliquid quęrat, cogatq. peculi. Cogere eſt vrgere. M. Tul. de offic. lib. iij: Diogenes contra; Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem eſt? Terentius in Eunucho: Iubeſne? iubeo, cogo, atq. impero. Cogere, mollire, ſubigere. Varro Virgula diuina: Sed pancarpineo ibo coacto Libamenta legens caduca victus. Cogere, in vnum colligere. Siſen. Hiſtor. lib. iiij: Summoti, & intra mœnia rurſum coacti. Cicero Tuſcul. lib. j: Cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventiq. coguntur. Terentius in Heaut. —Quaſi talenta ad quindecim Coegi. M. Tul. ad M. Catonem: Coactoq. in vnum exercitu

caſtra in Lycaonia apud Iconium faceret. Virgilius in Bucolic. Cogere donec oues ſtabulis. Lucillius lib. xxvj: Rauco contionem ſonitu, & curuis cogant cornibus. Cogere, mulgere. Vigilius in Bucolicis: Cogite oues pueri; ſi lac præceperit æſtus, Vt nuper, fruſtra preſſabimus vbera palmis. Cogere, ſtringere. Virgil. Georg. lib. iiij: —Nam frigore mella Cogit hyems, eademq. calor liquefacta remittit. Cogere imprimere, coartare. Virg. lib. vij: Quadrifidam quercum cuneis vt forte coactis Scindebant.

Clavdere ſignificat includere. Virg. Georg. lib. iij: Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant. Claudere rurſus obſiſtere. Virgil. Æn. lib. x: Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Claudere, circumire. Virg. in Bucol. —Claudite Nymphæ Dictææ, Nymphę nemorum iam claudite ſaltus, Siqua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris Errabunda bouis veſtigia.

Citvm, celer. Salluſtius in Catilinę bello: Citus modo, modo tardus inceſſus. Citum, diuiſum, vel ſeparatum; vnde & oſcitare dictum eſt. Virg. Æn. lib. viij: Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ diſtulerant.

Citare eſt vocare. M. Tull. in Verrem: Citat reum; non reſpondit: citat accuſatorem. Citare, incitare, prouocare. M. Tul. de Diuinatione: Quorum ſtudium legendi, non ſcribendi ſtudium vehementius in dies citant. Citare, laudare. M. Tul. de offic. lib. j: Citeturque Salamis clariſſimæ victoriæ, quę anteponatur conſilio Solonis.

Contentvm dicitur extenſum. Virgil. lib. v:

Tunc rapidus iamdudum arcu contenta parato Tela tenens. Lucil.lib.xxx: Hic vt muſcipula contenta,atq. ſcorpios cauda Sublata. Contentum, colligatum,coniunctum.Virg.Georg.lib.iij:Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra. Contentum,continuum,perſeuerans.Cic.Tuſc.lib. v:Socraten ferunt,quum vſq. ad veſperum contentius ambularet,quæſitumq.eſſet ex eo,cur id faceret.

CADERE eſt ruere. Virg. Georgic.lib.j: --Illa cadens raucum per leuia murmur Saxa ciet. Cadere,occidere.Virg.Æn.lib.ij:--Cadit & Ripheus, iuſtiſſimus vnus Qui fuit in Teucris. Cadere, euenire.M. Tul.de offic.lib.iij: Et, vt idem dicunt, omnes numeros habet, nec præter ſapientem cadere in quemquam poteſt.

CAPESSERE, perferre. Virg.Æn.lib. j: --Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Plaut. in Aulul. In erum matura, in ſe ſera condecet capeſſere. Capeſſere, immittere. Plaut.in Aſin. Quo magis te in altum capeſſis,æſtus te in portum refert.Capeſſere, recipere. Plautus in Amphit. Nunc pergam eri imperium perſequi,& me domum capeſſere.

COMMODVM, ſicuti plerumq.vtile. Commodum,aptum,conueniens.Virgil.lib.xj:--Accommoda fraudi. Commodum,integrum,totum. Lucillius:--Bis quina octogena videbis Commoda te Capua quinquaginta atq. ducenta. Plautus in Aſinaria: Viginti argenti commodas minas, eius quas dem matri.

CANDET, ignitum eſt.M. Tul.de off. lib. ij: Candente carbone adurebat capillum. Candet,candidum eſt. Virg.Æn.lib.iiij: Candentis vaccæ media

inter cornua fundit. Var. in γνῶθι σεαυτόν: Candens corpore taurus, Triuio lumine lunæ.

Castvm, ſine libidinis & turpitudinis nota. Virg. Geor. lib. ij: Caſta pudicitiam ſeruat domus. Caſtum, religioſum. Virgil. lib. vj: Quique Sacerdotes caſti, dum vita maneret. Varro Gerontodidaſcalo: Ergo tum ſacrę, religioſæ, caſtæq. fuerunt res omnes. Idem in Eumenid. Nam quæ venuſtas hic adeſt gallantibus? Quę caſta veſtis? Caſtum, a furtis & rapinis abſtinens. Var. Andabatis: Nec manus viſco tenaci tinxerat viri caſta. Caſtum, ſuaue, iucundum. Varro Parmenone: Demitis acris pectore luctus Cantu, caſtaq. poeſi.

Censere ſignificat exiſtimare, arbitrari. Accius Euryſace: Nam ea oblectat ſpes erumnoſum hoſpitem, Dum id quod miſer clam eſſe cenſet alteros. Næuius Pœnici belli libro vj: Cenſent eo venturum obuiam Pœnum. Caſſius Hemina Hiſtor. libro ij: Cenſuit ſeſe regem Porſennam occidere. Quadrigarius Annali lib. vj: Ne nos ad certationem cenſeas hæc incepiſſe. Cenſere, ſuſcenſere. Varro Caprino prelio, περὶ ἡδονῆς: Ne vobis cenſeam, ſi ad me referretis.

Coniicere eſt iacere. Virgil. Æn. libro ij: —Telumq. imbelle ſine ictu Coniecit. Afranius Simulante: Vellem interueniſſem ante, nam vt ſigna indicant, Hi coniecere verba inter ſe acrius. Conijcere, colligere, certare. Afranius Simulante: Nolim mater me præſente cum patre conijcere, non ſine non vis, mel meum. Conijcere, agere. Afranius Materteris: Cauſſam conijcerę hodie ad te volo, Ambon adeſtis, profuturos arbitror.

Conijcere, furari, auferre. Afranius Incendio: —Seruus eſt mihi Nicaſio, ſceleratus, curioſus, is Cum filio ei conijcere ad neſcio quid de latratiuncula. Lucil.lib.ij: Quid dicis? cur eſt factum, quod conijcis iſtuc?

CONTINGERE eſt tangere. Virgil. Æn.libro ij: —Funemq.manu contingere gaudent. Contingere, euenire. M.Tull. *Tuſculan.* lib. v: Quod nõ modo ſingulis hominibus, ſed potentiſſimis populis ſæpe contingit. Ennius Thyeſte: Quam mihi maxime hic hodie contigerit malum.

CONFERRE ſignificationem habet manifeſtam. M. Tul.de offic.lib. ij: Omnis meas curas, cogitationeſq.in eam conferebam. Conferre, conſerere. Virg.lib.viiij: Ergo, etſi conferre manum furor, iraq.monſtrat. Conferre, contollere. Virgil. Et conferre gradum, & procedere longius audet. Conferre, comparare. M. Tul. de offic. libro ij: Quæ conferri cum eorum ſtudijs poteſt? Conferre, transferre. M. Tul. de offic. lib. ij: Ad hoc nos ſtudium potiſſimum contuliſſemus.

CONFECTVM dicitur occiſum, exanimatum. Virgilius lib.xj: Hactenus Acca ſoror potui; nunc vulnus acerbum Conficit. M. Tul. de ſupplicijs: Plagis confectum dico a lictoribus tuis C. R. ante oculos tuos occidiſſe. Confectum, defeſſum. Virgil.lib.xj: Ducitur infelix æuo confectus Acoetes. Lucil.lib.xxvj: Tum doloribus confectum corpus animo obſiſtere. M Tull.de offic.libro ij: Nec me angoribus dedi, quibus eram confectus. Conficere, frangere. Lucillius libro xxviij: Malo hercle veſtro confectores cardinum. Conficere, colli-

gere. Terentius in Phormione : —Id vt conficerem; confeci, adfero. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem libro j: In ſingulas tegulas impoſitis ſexcentis, ſexcenties confici poſſe. Et in Verrem actione ij: Per magnam eum dicere ex illa re pecuniam confici poſſe. Lucil. lib. xxvj : Non te multitudinem tuorum, quam in album indidita dextera confici ſibi. Conficere, facere. Terent. in Phorm. Bonas me abſente hic confeciſtis nubtias. M. Tullius in Hortenſio : Ea facultas maioribus noſtris erat, qui confectis Senatuſconſultis. Et Tuſcul. libro j: Nihil eſt enim apud iſtos, quod non eorum turba conficiat. Conficere, explicare. M. Tul. de offic. lib. ij : Honeſtatis pars confecta eſt, quam tibi cupio eſſe notiſſimam. Conficere, conſumere, finire. Terent. in Phorm. Quum hic non videant me, conficere credant argentum ſuum. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem lib j: Bellum vt opinio mea ferret, conſenſu ciuitatis confectum iam haberemus. Lucil. lib. xxx : —Conficit ipſe, comeſtq. M. Tul. in Hortenſio : Quæ eſt enim confectio valetudinis? quæ deformatio corporis?

Concedere, dare, vel permittere. M. Tul. in Verrem actione j : Da mihi hoc, concede quod facile eſt. Virgil. libro vij: —Conceſſit in iras Ipſe Deum antiquam genitor Calydona Dianæ. Terent. in Adelphis: Hui metuiſti nunc ſi de tuo iure conceſſiſſes paululum. Lucil. lib. xxviij: Concedat homini id quod velit, deleniat. M. Tul. de off. lib. iij: Si negent, omnia turpia per ſe ipſa fugienda eſſe concedant. Concedere, credere, vel conſentire. Terrent. in Phorm. —Numquamne hodie conce-

des mihi,neq.intelliges?Lucil.lib.xxvij:In concedere vnum atque in eo dare quo ſuperatur manus. Concedere,recedere,vel cedere. Terent.in Hecyra : Hic video me inuiſam eſſe merito,tempus eſt concedere. Afran.in Incẽdio: Atq.etiam incendit hoc,procul conceſſero.Cęcil.Titthe: --Hic dum abit,huc conceſſero.Cic.Tuſc.lib.iiij:Vt quũ magnitudini medicinę doloris magnitudo cõcederet.

CONSEQVI ſignificat ſequi. Virgil.lib.quinto:--- Quem deinde Cloanthus Conſequitur. M. Tul. de offic. lib.iij : Ex quo intellegi debet, illum mentis agitatione,inueſtigationeq. earum rerum, quas cogitando conſequebatur,neq.otioſum,nec ſolum vmquam fuiſſe.Conſequi,adipiſci.M.Tul. Epiſtola ad Cæſarem,lib.j: Tunc quum ea quæ es ab ſenatu ſummo cum honore tuo conſecutus. Idem in Verrem act. j : Quod ego meo labore & vigilijs conſecutus ſum. Conſequi , exprimere, definire. M. Tul. ad Cęſarem : Extrema vero nec quanta, nec qualia ſint, verbis conſequi poſſum.

CONSERERE dictum eſt miſcere.Virgil.Æn. lib. ij: Multaq.per cæcam congreſſi pręlia noctem Conſerimus. Conſerere,inſerere. Virg.Georgic. lib.ij :---Iuuat Iſmara Baccho conſerere.

CONVENIRE, aptum eſſe.M.Tul.in Hortenſio:Nam quod vereris , ne non conueniat noſtris ætatibus iſta oratio , quæ ſpectet ad hortandum. Conuenire ſignificat obuium fieri. Terent.in Eunucho: Conueni hodie aduenìens mei loci quemdam atque ordinis Hominem. Conuenire,videre. M.Tul.de ſenectute: Neq.vero eos ſolum conuenire habeo , quos ipſe cognoui , ſed illos etiam de

quibus audiui,& legi & ipſe conſcribſi. Plautus in Aſin. Ætatem velim ſeruire, libanum vt conueniam mōdo. Conuenire,colligi,coire. Virg. Æn. lib.j: Conueniunt,quib.aut odium crudele tyranni. M.Tul.in Philipp. lib.iij: Cui quidem hodierno die P. C. nunc enim primum ita conuenimus. Conuenirę, conſtare. Terent.in Phorm. —Conuenit numerus, quantum debui. Conuenire,ſimilem eſſe. Varro Longe fugit,qui ſuos fugit: Solus rex, ſolus rhetor, ſolus formoſus, fortis, æquus vel ad ædilicium modium,purus,putus: ſi ad hunc charactera cleophantus conueniet, caue attigeris hominem. Conuenire,placere,certum fieri. Virg. libro xij: Ceſſerit Auſonio ſi fors victoria Turno, Conuenit euandri victos diſcedere ad vrbem. M. Tul.de fin. bon & mal. lib. v: Viuendi cupiditate incenſi omnes ſumus, atq. hoc mihi cum tuo fratre conuenit. Conuenire, interpellare. M.Tul. in Verrem act. ij: Non dubitat quin ſi ipſe Verrem conueniſſet,æquitate cauſſæ,auctoritate ſua commouere hominem poſſit. Lucil. lib. xxviiij: Hæc tum conuentus, tela, inſidaſq.locaui.

Cædere eſt verberibus dedere. Terentius in Andria: Verberibus cęſum te in piſtrinum Daue dedam. M. Tul. de Supplicijs: Cędebatur virgis medio in foro Meſſanę C. R. Cędere, excidere. Virg. Georg. lib. j: Cęditur & tilia ante iugo leuis. Lucil.lib.xxvj: Lignum cædat,penſum faciat,ædis verrat,vapulet. M.Tul. in Hort. Aut tibi id ipſum peruertēdum fuit,quod tu ne attigiſti quidem,aut eius partes quaſi mēbra quędam cędenda. Cędere, occidere,vel mactare. Virg.Georg.Non aliam ob

culpam Baccho caper omnibus aris Cęditur. Et Æn. libro ij: Cæduntur vigiles. Varro in Eumenidibus: Maximum credit ferro ſe cædere Vlyſſem, Quum bacchans ſyluam cædit, porcoſque trucidat. Cædere, immolare. Plaut. in Aulul. Cædendum conduxi ego illum. Virgil. Æneid. lib. v: ---Cædit quinas de more bidentis. Cædere, frangere. Virg. Georg. libro iij: ---Cæduntq. ſecuribus humida vina. M. Tullius in Verrem actione ſecunda: Cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro. Lucil. libro xxviiij: Cæde oſtium, grato vrgere iſtam perimus. Cædere, commiſcere. Lucillius libro xxx: Lana opus omne perit, fallor tiniæ omnia cædunt.

CVATERE ſignificat percutere Virgilius libro viiij: Quadripedante putrem ſonitu cuatit vngula campum. Cuatit, infeſtat. Virg. libro viiij: Aut raſtris terram domat, aut cuatit oppida bello. Cuatit, includit. Terentius in Eunucho: Nimirum homo quatietur certe cum dono foras. Cuatit, mouet. Virgil. libro x: At vero ingentem cuatiens Mezentius haſtam.

CONSTAT, valet, conſiſtit. Lucillius lib. xxvj: Trado ergo alias nummo, porro quod mihi conſtat carius. Cic. Tuſculan. lib. j: Animus, qui ſi eſt quatuor horum generum, vnde omnia conſtare dicuntur. Conſtitit dicitur ſtetit. Virg. Æn. lib. iiij: Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Conſtitit. --Conſtitit, erectus eſt. Plaut. in Amphitr. Fremitu virum, & ſpiritu, atque anhelitu nebula conſtat. Virg. lib. v: Conſtitit in digitos. Cicero Tuſc. libro j: Vbi rigida conſtat craſſa caligo inferum. Conſtat, compoſitum eſt. Lucillius libro xxvj:

Principio Phyſici omnes ex anima & corpore conſtare hominem dicunt. Siſen. Hiſt. lib. iiij: Multitudinem procul hoſtium conſtare viderunt. Conſtat, conuenit, manifeſtum eſt. M. Tul. ad Cęſarem iuniorem lib. ij: Quum conſtat Cæſarem Lupercis id vectigal dediſſe: qui autem poterat id conſtare? Et Tuſcul. lib. j: Siue quod a grauioribus leuiora natura repellantur, quæ quum conſtet.

CONSTITVERE eſt proponere, definire. Virg. Æn. lib. j: —Homineſne, feręne Quęrere cōſtituit. Conſtituere, inſtituere. M. Tul. de ſenectute: Conſtitutiones modo delectant, ſed etiam inſtitutiones. Conſtituere, parare. M. Tul. in Verrem actione ij: Quod vbi erat Philodamo nuntiatum, tametſi erat ignarus quantum ſibi ac liberis ſuis iam tum mali conſtitueretur. Conſtituere, erigere. Virg. lib. vj: —Et feralis ante cupreſſos Conſtituunt.

COLLIGERE, in vnum redigere. Virg. Æn. lib. v: Colligere arma iubet validiſq. incumbere remis. M. Tullius in Philippicis lib. vj: Succurrendum eſt De Bruto, omnes vndiq. copiæ colligendæ. Colligere, reficere. Cic. in Verrem actione iij: Sed manifeſto furto perturbatus, vbi ſe collegit. Colligere, celare, ſupprimere. Virgil. lib. xij: Subſtitit Æneas & ſe collegit in arma Poplite ſubſidens. Colligere, auferre. Lucil. libro xxx: —Ruis hoc, & colligis omnia furtim. Plaut. Aulul. Quin ipſi pridem tonſor vnguis demſerat; Collegit, omnia abſtulit præſegmina.

CONTINENS eſt abſtinens, integer. M. Tul. ad M. Catonem: Vt quæ copijs & opibus ferre vix poſſumus, ea manſuetudine, & continentia noſtra,

ſociorum fidelitate tueamur. Continens, coniunctum,continuum.M.Tul.in Epiſtola ad Senatum: Itaq. cum exercitu per Cappadociç partem eam, quæ cum Cilicia continens eſt,iter feci.Et in Hortenſio : Ne in continentibus quidem terriş veſtrum nomen dilatari poteſt.

CVRATVM eſt natum. Curatum,poſt laborem rēfectum.Virgil.Corpora curamus, feſſos ſopor irrigat artus. Curatum , cum delectu apparatum. Lucil.lib.xxx: Et circumuolitant ficetulę,turdi, curatis ſoci.

CONDVCERE,emere. Plaut. in Aulul.Cędendum conduxi ego illum. — Conducere eſt, ſicuti vſu. Lucillius lib.xxviiij: Magno non magna mercede,magno quod conduxeris. M. Tul.de off.lib. ij: Vt ſæpe in noſtra Rep. videmus,mercede conducti. Conducere,colligere,conuocare.Var. Manio: Manius mane ſuſcitat,roſtrum ſum roſtra adfert,populum in forum cōducit. Conducere,conuertere.Lucil.lib.xxx: Et virtute tua,& claris conducere chartis. Conducere,vtile eſſe.* Solus vero ſoli quid re & quæſti conducat ſuo. M.Tul. de off. lib.iij:Stulte,etiamne,ſi Reip. conducebat?Poteſt autem quod Reip.inutile ſit , id quiquam ciui vtile eſſe. Idem de Repub.lib. primo:Facilliſmam autem in ea Repub. eſſe poſſe concordiam , in qua idem conducat omnibus. Siſen. Hiſtor. libro iiij: Quid rempublicam ſuam maxime conducere videretur.

CONCELEBRARE dicitur commouere.Lucr. lib. j : Quæ mare nauigerum , quæ terras frugiferentes Concelebras. Concelebrare, Diffama-

re; dictum a celebritate. Lucil. lib. xxx: Multis indu locis ſermonibus concelebrarunt.

Credere eſt fidem habere dictis, vel factis. Lucil.lib.xxvij: —Hymnis. velim te id quod verum eſt credere. Virg.Æn.lib.ij: Ora dei iuſſu non vnquam credita Teucris. Credere, fidei committere. Lucil.lib.xxviij: Vitam ac fortunas cui concrediderim meas. Credere eſt ſeruandum commendare. Plautus in Aulul. Vbi is obijt mortem, qui mihi id aurum credidit.

Commodare eſt mutuari. Lucil.libro xxvij: Certa ſunt ſine detrimento, quæ inter ſeſe commodent. M. Tul.de offic.lib.ij: Atq.vt dando, & accipiendo, mutandiſq. facultatibus, & commodandis, nulla re egeremus. Commodare, cum commodo dare. M.Tul.ad filium libro ij: Cui ego quibuſcumq. rebus potero, libētiſſime commodabo.

Captare, capere. Lucil.lib.xxvij: Quod ſi pauliſper captare, atq. obſeruare hæc volueris.

Cognoſcere eſt audire, æſtimare. Lucil.lib. xxvj: Rem cognoſcas ſimul, & dictis animum attendas, poſtulo. Pompon. Panſa Papipolæ: Magis curabo vbi cognorint, omnes vna aſſentiant. Terent.in Andria: Eo pacto & gnati vitam, & conſilium meum Cognoſces. Virg.Georg.lib.j: Ni refugis, tenuiſq. piget cognoſcere curas. Cognoſcere, noſſe, vel pręſpicere. Virg.lib.viiij: Venatu aſſiduo, & totum cognouimus amnē. Idem Geor.lib. ij: Nunc, quo quamque modo poſſis cognoſcere, dicam. M.Tul. in Hortenſio: Vnde autem facilius, quam ex annalium monumentis aut bellicæ res, aut omnis Reip. diſciplina cognoſcitur? Idem & de-

ſenectute: Neq. vero quos ipſe cognoui, ſed illos etiam, de quibus & audiui, & legi, & ipſe conſcribſi. Cognoſcere, agnoſcere. Virg. in Bucol. Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem. M. Tullius de Repub. libro j: Cognoſcere me hercule, inquit, conſuetudinem iſtam, & ſtudium, ſermonemque. Varro Seſquiul. Vereor, ne me quoque, quum domum ab Ilio ceſſim reuertero, præter canem cognoſcat nemo.

COMPETERE ſignificat, quod eſt honorem, vel coniugium, vel quiduis aliquod aduerſus alium petere; vnde competitores, vt ſæpe. Competere, par eſſe, vel ſimile: inde & in æſtimatione rerum, hoc illi competit, dicimus. Competere, rei cuiuſq. meminiſſe, aut conſtanter valere. Salluſtius Hiſt. lib. j: Sic vero quaſi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competere.

D.

DAMNARE eſt damno adficere, vnde & condemnare dictum eſt. E contrario nullo damno adfectum, indemnem, probamus. Damnare eſt exheredare. Lucil. Satyr. lib. xj: Caſſius Gaius hic operarius, quem Cephalonem Dicimus ſectorem, Furiumque, hunc Tullius quem Index hæredem facit, & damnati alij omnes. Damnare, neceſſitate conſtringi. Terentius in Phormione: Tuus eſt damnatus natus, non tu. Damnare eſt & morti dare. Virgil. Æn. libro iiij: Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat, ſtigioque caput damnauerat Orco. Accius Armorum iudicio: Maior erit luctus, quum me damnatum audiet. M. Tul. in Verrem actione j: Reus in iudicium

adductus eſt Verres,homo vita atq.factis omnium iam opinione damnatus.Damnare,& condemnare, pro liberare poſitum eſt. Titinnius Veliterna: Fortaſſe votum fuiſſe,quo die liber foret, Nunc eius voti condemnatus eſt, immolauit hoſtiam. Virgilius libro xij: Quem damnet labor, aut quo vergat pondere letum. Turpilius in Leucadia: Et amplius illam apparere condecet, quandoquidem voti condemnata eſt. Virgilius in Bucol.— Damnabis tu quoq. votis. Siſen. Hiſtor. lib. iiij: Quo voto damnati fetum omnem dicuntur eius anni ſtatim conſecraſſe. Cicero Tuſculanorum lib. v: Rerum naturam, quam errorem noſtrum damnare malumus.

DELICERE eſt illicere. Titinnius in Quinto: Quod ea paraſitus habeat, qui illum ſciat Delicere,& noctem facere poſſit de die.

DEFENDERE, vindicare,depellere. Virg. in Bucol. Solſtitium pecori defendite. Defendere, tueri,depellere.Ennius Achille: Serua ciues,defende hoſtes, quum potes defendere.

DELICA eſt aperi, & explana. Titinnius in Quinto: Quid iſtuc eſt, aut quid iſtic ſibi vult ſermo? mater delica.Idem Pręlia: Tibine comœdiam, quam ſciam, non delicem? Cæcilius Oboloſtate: —Si linguas decem Habeam,vix habeam ſatis te qui laudem, Lache. Immo vero,hęc ante ſolitus ſum; res delicat. Accius in Achille: Qua re alia ex crimine inimicorum effugere poſſis, delica. Lucillius libro xxx: Nemo iſtum ventrem pertundet, delicetq. Vti via,atque videbis.

DELENITVS, ad noſtram conſuetudinem pla-

catus. Turpilius in Demetrio: Vide mirum ingenium, ac deleneficam mulierem; Commorat hominem lachrymis. Delenitus, delectatus. M. Tullius ad Caſſium libro j: Iam biennium eſt, quum virtuti nuntium remiſiſti delenitus illecebris voluptatis. Lucil. lib. xxx: Præſeruit, labra delicit, deleni t amore. Delenitus eſt mente alienatus. Plaut. in Amphitr. Delenitus ſum profecto, ita vt me qui ſim neſciam. Lucil. lib. xxviij: Concedat homini id quod vult, deleniat, Corrumpat prorſus, ac neruos omnis eligat. Titinnius Prælia: Verum enim dotibus deleniti vltro etiam vxoribus ancillantur.

DEGERE eſt agere. Lucretius lib. ij: Degimus hoc æui quodcumque eſt. Degere eſt etiam minuere. Plaut. in Aulul. Nunc ego iſtum ſoror, laborem degam & diminuam tibi. Degere eſt detrahere. Plautus in Epidico: —Degetur corium de tergo meo.

DARE, exhibere. M. Tul. de ſignis: Cn. Pompeius eſt Philo, qui fuit, in Tyndaritano cænam illi dabat apud villam. Terent. in Heaut. Namq. ei vnam cænam, atque eius comitibus Dedi. Dare, facere. Virg. Æn. lib. j: —Tu das epulis accumbere diuum. Et lib. iij: Immotamque coli dedit, & contemnere ventos. Da ſignificantiam habet manifeſtam, id eſt, dic. Virg. Æn. lib. iij: Da propriam, Thymbræe, domum. Da, dic. Virgil. in Bucol. Sed tamen iſte deus qui ſit, de Tityre nobis. Et Æn. lib. vj: —Tuque o ſanctiſſima vates Præſcia venturi; da, non indebita poſco. Terent. in Heautont. Nunc quamobrem has partis didicerim, paucis dabo. Lucil.

lib.xxx: Si liceat facere, etiam hoc verſibus reddere quod do. Et lib.xxviij: Perſuade, & tranſi, vel da quamobrem tranſeas. Dare, aſcribere. M.Tul. in Verrem diuinatione: Ego etiam quæ tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum.

Deponere eſt ponere. Virg. in Bucol. De grege non auſim quicquam deponere tecum. M.Tul. Exiſtimaui honeſtiſſime moleſtias poſſe deponi, ſi me ad philoſophiam retuliſſem. Deponere eſt commendare. Accius in Erigona: Hoſpitem depoſita interimes. Afranius Epiſtola: Amare, habuere puerum depoſitum foris. M.Tullius de offic. libro iij: Ergo & promiſſa non facienda nonnunquam, neq. ſemper depoſita reddenda. Deponere eſt alienare. Plautus in Aulul. Vt me deponat vino, eam adfectat viam. Deponere eſt deſperare; vnde & depoſiti deſperati dicuntur. Lucil. Satyr. lib. iij: Symmachus, præterea iam tum depoſtus bubulcus Exhalans animam pulmonibus æger agebat. Virg. libro xij: Ille vt depoſiti proferret fata parentis. Accius in Tereo: Tereus indomito more atq. animo barbaro Conſpexit in eam amore vecors flammeo, & Depoſitus, facinus peſſimum ex dementia Confingit. Idem in Alpheſibœa: ---Etſi eſt in malis Depoſitus animus meus, quæ ſcibo exinde audies. M.Tul in Verrem act.ij: Itaque mihi videor, Iudices, magnam, & maxime ægram, & prope deſperatam Reip. partem ſuſcepiſſe. Cæcilius in Oboloſtate: Depoſitus modo ſum anima, vita ſepultus ſum.

Destitui eſt deſolari. Deſtitui rurſum ſtatui. Næuius in Gymnaſtico: In alto nauem iubet

deſtitui anchoris. Cęcil. Symbolo: Deſtituit omnes ſeruos ad menſam ante ſe.

DEDICARE eſt dicere. Acc. in Alpheſibœa: Aduereor, quum te eſſe Alcmæonis fratrem factis dedicat. Cęlius in Annalium lib. j: Legati quo miſſi ſunt, veniunt, dedicant mandata.

DICERE, conſtituere. Terentius in Andria: Placuit; deſpondi, hic nubtijs dictus eſt dies. Dicere, denuntiare. Lucil. lib. xxviij: Minitari aperte capitis dicturum diem. Terentius in Andria: —Sed dico tibi, Ne temere facias. Dicere eſt indicare. Virgilius in Bucol. Dic mihi Damœta, cuium pecus? Dicere, dîcare. Virgil. lib. vj: Iunoni infernæ dictus ſacer. Dicere, deſtinare. M. Tullius de offic. lib. iij: Et is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſſa poſtulauiſſet. Dicere etiam promittere. Pomponius in Pictoribus: Nummos certos dicas; dico quinquaginta millia. Salluſt. Hiſtor. lib. ij: Eodem anno in Macedonia Gaius Curio principio veris cum omni exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit pecunias dictas coegit. Afran. in Vopiſco: Igitur quieſce, & quoniam inter nos nubtiæ Sunt dictæ, parcas iſtis verbis, ſi placet. Idem Fratrijs: Dat ruſtico neſcio cui vicino ſuo Perpauperi, cui dicat dotis paululum. Pacuuius in Hermiona: Prius data eſt, quam tibi dari dicta, aut quam reditum eſt Pergamo. Varro Myſterijs: In id virgo, dos a femina, vt auferatur, quæ mihi poſtea quam ad concordiam dicta eſt. Dicere, dare. M. Tul. de offic. lib. ij: Commode autem, quicumque dixit pecuniam.

DIGNATVS ſignificat dignus habitus. Virgilius lib.iij: Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo. Acc.in Neoptolemo: Sed quem mihi iungent,tuiq. tu illo fuerint, dignabor dari. Idem in Atreo: Egone argiuum imperium attingam, aut Pelopis digner domo? Quo me oſtendam? quod templum adeam?quem ore funeſto colloquar?Cicero in Orat. Quamquam enim omnis locutio oratio eſt. *tamen vnius oratoris locutio hoc proprio dignata nomine eſt. Idem de Oratore lib.iij: Res complures diſsimiles inter ſe,* Quæ tamen conſimili laude dignantur.

DARE, oſtendere. Lucillius lib.xxvj: Animo qui ægrotat, vidimus corpore hunc ſignum dare. Dare,petere.Lucil.libro v: Sicuti quum primus ficos propola recentis Protulit,& pretio ingenti dat primitus paucos.

DOMINVS dicitur,cui ſeruitur.Virgil.Æneid. lib.j: Romanos rerum dominos, gentemq. togatam.Dominus rurſum appellatur conuiuij exhibitor;vnde & dominia,conuiuia.Lucil.Satyr.lib.vj: Qui te bonus Iupiter, inquit,Craſſo Muciū quum cænebat,dominum fortem.Idemlib.xiij:Primum dominia atq.ſodalitia omnia tollantur. Turpilius Philopatro:—Forte eo die Meretricis ad me delenitate Atticæ vt Conuenerant,condixerantq. cænam apud Me,Thais,atq. Erotium,Antiphila,Pythias;Ego extra cubui domina. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Dominum conuiuij, vinum, aliudue quid mi laudato. Salluſt.Hiſt.lib.iij: Alter ſcriba Męcenas:In imo medius inter Tarquinium,&dominum Perpenna. M.Tul. in Verr. Frumentaria:

Argento dominos veſtræ. Varro in Endymionibus: Diſcumbimus muſſati, dominus matura oua ad cænam committit. Domini etiam mulierum amatores. Dominus, maritus. Virg. Æneid. lib. iiij: —Connubia noſtra Reppulit, ac dominum Æneam in regna recepit.

DELIBERARE eſt dubitare. Terent. in Phorm. Ego amplius deliberandum cenſeo. Deliberatum, complecitum, vel definitum. Turpil. in Philopatro: Certum ac deliberatum eſt me illis obſequi.

DISCRIMEN, diuiſio, ſeparatio. Cic. de fin. bon. & mal. Homo & acutus, & diligens Chryſippus non contemnit, totumq. diſcrimen ſummi boni in eadem rerum cōparatione poſitum putat. Diſcrimen eſt periculum. Virg. Æn. lib. j: —Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium. Diſcrimen rurſum ſeparatio, a diſcernēdo; vnde & diſcerniculum dicitur acus, quæ capillos a media fronte diſſeparat. Salluſt. Hiſtor. lib. j: Sertorius portis turbam morantibus, & nullo, vt in terrore ſolet, generis, aut imperij diſcrimine, per calonum corpora ad medium euaſit: dein ſuperaſtantium manibus in murum attollitur. Virg. Æn. lib. j: Tros, Tyriuſq. mihi nullo diſcrimine habetur. M. Tul. in Philippicis lib. xij: Etruriam diſcriminat Caſſia. Lucil. libro xxviiij: Et amabat omnes, nam vt diſcrimen non facit, neque ſignat linea alba. Diſcrimen, certamen. Virgil. libro v: —Poſt hos æquo diſcrimine Priſtis, Centauruſq. locum tendunt ſuperare priorem.

DVCI, delectari, vel auocari. M. Tul. de fin. bon. libro v: Dantq. ſe ad ludendum, fabellarumque

auditione ducuntur. Ducere,pati. Virg. Æn. lib. iiij: Nate Dea, potes hoc ſuo caſu ducere ſomnos? Ducere,nudare, éxerere. Virg.Æn.lib.xij: Ille tamem clypeo obiecto conuerſus in hoſtem Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat. Ducere,excitare.M. Tul.in Verrem act.ij: Quod ſi quem ſtatuę magnopere delectant, ſi quis earum honore aut gloria ducitur. Ducere conſuetudine quam ſignificantiam habeat,claret;ſicut Virg.Æn.lib.xj: Ducitur infelix æuo confectus Acoetes: & multa talia. Ducere, illicere, inducere. M. Tullius de offic. lib. ij: Poſtremo pretio,aut mercede ducuntur. Et de ſenectute: Sic aduleſcentes ſenum præceptis gaudent, quibus ad virtutum ſtudia ducuntur. Ducere,ſtruere,erigere. Virg.Æn.lib.j:—Pars ducere muros, Molirique arcem. Ducere,exiſtimare,iudicare. Varro Sexageſi: Auidus iudex reum ducebat eſſe κοινὸν Hermen. Virg. lib. x: —Tanton me crimine dignum Duxiſti? M.Tul.in Verrem, in diuinatione: Clariſſimi viri noſtræ ciuitatis temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum,pulcherrimumq.ducebant.Lucil.lib.xxx: Non datur,admittit nemo,nec viuere ducunt. *Idem lib.xxvj: qui ſex menſes vitam ducunt*, Orco ſpōdent ſeptimum. M. Tul.de offic.lib.iij: A quatuor fontibus honeſtatis primo libro officia duximus. Ducere,voluere,pertractare. Virg.lib.vj: Sic equidem ducebam animo, rebarq.futurum. Lucil.lib.xxviiij: Age nunc ſummam ſumtus duc,atq. æris ſimul adde alieni. Ducere,fabricare. Var. γνῶθι σεαυτόν: Nihil ſunt Muſæ policis veſtrę, quas ærifice duxti. Ducere,trahere,differre. M.Tul. ad Cæſarem iuniorem libro j: Nec

res duceretur, fecimus vt Hercules Antianus in alium locum transferretur. Idem de offic. lib. iij: Apud P.R. criminatus eſt bellum illum ducere. Ducere, proprium pro temporibus ſeruare. Virgil. in Bucol. Aſtrum, quo ſegetis gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in vallibus vua colorem. Ducere, dimittere, deſcendere. Plaut. in Aulul. Vbi ille abit, ego me duco deorſum de arbore. Ducere, gerere. Virg. lib. viij: Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina.

DIFFERRE eſt ſpatium temporis dare. Virg. Æneid. lib. vj: Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Differre, diffamare, diuulgare. Lucil. lib. xxx: Gaudes, quum de me iſta foris ſermonibus differs. Var. de vita pop. Rom. lib. iiij: Si modo ciuili concordia exſequi rationem paret, rumores famam differant licebit, noſque carpant. Differre, diuidere, vel ſcindere. Virg. Georg. lib. iij: —Scythiæq. hyemes, atq. arida differt Nubila. Terentius in Adelphis: —Miſeram me, differor doloribus. Virg. lib. viij: Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant. Lucil. lib. xxx: Et maledicendo in multis ſermonibus differs. Plautus in Aulularia: —Niſi reddi mihi Vaſa iubes, pipulo te differam ante ædis. Differre, in ordinem ponere. Virgil. Georg. lib. iiij: Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos. Differre, diſtare. M. Tul. in Verrem Diuinatione: Ac vide, quid differat inter meam opinionem ac tuam. Lucil. libro xxvij: Tamen aliti, verruca, aut cicatrix medius papulę differunt. M. Tullius in Hortenſio: Quantum inter ſe homines ſtudentes moribus omni vitæ ra-

tione differant.

Dvrvm, ſolidum. Virgil. Æn. lib. iiij: —Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. Durus, nocens. Virg. Georg. libro quarto: Aut durum tiniæ genus. Lucillius libro xxx: Et ſæuo vt duro in bello multo optimus hoſtis. Durum, patiens, & perſeuerans. Virgilius Georgic. lib. ij: Scipiadas duros bello. Et Æneid. lib. j: Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis. Terentius in Adelphis: Non hercle hic quidem durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt. Durum, immite. Virgilius Georg. lib. iij: Quid iuuenis, durum cui verſat in oſſibus ignem Durus amor? Terentius in Heautont. Et quod illum inſimulat durum, id non eſt.

Decernere eſt conſtituere, definire. M. Tull. de offic lib. j: Quare expetenda quidem magis eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo. Virgil. in lib. iiij: Decreuitq. mori. Terent. in Andria: Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere. Plaut. in Aſin. Eos me decretum eſt perſequi mores patris. Varro in Eumenidibus: Forenſes decernunt, exiſtimatio nomen meum in ſaniorum numerum refert. Decernere, vt eſt dicere. Plautus in Amphit. Qui nequeas, noſtrorum vter ſit Amphitryo, decernere. Decernere, certare. Virg. Æn. lib. xj: Ipſum armis, ipſumq. iubent decernere ferro. Idem Georgic. libro tertio: Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantis. M. Tullius Philippicarum lib. iij: Quam, ne ſeruiam, animis armiſque decernere.

Demissvm, abiectum. M. Tullius de

offic. libro iij: Perſpicuum eſt enim ea, quæ timido animo, humili, demiſſo. * vnus accipit affert. Demiſſum, humile, miſerandum, abiectum. Virg. Æneid. libro iij: Deiecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt. Lucillius lib.xxvij: Re in ſecunda tollere animos, & in mala demittere. Cicero Tuſcul. libro v: Non eſt auſus elate, & ample loqui; humiliter, demiſſeque, ſentire. Dimittere, permittere, in poteſtatem dare. M. Tul. de Rep. lib. j: Tum annui Conſules, tum dimiſſi populo faſces. Dimittere, eſt derelinquere. M. Tul. ad Cæſarem libro iij: Quæ ſibi videres non de exercitu retinendo tueri, ſed eo tradito, aut dimiſſo. Demittere, deſuper mittere. Virgil. Æn. libro ij: Demiſſum lapſi per funem. Salluſt. Hiſtor. libro ij: Cum machinato ſtrepitu dimiſſum Victoriæ ſimulachrum coronam capiti imponabat. Varro in Meleagris: Quum etiam Thais Menandri tunicam dimiſſam habeat ad talos. Dimittere, dare. Virgilius Geogicon libro tertio: — Dimiſſæque ab Ioue gentis Nomina. Dimittere, mittere. Virgilius Æneid. libro primo: — Equidem per litora certos Dimittam.

DIGNARI dicitur dignum aliquem deputare. Virgilius libro x: Atque idem fugientem haud eſt dignatus Oroden Sternere. Dignatus rurſum qui ab alio habetur dignus. Virgil. Æn. libro iij: Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.

DISCERE eſt ignotam rem meditando aſſequi. Lucil. libro viiij: Diſcere labora, ne res te ipſa, ac ratio ipſa refellat. Virgilius libro xij: Diſce puer

virtutem ex me. Diſcere, tentare. Virgil. libro v: ---Et fractis diſcentem currere remis.

DEFVNCTVM dicimus conſuetudine mortuum. Virgil. lib. vj: ---Defunctaq. corpora vita. Defuncti, liberati. Virg. lib. vj: O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

DISTRAHERE eſt vendere. Lucil. lib. xxviiij: Diuidant, differant, diſſipent, diſtrahant. Diſtrahere, ſeparare. Terentius in Phormione: Quod ſi eo meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te vt diſtrahar. M. Tul. in Philip. libro ij: *Quid ego illum ab eo diſtrahere conarer. Idem de offic. lib. iij* : Qui primum hæc natura coherentia opinione diſtraxiſſent. Varro de vita pop. Rom. lib. ij: Diſtractione ciuium elangueſcit bonum proprium ciuitatis, atq. ægrotare incipit, & conſeneſcit. Diſtrahere, diuidere, diffundere. Virgilius libro vij: Turbatis diſtractus equis. Varro de vita populi Rom. lib. j: Metium Fufetium propter perfidiam interemit pæne imperioſius, quam humanius: nam equis ad curriculum ex vtraq. parte deligatum diſtraxit.

DICARE dictum eſt conſtituere, conſecrare. Virgil. lib. v: Vrbe velim poſita templis ſibi ferre dicatis. Dicare, tradere. M. Tul. in Epiſt. ad Cæſarem, lib. j: Balbum quanti faciam, quamq. ei me totum dicauerim, ex ipſo ſcies. Lucill. lib. xxx: Iuratam ſe vni, cui ſit data, deq. dicata. Dicare, indicare, nuntiare. Lucil. lib. xxx: ---Sicubi ad auris Fama tuam pugnam clarans alata dicaſſet.

DETRAHERE dicitur derogare. M. Tul. de ſignis: Et ſi quæritis, vt ipſe de me detraham, illos ego accuſatores puto. Detrahere, tollere.

Terentius Heautont. Aſſido, accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Virgil. Georgic. lib. iiij: Obſeruans nido implumis detraxit. M. Tul. in Frumentaria in Verrem: Poſtremo ſicui ciuitati ſoluit; tantum detraxit, quantum commodum fuit. Idem de offic. lib. iij: Numquam committet vt alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. Et in Hortenſio: Vt ea ſibi ratio vera reſtituat, quæ conſuetudo vitioſa detraxerat. Detrahere, extrahere. Lucillius libro xxviiij: Quum ipſi lutum deſcendant, quum alios detrahunt.

DESPICERE eſt pro nihilo habere. M. Tul. in Verrem actione ij: Quemadmodum tenuiſſimum quemque contemſerit, deſpexerit, liberum eſſe numquam duxerit. Virgil. in Bucolicis: Deſpectus tibi ſum, nec quis ſim quæris, Alexi. M. Tul. de offic. lib. ij: Deſpiciunt autem eos, & contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil neruorum putant. Deſpicere, deſuper aſpicere. Virg. Georg. lib. ij: Qualem ſępe caua montis conualle ſolemus Deſpicere. M. Tul. in Hortenſio: Conſolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam deſpectio.

DEICERE, elidere. M. Tull. ad Cæſarem iuniorem lib. ij: De ſtatua neſcio cuius Clodij, quam quum reſtitui iuſſiſſet Anconæ, cum hero deiectam eſſe ex Senatuſcōnſultu. Deicere dicitur mittere. Virgil. lib. viij: ---Toto genitor quæ plurima cælo Deicit in terras. Lucillius libro xxvij: ---Has & feneſtras in caput Deiciunt, qui prope ad oſtium adſpirauerint. Deicere, præcipitare. M. Tul. in Verrem actione j: Si me ædilitate deiecisſent.

ſent. Lucillius lib. xxviiij: Detruſus tota vi deiectaq. Italia. Deicere, auertere. M. Tull. in Philippicis: Nec vero vſquam, nec a Republica deiciebam oculos.

DEDVCTVM dicitur molle, & ſuaue. Virgil. Bucolic. Paſcere oportet ouis, deductum dicere carmen. Deducere, vocare. M. Tullius de Repub. libro j: Quare ſi placet, deduce rationem tuam de cælo ad hæc citeriora. Deductum, delectatione ductum. Virg. in Bucol. Carmina vel cælo poſſunt deducere Lunam. Lucil. lib. xxvj: Illoc oculi deducunt ipſi, atq. animum ſpes illuc rapit. Deducere, trahere, mouere. Siſen. Hiſt. lib. iiij: Ab armis recedere, præſidia de locis deducere. Deductum, diminutum, ſuppreſſum. Lucil. lib. xxx: Deducta tunc voce leo, cur tu ipſa venire Non vis huc? Deducere, deprauare, tranſuertere a recto. M. Tul. in Hortenſio: Habet enim ipſa incertam & definitam viam, & ex ea multis vitijs & erroribus deprauata deducitur. Virg. Georg. lib. j: --- Riuos deducere nulla Relligio vetuit.

DEFERRE, abducere. Virg. Æn. lib. v: Defer in Italiam. Deferre eſt afferre. Virgil. Æn. lib. iiij: -- Celeris mandata per auras Detulit. Deferre, celatum prodere. Lucil. lib. xxviij: Quapropter certum eſt facere contra, ac perſequi, Et nomen deferre hominis.

DESTINARE dicitur parare. Deſtinare, emere, Lucil. lib. xxviij: Facio, ad lenonem venio, tribus in libertatem millibus deſtiner.

DOCERE ſignificat diſciplinam, vel artem quampiam magiſterio dare. Virg. Æn. lib. v: --- Docuit

poſt exitus ingens. Docere, dicere. Lucillius lib. xxviiij: At non ſunt ſimiles, neque dant; quid ſi dare vellent, Acciperéſne, doce.

Diligere manifeſtam habet ſignificationem, vt plerumque. Diligit, diuidit. Plaut. in Curcul. Clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Titinnius Prælia:---Pernam totam diligit.

Dextrvm dicitur dextræ partis. Virgil. libro v: Quo tantum mihi dexter abis? Dextrum dicitur felix, propitium. Virgil. Æn. lib. viij: Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo; molliſſimaq. multorum.

Deprecor, amolior, depello, propulſo. M. Tul. de Rep. lib. vj: Non modo inuidia pari non erant, ſed etiam Claudi inuidiam Gracchi charitas deprecabatur. Ennius Erechtheo: Quis nunc ærumna mea libertatem paro, Quibus ſeruitutem mea miſeria deprecor.

Divortivm eſt rerum omnium ſeparatio. Cicero de Orat. libro iij: Sic e communis ſapientiæ iugo ſunt doctrinarum facta diuortia. Diuortium, flexus de via, a diuertendo. Virgilius lib. viiij: Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota.

E.

Exigere, vi extorquere. M. Tullius in Diuinatione: Et quum eſſet tritici modius ſeſtertijs duobus, pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe. Exigere, inquirere, verum perdiſcere. Virgil. Æn. lib. j: Quærere conſtituit, ſocijſq. exacta referre. Exigere eſt excludere. Plaut. in Aulul.---Itaq. omnis exigit foras. Te-

rentius in Andria : Spectandæ an exigendæ ſint vobis prius. Afranius Fratrijs : Retinebitur vir vt voluntate vna probabili pręgnantem quod non exigat. Næuius Danae:—Indigne exigor patria innocens. M. Tul. in Philippicis libro ij : Claues ademit, foráſq. exegit. Lucil. lib. xxvj: Veſtimentis frigus atque horrorem exacturum putet. Exigere, debitum repetere. M. Tullius Epiſtola ad Caſſium: Sed non vrgeo; longiores enim ſpectabo, vel potius exigam. *Quando hercle ego temere exigam. Exigere, facere, cogere. Virg. Æn. lib. ij: —Quos improba ventris Exegit cæcos rabies. Exigere ſignificat agere. Plautus Captiuis: Salue Tyndare; & tu, cuius cauſſa hanc erumnam exigo. Virg. Æn. lib. j: Omnis vt tecum meritis pro talibus annos Exigat. Terentius in Hecyra: —Illique exopto, vt reliquam vitam exigat. Lucil. lib. xxviiij: Quum cognoueris vitam ſine cura exigas. Exigere, definire, conſtituere. Virgil. Æneid. lib. quarto: Decreuitque mori, tempus ſecum ipſa, modumque Exigit. Exactum, tranſcurſum, præteritum. Virgil. Georg. lib. tertio : At tribus exactis vbi quarta acceſſerit ætas. Et in eodem: —Exactis grauidæ quum menſibus errant.

Elidere eſt ſecundum conſuetudinem deicere. Elidere etiam excludere ſignificat. Virgil. libro viij : Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur. Plautus in Rudente : Iubeo oculos elidere, idem vt ſepijs faciunt coqui. Lucillius Satyrarum libro ij : Iniuriatum hunc in fauces inuaſſe, animamque eliſiſſe illi. Elidere, ſuffocare, vel occidere. Virg. libro viij: —Geminaſq. pre-

Argento dominos veſtræ. Varro in Endymionibus: Diſcumbimus muſſati, dominus matura oua ad cænam committit. Domini etiam mulierum amatores. Dominus, maritus. Virg. Æneid. lib. iiij: —Connubia noſtra Reppulit, ac dominum Æneam in regna recepit.

DELIBERARE eſt dubitare. Terent. in Phorm. Ego amplius deliberandum cenſeo. Deliberatum, complecitum, vel definitum. Turpil. in Philopatro: Certum ac deliberatum eſt me illis obſequi.

DISCRIMEN, diuiſio, ſeparatio. Cic. de fin. bon. & mal. Homo & acutus, & diligens Chryſippus non contemnit, totumq. diſcrimen ſummi boni in eadem rerum cõparatione poſitum putat. Diſcrimen eſt periculum. Virg. Æn. lib. j: —Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium. Diſcrimen rurſum ſeparatio, a diſcernẽdo; vnde & diſcerniculum dicitur acus, quæ capillos a media fronte diſſeparat. Salluſt. Hiſtor. lib. j: Sertorius portis turbam morantibus, & nullo, vt in terrore ſolet, generis, aut imperij diſcrimine, per calonum corpora ad medium euaſit: dein ſuperaſtantium manibus in murum attollitur. Virg. Æn. lib. j: Tros, Tyriuſq. mihi nullo diſcrimine habetur. M. Tul. in Philippicis lib. xij: Etruriam diſcriminat Caſſia. Lucil. libro xxviiij: Et amabat omnes, nam vt diſcrimen non facit, neque ſignat linea alba. Diſcrimen, certamen. Virgil. libro v: —Poſt hos æquo diſcrimine Priſtis, Centauruſq. locum tendunt ſuperare priorem.

DVCI, delectari, vel auocari. M. Tul. de fin. bon. libro v: Dantq. ſe ad ludendum, fabellarumque

auditione ducuntur. Ducere, pati. Virg. Æn. lib. iiij: Nate Dea, potes hoc ſuo caſu ducere ſomnos? Ducere, nudare, exerere. Virg. Æn. lib. xij: Ille tamem clypeo obiecto conuerſus in hoſtem Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat. Ducere, excitare. M. Tul. in Verrem act. ij: Quod ſi quem ſtatuę magnopere delectant, ſi quis earum honore aut gloria ducitur. Ducere conſuetudine quam ſignificantiam habeat, claret; ſicut Virg. Æn. lib. xj: Ducitur infelix æuo confectus Acoetes: & multa talia. Ducere, illicere, inducere. M. Tullius de offic. lib. ij: Poſtremo pretio, aut mercede ducuntur. Et de ſenectute: Sic adoleſcentes ſenum præceptis gaudent, quibus ad virtutum ſtudia ducuntur. Ducere, ſtruere, erigere. Virg. Æn. lib. j: —Pars ducere muros, Molirique arcem. Ducere, exiſtimare, iudicare. Varro Sexageſi: Auidus iudex reum ducebat eſſe κοινὸν Hermen. Virg. lib. x: —Tanton me crimine dignum Duxiſti? M. Tul. in Verrem, in diuinatione: Clariſſimi viri noſtræ ciuitatis temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum, pulcherrimumq. ducebant. Lucil. lib. xxx: Non datur, admittit nemo, nec viuere ducunt. *Idem lib. xxvj: qui ſex menſes vitam ducunt*, Orco ſpōdent ſeptimum. M. Tul. de offic. lib. iij: A quatuor fontibus honeſtatis primo libro officia duximus. Ducere, voluere, pertractare. Virg. lib. vj: Sic equidem ducebam animo, rebarq. futurum. Lucil. lib. xxviiij: Age nunc ſummam ſumtus duc, atq. æris ſimul adde alieni. Ducere, fabricare. Var. γνῶθι σεαυτόν: Nihil ſunt Muſæ pollicis veſtrę, quas ærifice duxti. Ducere, trahere, differre. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem libro j: Nec

res duceretur,fecimus vt Hercules Antianus in alium locum transferretur.Idem de offic. lib.iij:Apud P.R.criminatus eſt bellum illum ducere. Ducere,proprium pro temporibus ſeruare. Virgil.in Bucol.Aſtrum,quo ſegetis gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in vallibus vua colorem.Ducere,dimittere,deſcendere.Plaut.in Aulul.Vbi ille abit,ego me duco deorſum de arbore. Ducere,gerere.Virg.lib. viij: Hi bellum aſſidue ducunt cum gente Latina.

DIFFERRE eſt ſpatium temporis dare. Virg. Æneid.lib.vj: Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.Differre,diffamare,diuulgare. Lucil.lib. xxx : Gaudes,quum de me iſta foris ſermonibus differs.Var.de vita pop.Rom.lib.iiij: Si modo ciuili concordia exſequi rationem paret, rumores famam differant licebit, noſque carpant.Differre, diuidere,vel ſcindere.Virg.Georg.lib.iij: —Scythiæq. hyemes, atq.arida differt Nubila. Terentius in Adelphis:—Miſeram me, differor doloribus.Virg.lib.viij: Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant. Lucil.lib.xxx: Et maledicendo in multis ſermonibus differs.Plautus in Aulularia:—Niſi reddi mihi Vaſa iubes, pipulo te differam ante ædis. Differre, in ordinem ponere. Virgil. Georg. lib. iiij: Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos.Differre,diſtare. M. Tul. in Verrem Diuinatione: Ac vide,quid differat inter meam opinionem ac tuam. Lucil. libro xxvij: Tamen aliti, verruca, aut cicatrix medius papulę differunt. M.Tullius in Hortenſio: Quantum inter ſe homines ſtudentes moribus omni vitæ ra-

tione differant.

Dvrvm, ſolidum. Virgil. Æn. lib. iiij: —Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. Durus, nocens. Virg. Georg. libro quarto: Aut durum tiniæ genus. Lucillius libro xxx : Et ſæuo vt duro in bello multo optimus hoſtis. Durum, patiens, & perſeuerans. Virgilius Georgic. lib. ij: Scipiadas duros bello. Et Æneid. lib. j: Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis. Terentius in Adelphis: Non hercle hic quidem durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt. Durum, immite. Virgilius Georg. lib. iij: Quid iuuenis, durum cui verſat in oſſibus ignem Durus amor? Terentius in Heautont. Et quod illum inſimulat durum, id non eſt.

Decernere eſt conſtituere, definire. M. Tull. de offic lib. j: Quare expetenda quidem magis eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo. Virgil. in lib. iiij: Decreuitq. mori. Terent. in Andria: Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere. Plaut. in Aſin. Eos me decretum eſt perſequi mores patris. Varro in Eumenidibus: Forenſes decernunt, exiſtimatio nomen meum in ſaniorum numerum refert. Decernere, vt eſt dicere. Plautus in Amphit. Qui nequeas, noſtrorum vter ſit Amphitryo, decernere. Decernere, certare. Virg. Æn. lib. xj: Ipſum armis, ipſumq. iubent decernere ferro. Idem Georgic. libro tertio: Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantis. M. Tullius Philippicarum lib. iij: Quam, ne ſeruiam, animis armiſque decernere.

Demissvm, abiectum. M. Tullius de

offic. libro iij: Perſpicuum eſt enim ea, quæ timido animo, humili, demiſſo. * vnus accipit affert. Demiſſum, humile, miſerandum, abiectum. Virg. Æneid. libro iij: Deiecit vultum, & demiſſa voce locuta eſt. Lucillius lib. xxvij: Re in ſecunda tollere animos, & in mala demittere. Cicero Tuſcul. libro v: Non eſt auſus elate, & ample loqui; humiliter, demiſſeque, ſentire. Dimittere, permittere, in poteſtatem dare. M. Tul. de Rep. lib. j: Tum annui Conſules, tum dimiſſi populo faſces. Dimittere, eſt derelinquere. M. Tul. ad Cæſarem libro iij: Quæ ſibi videres non de exercitu retinendo tueri, ſed eo tradito, aut dimiſſo. Demittere, deſuper mittere. Virgil. Æn. libro ij: Demiſſum lapſi per funem. Salluſt. Hiſtor. libro ij: Cum machinato ſtrepitu dimiſſum Victoriæ ſimulachrum coronam capiti imponabat. Varro in Meleagris: Quum etiam Thais Menandri tunicam dimiſſam habeat ad talos. Dimittere, dare. Virgilius Geogicon libro tertio: — Dimiſſæque ab Ioue gentis Nomina. Dimittere, mittere. Virgilius Æneid. libro primo: — Equidem per litora certos Dimittam.

DIGNARI dicitur dignum aliquem deputare. Virgilius libro x: Atque idem fugientem haud eſt dignatus Oroden Sternere. Dignatus rurſum qui ab alio habetur dignus. Virgil. Æn. libro iij: Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo.

DISCERE eſt ignotam rem meditando aſſequi. Lucil. libro viiij: Diſcere labora, ne res te ipſa, ac ratio ipſa refellat. Virgilius libro xij: Diſce puer

virtutem ex me. Diſcere, tentare. Virgil. libro v: ---Et fractis diſcentem currere remis.

Defunctum dicimus conſuetudine mortuum. Virgil. lib. vj: ---Defunctaq. corpora vita. Defuncti, liberati. Virg. lib. vj: O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

Distrahere eſt vendere. Lucil. lib. xxviiij: Diuidant, differant, diſſipent, diſtrahant. Diſtrahere, ſeparare. Terentius in Phormione: Quod ſi eo meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te vt diſtrahar. M. Tul. in Philip. libro ij: *Quid ego illum ab eo diſtrahere conarer. Idem de offic. lib. iij*: Qui primum hæc natura coherentia opinione diſtraxiſſent. Varro de vita pop. Rom. lib. ij: Diſtractione ciuium elangueſcit bonum proprium ciuitatis, atq. ægrotare incipit, & conſeneſcit. Diſtrahere, diuidere, diffundere. Virgilius libro vij: Turbatis diſtractus equis. Varro de vita populi Rom. lib. j: Metium Fufetium propter perfidiam interemit pæne imperioſius, quam humanius: nam equis ad curriculum ex vtraq. parte deligatum diſtraxit.

Dicare dictum eſt conſtituere, conſecrare. Virgil. lib. v: Vrbe velim poſita templis ſibi ferre dicatis. Dicare, tradere. M. Tul. in Epiſt. ad Cæſarem, lib. j: Balbum quanti faciam, quamq. ei me totum dicauerim, ex ipſo ſcies. Lucill. lib. xxx: Iuratam ſe vni, cui ſit data, deq. dicata. Dicare, indicare, nuntiare. Lucil. lib. xxx: ---Sicubi ad auris Fama tuam pugnam clarans alata dicaſſet.

Detrahere dicitur derogare. M. Tul. de ſignis: Et ſi quæritis, vt ipſe de me detraham, illos ego accuſatores puto. Detrahere, tollere.

Terentius Heautont. Aſſido, accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Virgil.Georgic.lib.iiij: Obſeruans nido implumis detraxit.M.Tul. in Frumentaria in Verrem:Poſtremo ſicui ciuitati ſoluit;tantum detraxit, quantum commodum fuit. Idem de offic. lib.iij: Numquam committet vt alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat.Et in Hortenſio: Vt ea ſibi ratio vera reſtituat, quæ conſuetudo vitioſa detraxerat. Detrahere,extrahere. Lucillius libro xxviiij: Quum ipſi lutum deſcendant, quum alios detrahunt.

DESPICERE eſt pro nihilo habere. M. Tul. in Verrem actione ij: Quemadmodum tenuiſſimum quemque contemſerit, deſpexerit, liberum eſſe numquam duxerit. Virgil. in Bucolicis: Deſpectus tibi ſum, nec quis ſim quæris, Alexi. M. Tul.de offic. lib. ij: Deſpiciunt autem eos, & contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil neruorum putant. Deſpicere, deſuper aſpicere.Virg.Georg.lib.ij:Qualem ſępe caua montis conualle ſolemus Deſpicere. M. Tul.in Hortenſio: Conſolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam deſpectio.

DEICERE, elidere. M. Tull. ad Cæſarem iuniorem lib. ij:De ſtatua neſcio cuius Clodij,quam quum reſtitui iuſſiſſet Anconæ, cum hero deiectam eſſe ex Senatuſconſultu. Deicere dicitur mittere. Virgil.lib.viij: ---Toto genitor quæ plurima cælo Deicit in terras. Lucillius libro xxvij: ---Has & feneſtras in caput Deiciunt,qui prope ad oſtium adſpirauerint. Deicere, præcipitare. M. Tul. in Verrem actione j: Si me ædilitate deieciſ-

ſent.

ſent. Lucillius lib. xxviiij: Detruſus tota vi deiectaq. Italia. Deicere, auertere. M. Tull. in Philippicis: Nec vero vſquam, nec a Republica deiciebam oculos.

DEDVCTVM dicitur molle, & ſuaue. Virgil. Bucolic. Paſcere oportet ouis, deductum dicere carmen. Deducere, vocare. M. Tullius de Repub. libro j: Quare ſi placet, deduce rationem tuam de cælo ad hæc citeriora. Deductum, delectatione ductum. Virg. in Bucol. Carmina vel cælo poſſunt deducere Lunam. Lucil. lib. xxvj: Illoc oculi deducunt ipſi, atq. animum ſpes illuc rapit. Deducere, trahere, mouere. Siſen. Hiſt. lib. iiij: Ab armis recedere, præſidia de locis deducere. Deductum, diminutum, ſuppreſſum. Lucil. lib. xxx: Deducta tunc voce leo, cur tu ipſa venire Non vis huc? Deducere, deprauare, tranſuertere a recto. M. Tul. in Hortenſio: Habet enim ipſa incertam & definitam viam, & ex ea multis vitijs & erroribus deprauata deducitur. Virg. Georg. lib. j: --- Riuos deducere nulla Relligio vetuit.

DEFERRE, abducere. Virg. Æn. lib. v: Defer in Italiam. Deferre eſt afferre. Virgil. Æn. lib. iiij: --- Celeris mandata per auras Detulit. Deferre, celatum prodere. Lucil. lib. xxviij: Quapropter certum eſt facere contra, ac perſequi, Et nomen deferre hominis.

DESTINARE dicitur parare. Deſtinare, emere. Lucil. lib. xxviij: Facio, ad lenonem venio, tribus in libertatem millibus deſtiner.

DOCERE ſignificat diſciplinam, vel artem quampiam magiſterio dare. Virg. Æn. lib. v: --- Docuit

poſt exitus ingens. Docere, dicere. Lucillius lib. xxviiij: At non ſunt ſimiles, neque dant; quid ſi dare vellent, Accipereſne, doce.

DILIGERE manifeſtam habet ſignificationem, vt plerumque. Diligit, diuidit. Plaut. in Curcul. Clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Titinnius Prælia:---Pernam totam diligit.

DEXTRVM dicitur dextræ partis. Virgil. libro v: Quo tantum mihi dexter abis? Dextrum dicitur felix, propitium. Virgil. Æn. lib. viij: Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo; molliſſimaq. multorum.

DEPRECOR, amolior, depello, propulſo. M. Tul. de Rep. lib. vj: Non modo inuidia pari non erant, ſed etiam Claudi inuidiam Gracchi charitas deprecabatur. Ennius Erechtheo: Quis nunc erumna mea libertatem paro, Quibus ſeruitutem mea miſeria deprecor.

DIVORTIVM eſt rerum omnium ſeparatio. Cicero de Orat. libro iij: Sic e communis ſapientiæ iugo ſunt doctrinarum facta diuortia. Diuortium, flexus de via, a diuertendo. Virgilius lib. viiij: Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota.

E.

EXIGERE, vi extorquere. M. Tullius in Diuinatione: Et quum eſſet tritici modius ſeſtertijs duobus, pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe. Exigere, inquirere, verum perdiſcere. Virgil. Æn. lib. j: Quærere conſtituit, ſocijſq. exacta referre. Exigere eſt excludere. Plaut. in Aulul.---Itaq. omnis exigit foras. Te-

rentius in Andria : Spectandæ an exigendæ ſint vobis prius. Afranius Fratrijs : Retinebitur vir vt voluntate vna probabili pręgnantem quod non exigat. Næuius Danae:—Indigne exigor patria innocens. M. Tul. in Philippicis libro ij : Claues ademit, foraſq. exegit. Lucil lib. xxvj: Veſtimentis frigus atque horrorem exacturum putet. Exigere, debitum repetere. M. Tullius Epiſtola ad Caſſium: Sed non vrgeo; longiores enim ſpectabo, vel potius exigam. *Quando hercle ego temere exigam. Exigere, facere, cogere. Virg. Æn. lib. ij: —-Quos improba ventris Exegit cæcos rabies. Exigere ſignificat agere. Plautus Captiuis: Salue Tyndare; & tu, cuius cauſſa hanc erumnam exigo. Virg. Æn. lib. j: Omnis vt tecum meritis pro talibus annos Exigat. Terentius in Hecyra: —-Illique exopto, vt reliquam vitam exigat. Lucil. lib. xxviiij: Quum cognoueris vitam ſine cura exigas. Exigere, definire, conſtituere. Virgil. Æneid. lib. quarto: Decreuitque mori, tempus ſecum ipſa, modumque Exigit. Exactum, tranſcurſum, præteritum. Virgil. Georg. lib. tertio : At tribus exactis vbi quarta acceſſerit ætas. Et in eodem: —-Exactis grauidæ quum menſibus errant.

Elidere eſt ſecundum conſuetudinem deicere. Elidere etiam excludere ſignificat. Virgil. libro viij : Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur. Plautus in Rudente : Iubeo oculos elidere, idem vt ſepijs faciunt coqui. Lucillius Satyrarum libro ij : Iniuriatum hunc in fauces inuaſſe, animamque eliſiſſe illi. Elidere, ſuffocare, vel occidere. Virg. libro viij: —-Geminaſq. pre-

mens eliſerit angues.

EXANCLARE ſignificat exhaurire. Plautus in Sticho: Ne iſte edepol vinum poculo pauxillulo Sæpe exanclauit merum ſcitiſſime. Exanclari, perfici. Pacuuius Peribœa: Non poteſt, Menalippe, hic ſine tua opera exãclari clauos. Exanclare etiam ſignificat perpeti. Ennius Andromache: Malo torquentis cum erumnis illum exanclaui diem. Accius Diomede: Fere exanclauimus tyranni ſæuum ingenium, atque exſecrabilem. Idem Amphitr. Pertolerarem vitam, cladeſq. exanclarem impetibilis. Lucil. lib. xxx: Quantas, quoq. modo erumnas, quantoſque labores Exanclaris. Exanclare, effundere. Ennius Eumenidibus: Niſi patrem materno ſanguine exanclando vlciſcerem.

ELIMINARE eſt exire. Ennius Medea exſule: Antiqua erilis fida cuſtos corporis, Quid ſic te extra ædis exanimata eliminas? Accius Phœniſſis: Egredere, exi, ecfer te, elimina vrbe. Idem Meleagro: Timide eliminor clamore, ſimul ac nota vox ad auris accidit. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Occipitium ariuo deo oſtendo, ex oraclo elimino me. Eliminare rurſum excludere. Pacuuius Duloreſte: Vbi ille eſt? me miſeram, quoniam clamor eliminat. Pomponius Concha: Vos iſtic manete, eliminabo extra ædis coniugem.

ELIDERE, colligere. Virg. Æn. lib. iij: Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra. Cic. Tuſc. lib. v: Qui rebus his fractus ægritudine eliditur, poteſt tandem eſſe non miſer? Elidere, deicere. M. Tul. de Repub. lib. ij: Vt auriga indoctus e curru trahitur, operitur, laniatur, eliditur.

EVADERE, exire, tendere. Terentius Phormione: Scin quam? quo euadant vide. Lucillius lib.xxvj: Euadat ſaltem aliquid aliqua, quod conatus ſum. Plautus in Aſinaria: Demiror quid ſit, & quo euadat ſum in metu. Euadere, fieri, præduci. M.Tul.Philippic.lib.ij: An verebare, ne non putaremus natura te potuiſſe non improbum euadere?

EXCIPERE eſt ſeiungere, ſeparare. Virgil. libro viiij: ---Ipſum illum clypeum, criſtaſq. rubentis Excipiam ſorti. Excipere, excuſare, vel celare. Plaut. Aulul. Neque partem tibi ab eo, quiqui eſt, indipiſces, neque furem excipies. Excipere, eſt ſuſcipere. Virgil. Æn. libro iij: Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit. M.Tul. in Verrem de ſupplicijs: Filiorum ſuorum poſtremum ſpiritum ore excipere liceret. Excipit, opprimit, vel circumuenit. Virg. Æn. libro iij: ---Et ſcelerum furijs agitatus Oreſtes. Excipit incautum. M.Tul. ad Pompeium libro iiij: Quod ſi eſt, non modo iter meum intercluſum, ſed meipſum plane exceptum putabat. Et rurſum: Admoniti ſumus, vt caueremus, ne exciperemur a Cæſare. Excipere rurſum extrahere. M. Tul. de Repub. lib. iiij: Quod inſepultos reliquiſſent eos, quos e mari propter vim tempeſtatis excipere non potuiſſent innocentes necauerint. Virg. in Bucolicis: Non ego te vidi Damonis, peſſime, caprum Excipere inſidijs? Excipere, manere, habere. Virg. Georg. libro iiij: Ergo ipſas quamuis anguſti terminus æui Excipiat. Excipere, captare. Cicero de Orat. lib. ij: Quædam dari ex hac vita ad pertractandos animos hominum, & ad excipiendas eorum voluntates.

EVADERE eſt liberari. Sall. in Iugurthæ bello: Ac ni Marius ſigna inferre, atque euadere oppido properauiſſet, profecto cuncti, aut magna pars Siccenſium fidem mutauiſſent. Virg. lib. viiij: —Noſtraſne euadere demens Speraſti te poſſe manus. Lucil. lib. xxvj: Idcirco omnes euaſuros cenſent ægritudinem. Siſenna Hiſtor. libro iiij: Cohors vna poſſim concitata, qua murus erat interruptus, euadit. Euadere, aſcendere. Virg. Æn. lib. ij: Euado ad ſummi faſtigia culminis. Euadere, apparere. Virg. Æn. lib. ij: Vt tandem ante oculos euaſit, & ora parentum.

EXPLORARE eſt intentius obſeruare. Virg. Æn. lib. viiij: —Necnon trepidi formidine pennas Explorant. M. Tul. de offic. lib. iij: Hac vi non mutatur, ne ſi exploratum quidem habeat, id omnino neminem vmquam ſuſpicaturum. Explorare, verum inquirere. Virgil. Æn. libro j: —Exire, locoſque Explorare nouos. Explorare, probare. M. Tul. in Verrem act. ij: Tum in reliquis explorata atq. prouiſa. Lucil. lib. xxviiij: —Certum ſcio Eſſe ita vt dicis; nam mihi erant de illo explorata omnia. M. Tul. de ſenectute: Quis eſt tam ſtultus, quamuis aduleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad veſperum eſſe victurum? Explorare, ſiccare. Virgil. Georgic. lib. j: Et ſuſpenſa focis exploret robora fumus.

EXERCERE, fatigare. Terentius in Adelphis: I ſane, ego te exercebo hodie vt dignus es, ſilicernium. Exercere eſt exagitare, vel commouere. M. Tul. de offic. libro j: Exercenda etiam eſt facilitas & altitudo animi. Virgil. Æn. libro v: —Nate

Iliacis exercite fatis. Exercere, inſequi. Virg. Æn. lib.iiij: Tum vos, o Tyrij, ſtirpem & genus omne futurum Exercete odijs. Exercere, ſolidare. Salluſtius in Iugurthæ bello: Nabdalſa exercito corpore. Cic. Tuſculan. Equidem meos caſus, in quibus me fortuna vehementer exercuit. Exercere, imperare, imponere. Virg. Georg. lib. ij: ---Tunc denique dura Exerce imperia, & ramos compeſce fluentis. Plautus in Amphitryone: Si in me exerciturus, quæſo in parietem prius domes. Exercere in meliorem vſum & fructum formare. Virgil. Georgic. lib. j: Exercetq. frequens tellurem atq. imperat aruis.

Eqvites cum conſuetudine aut a magiſtro equorum, aut a ſeſſore appellamus. Virgil. lib. viiij: Interea præmiſſi equites ex vrbe Latina. Et libro x: ---Effuſumq. equitem ſuper ipſe ſecutus. Equites Virgilius Georg. libro iij: equos dici voluit: Impoſiti dorſo, atq. equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Exterritvm paueſactum ſignificat. Virgil. libro v: ---Plauſumq. exterrita pennis Dat tecto ingentem. Varro Eumenidibus: Videmus populum furijs inſtinctum tribus Diſtinctum ferri, exterritum formidine. Exterritum, accenſum, inflammatum. Virgilius Georgic. libro tertio: Sæuit agris aſperque ſitu, atque exterritus ira.

Experiri eſt pati, ſentire. Virg. lib. j: ---Vos & Cyclopea ſaxa Experti. Et Terentius in Hecyra: Nam fuiſſe erga me miro ingenio expertus ſum.

Experiri, tentare. Virgil. Æneid. libro quarto: Nequid inexpertum fruſtra moritura relinquat. Terentius in Eunucho: Omnia prius experiri quam armis ſapientem decet. Lucillius lib. xxx: Summatim tamen experiar reſcribere paucis. Plaut. Aſinaria: ---Dignos adire, atque experiri certum eſt mihi. Experiri, ſcire. M. Tul. Epiſtola ad Brutum lib. vij: His contraria, atque parata vt eſſe ſoleat expertus ſum. Virg. lib. xj: ---Experto credite, quantus In clypeum inſurgat.

EXIRE manifeſtam habet ſignificationem, vt Terentius in Eunucho: ---Exi foras, ſceleſte; at etiam reſtitas, Fugitiue? Exire, euadere, liberari. Lucillius libro xxviij: Ne hoc faciat, atq. ex hac erumna exeatis. Exire, vitare. Virgil. libro quinto: Corpore tela modo, atq. oculis vigilantibus exit. Exire, erumpere. Virg. Æn. lib. ij: Non ſic aggeribus ruptis quum ſpumeus amnis Exijt. Exire, prohibere. Virg. lib. xj: Suſtinet a iugulo dextram, & vim viribus exit.

EXPEDIRE, vtile eſſe. Terentius Heautont. Expedit bonas eſſe vobis; nobis, quibuſcum eſt res, non ſinunt. Lucillius lib. xxvij: Ego enim an per eiciam vt me amare expediam. M. Tul. de off. lib. ij: Sępe enim aut eos lædunt, quos non debent, aut eos, quos non expedit. Expedire eſt definire. Virg. Æn. lib. iij: --- Et Auſonio poſſis conſidere portu Expediam dictis. Terentius Phormione: ---Atque ea, ſi potes, verbo expedi. Expedire, liberari. Virgil. Æneid. lib. ij: ---Flammam inter & hoſtis Experior. Terent. Hecyra: Teq. hoc crimine * expedire vult, ſe induat. Siſen. Hiſt. lib. iiij:

Funis expediunt, clauſtra foribus impoſita periclitantur. Expedire, proferre. Virg. Æn. libro j: —Cereremque caniſtris expediunt. M. Tullius de ſupplicijs in Verrem: Hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri iubet.

ENIXA dicitur partu leuata. Virg. Æneid. lib. iij: Triginta capitum fetus enixa iacebit. Enixa, ſubiugata. Vigil. Æneid. libro tertio: Seruitio enixæ tulimus.

EFFERRE, ſubdere. Lucillius libro xxvj: Depugnabunt pro te ipſi, & morientur, ac ſe vltro efferent. Efferre ſignificat proferre. Virgilius: Tunc ſatus Anchiſa cæſtus pater extulit æquos. Et libro ſecundo: Mene efferre pedem genitor? Lucillius lib. xxvj: —Ego vbi quem ex præcordijs ecfero verſum. Ennius Medea: Vtinam ne vmquam Medea Colchis cupido corde pedem extuliſſes. Ecferre, oſtendere. Virgilius libro octauo: Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce Extulit. Ecferre, erigere, leuare. Virg. lib. v: Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & alte Extulit. Lucillius lib. xxx: Continuo ſimul ac paulo vehementius ora Inflarit fluctus, erexerit, extuleritque.

EXTOLLERE, differre. Cæcilius Plocio: Abi intro, atque iſta hæc aufer, tamen hodie extollat nubtias.

ECFERRE, edere, prouehere. Virgil. Georgic. lib. ij: Extulit hęc Decios, Marios. Lucil. lib. xxvj: Non iccirco extollitur, nec vitæ vegrandi datur. M. Tullius in Hortenſio: Præter ceteros noſtra

extulit ciuitas. Efferre, extollere. M. Tul. de ſignis: Nimium forſitan hæc illi mirentur, atque ecferant. Lucil. lib. xxviiij: Omnia alia, in quibus ecferimur rebus, ne ego multis loquar. M. Tull. de offic. lib. ij: Itaque eos viros ſuſpiciunt, maximiſque ecferunt laudibus.

EXPLERE dicitur implere. Lucretius lib. iij: Atq. explere bonis rebus, ſatiareque numquam. Virgilius Georgic. libro iij: Improbus ingluuiem, raniſque loquacibus explet. Explere, minuere. Virgil. lib. vj: Diſcedam, explebo numerum, reddarq. tenebris.

EDVCERE, erigere. Virgilius lib. vj: ---Aramque ſepulchri Congerere arboribus cæloq. educere certant. Educere dicitur exuere. Virgil. libro x: ---Hoc dicens, eduxit corpore telum. Educere, educare. Terentius in Adelph. Eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo.

EXPEDIRE, colligere. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem libro j: Ex ceteris autem generibus tunc pecunia expedietur, quum legionibus victricibus erunt quæ ſpopondimus perſoluenda.

EXCVTERE dicitur commouere. Virgilius lib. xij: ---Gaudetq. comantis Excutiens ſeruice toros. M. Tul. de off. lib. iij: Explica, atq. excute intelligentiam tuam. Excutere, emittere. Virgil. lib. xj: ---Excuſſus Aconteus Fulminis in morem. Excutere, excludere, deicere. Virg. Æn. lib. iij: Excutimur curſu, & cęcis erramus in vndis. Idem lib. viiij: Excuſſi manibus radij, reuolutaque penſa. Lucillius libro xxx: Ipſo cum domino calce omnis excutiamus. Excutere, eligere. M. Tullius

Philippicarum lib. xij: Iuuentutem omnem ex tota Italia excuſſimus.

EXPONERE, oſtendere. M. Tul. de ſignis: Vocat ad cænam deinde ipſe Prętorem, exponit ſuas copias omnis. Exponere, deponere. Virgilius lib. x:---Socios de puppibus altis Pontibus exponit. Exponere, diſſerere. M. Tullius Philippicis lib. j: Exponam vobis breuiter conſilium profectionis & regreſſionis meæ. Exponere, abicere. Terent. Heautont. Erat hic Corinthia anus haud impura, ei dedi Exponendam. Expoſitum, ſubiectum. M. Tul. in Verrem actione ij: Quum tibi expoſita eſſet ad prædandum omnis Pamphylia.

EXORNARE, fœdare. Terent. Heautont. ---Egone? ſi viuo, adeo exornatum dabo, Adeo depexum, vt, dum viuat, meminerit ſemper mei. Exornare, ornare. M. Tull. in Verrem de ſignis: Exornat ample, magnificeq. triclinium. Terentius in Eunucho:---Ita viſus eſt Dudum, quia varia veſte exornatus fuit. Cic. de Orat. lib. j: Qui omnes eloquentes fuerunt orationem ſuam & Reip. dignitatem exornabant.

EXPLICARE, oſtendere, explanare. M. Tullius in Verrem diuinat. Vitam alterius totam explicare. Idem de offic. lib. iij: Vt quædam ſibi concedantur, quo facilius quæ volunt explicent. Explicare, emittere, extendere. Virgilius Georgic. lib. ij: Sed trudit gemmas, & frondis explicat omnis. M. Tullius de Repub. libro ij: Quæ virtus præter ceteras totam ſe ad alienas vtilitatis porrigit, atque explicat. Varro Seſquiulyſſe: Vias ſtelligeras ætheris explicans ære cauo ſonitum hic in

cothurnis. Explicare,exerere. M. Tul.de offic.libro iij: Explica atq. excute intelligentiam tuam, vt videas quæ ſit in ea ſpecies,forma, & notio viri boni.

Exvi,eſt exſolui. Virg.Æn.lib.ij: Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas. Exui,nudari.Virg.lib. v:---Magna oſſa lacertoſq.exuit. Exuere,deponere. Virg. Æneid. libro iiij: ---Et, ſi quis precibus locus, exue mentem. Exui, liberari. Lucil.libro xxviiij: Vnde domum vix redeat, vixque hoc exuat ſe.

Excidere, cadere. M. Tullius Philipp.lib. xij: Excident gladij,fluent arma de manibus.Excidere, in obliuionem venire. Virg. Æn. lib. primo: Necdum etiam cauſſæ irarum, ſæuiq.dolores Exciderant animo.

Eiectvm dictum excluſum.Virg.lib.viij:Necnon Tarquinium eiectum Porſenna iubebat Accipere. Lucillius libro xxviiij: --- Vbi erat ſcopios Eijcere iſtum abs te quamprimum,& perdere amorem. Eiectum,extenſum. Virg.lib.x:---Eiectoque incumbit cernuus armo.

Exsvltare, ſæuire. M.Tul. de Rep.lib. ij: Quæ ſanguine alitur, quæ in omni crudelitate ſic exſultat,vt vix hominum acerbis funeribus ſatietur. Eſultare eſt geſtu, vel dictu iniuriam facere. Lucil. lib.xxx: Quin totum purges, debelles me, atq.duras, Exſultes,ſollicites.Virg.lib.v:---Exſultantiaque haurit Corda pauor pulſans. Exſultare, gloriari cum iactantia. Virgilius Æn.libro xj: ---Exſultat Amazon. M. Tullius in Hortenſio: Imbecillis autem eſt pudoris magiſter timor,qui,

ſi quando paululum aberrauit, ſtatim ſpe impunitatis exſultat. Et de ſenectute: Et Annibalem iuueniliter exſultantem patientia ſua molliebat. Exſultare ſupra modum exſilire, & efferri. M. Tullius de Repub. eſt igitur quiddam turbulentum in hominibus ſingulis, quod vel exſultat voluptate, vel moleſtia frangitur.

Eligere ſignificationem habet apertam. Eligere, defatigare. Lucil. libro xxviiij: Corrumpat prorſus, ac neruos omnis eligat.

Excludere dicitur eicere. Terentius in Eunucho: Excluſit, reuocat; redeam? Excludere, liberare. Lucil. lib. xxvij: Primum qua virtute ſeruitutem excluſerit.

Excidere, diſſentire. Lucillius libro xxvij: Metuo vt fieri poſſit ergo, quo ab Archiloco excido.

Expectare dicitur manere, obſeruare. Terentius in Andria: ---Exſpecto quid velis. Exſpectare, ſperare. M. Tullius de offic. libro ſecundo: Eſt enim deterior qui accipit, atque etiam ad idem ſemper exſpectandum paratior. Virgilius Georgic. libro j: ---Sed illos Exſpectata ſeges vanis eluſit Ariſtis. Exſpectare eſt a Deo poſcere.

Expetere, accipere. Plautus Amphit. Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua. Expetere, tranſferre, euadere. Plaut. Amphit. Sua ſiquid culpa expetere mortalem vt ſinat.

F

Felix dicitur fortunatus, beatus. Virg. Æneid. libro iij: O felix vna ante alias Priameia virgo.

Felix, propitius. Virg. Æneid. lib. j: An Phœbi ſoror, an Nympharum ſanguinis vna, Sis felix. Felix, fructuoſus, ferax. Virg. Georg. lib. ij: Exijt ad cælum, ramis felicibus arbos. Varro de vita populi Rom. lib. ij: Contra a nouo marito quum item e foco in titione ex felici arbore, & in aquali allata eſſet.

FASTIGIVM, ima altitudo. Virgil. Georgic. lib. ij: Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia, quæras. Varro de Re ruſt. lib. j; Aquam, quæ e cælo venit, recipere poteſt, aut faſtigium habet, vt exeat fundo. Aggeris.

FERRE, oſtentare. Virgilius libro xj: ---Captiuo ſiue vt ſe ferret in auro Venatrix. Ferre conſuetudine portare dicimus. Virgil. lib. v: Vix illam famuli Phegeus, Sagariſque ferebant. Ferre, habere. Virgil. libro v: ---In magno munere Ciſſeus Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris. *M. Tull. de offic. lib. iij: Sed quum Baſilius M. Satrium ſororis* filium nomen ſuum ferre voluiſſet. Ferre, pati. Virg. Æn. lib. ij: Miſerere animi non digna ferentis. Lucillius lib. xxvij: Ceterum quicquid ſit, quid non ſit, fero ęquo animo, ac fortiter. Varro Prælio Caprino, περὶ ἡδονῆς: Non poſſes eam amplius perferre, tamen ſuadet vt notat. Terentius Heautont. ---Nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum? Ferre, conſerere. Virgilius libro quinto: --- Quibus acer Eryx in prælia ſuetus Ferre manum. Ferre, diſturbare. Virgilius Æneid. libro j: Quippe ferant rapidi ſecum, verrantque per auras. Et libro ij: --- Alij rapiunt incenſa feruntque Pergama. Ferre, dicere, nomi-

nare. Virgilius Æneid. libro ij: ---Et ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt. Et libro ſeptimo: --- Quæ nunc Samothracia fertur. Ferre, dare, exhibere. Virgilius Æneid. libro tertio: Sacra Dionææ matri, diuiſque ferebam. Ferre, pati Cicero in Verrem de Prætura Sicilienſi: Prout Thermitani hominis facultates ferebant. Et de Orat. libro tertio: Si aut vetuſtum verbum ſit, quod tamen conſuetudo ferre poſſit. Ferre, afferre. Virgilius libro vndecimo: Legati reſponſa ferunt. M. Tullius de ſupplicijs: Prohibetur ſuis liberis cibum veſtitumque ferre. Lucillius libro xxviiij: Colligere auxilium, tametſi eſt indigna vt feram. Ferre, dirigere, ducere. Virgilius libro ſexto: Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad vndam. Lucillius lib. xxx: Quid ſibi vult, quare fit vt introuerſus & ad te Spectent atque ferant veſtigia ſe omnia prorſus? Ferre, laudare. Lucillius libro xxx: Et ſola ex multis nunc noſtra poemata ferri.

FLVERE eſt decurrere. Virgilius Georgic. libro ij: Hæc eadem argenti riuos, aurique metalla Oſtendit venis atque auro plurima fluxit. Fluere, minui, deficere. Virglius Æneid. libro ij: Ex illo fluere, ac retro ſub lapſa referri Spes Danaum. Fluere, latius ac liberius excreſcere. Virgilius Georgic. libro ij: ---Tum denique dura Exerce imperia, & ramos compeſce fluentis.

FATVM ſignificat decretum, & voluntatem. Virg. lib. vij: Heu ſtirpem inuiſam, & fatis contraria noſtris Fata Phrygum. Et in vij. Æn. Filius

huic fato Diuum, proleſq. virilis Nulla.

FATIGARE, percutere. Virg. libro nono: --- Verſaque iuuencum Terga fatigamus haſta. Fatigare, excitare, vel increpare, vel hortari. Virgilius libro iiij: ---Socioſque fatigat; Pręcipitis vigilate viri. Fatigare, inſtigare, cogere. Virgil. libro viiij: ---Collecta fatigat edendi Ex longo rabies, & ſiccæ ſanguine fauces. Fatigare ad laſſitudinem deducere. Virgil. libro v: Velocis iaculo ceruos, curſuque fatigat. Et lib. xj: ---Quos nulla fatigant Prælia.

FOEDVM conſuetudine eſt deforme. Terentius in Eunucho: Nunc tibi videtur fœdus, quia illam non habet. Fœdum, exſecrandum. Virgilius lib. vij: --- Auerſuſq. refugit Fœda miniſteria.

FACTIO dicitur malorum conſenſus, & conſpiratio. Salluſt. in Catilinæ bello: * Inter bonos amicitia, inter malos factio. Factio iterum ſignificat opulentiam, abundantiam, & nobilitatem. Titinnius: Sed iam metuo hercle, Cæſo, ne nimis ſtulte fecerim, Qui ex tanta factione atq. opibus eam ſum auſus adgredi. Plaut. in Aulul. Iſtas magnas factiones, dotes dapſilas. Idem Trinummo: Voſtras cum noſtris factiones, atque opes. Turpilius Thraſyleone: Nobilitate, factione fretus interdicere. Cæcilius filium in alta eorum famam occultabat factio.

FEROX eſt ſæuus, & indomabilis; tranſlatum a feritate. Virg. lib. iiij: ---Ac frena ferox ſpumantia mandit. M. Tul. de offic. lib. j: Vt equos propter crebras contentiones preliorum ferocitate exſultantes domitoribus tradere ſolent. Terentius in

Eunucho:

Eunucho: Adeone es ferox, quia habes imperium in beluas? Ferox ſum illa re, dicitur, vt, illa re ſum fretus, vel arrogans. Titinnius Fullonibus: Videram ego te virginem formoſam eſſe, ſponſo eſſe ſuperbam, forma ferocem. Plautus Milite: Vt adoriatur mœchum, qui forma eſt ferox. Accius: Neque vi tanta quiſquam eſt, neque tam abundans fortunis ferox. M. Tul. Epiſtola ad Cæſarem lib. j: Itaque vereor ne ferociorem faciant tutam præclara iudicia telo. Ferox ſignificat cordatus, vel facetus. Plautus in Milite glorioſo: Nam tu quamuis potiſſis facere, vt facetijs, fluat Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.

FAMA eſt opinio ſecundum conſuetudinem. Virgil. Æneid. lib. iij: Fama volat pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem. — Fama, ſpes profuturi numinis. Virgil. Æn. lib. iiij: — Nos munera templis Quippe tuis ferimus, famamq. fouemus inanem. Famoſam, infamem. Cic. de Orat. lib. ij: Non pol, inquit, audeo; nam me ad famoſas vetuit mater accedere. Fama eſt rurſus infamia. Virg. Æn. lib. iiij: — Neq. enim ſpecie, famaue mouetur. Vnde & famoſum dictum eſt infame. Terent. in Adelphis: Maledicta, famam, meum amorem in ſe tranſtulit. Plautus in Aſinaria: Qui etiam me miſerum famoſum facit flagitijs ſuis. Lucillius Satyr. lib. xj: Quintus Opimius ille Iugurthini pater huius, Et formoſus homo fuit, & famoſus, vtrumque Primo adoleſcens; poſterius da rectius ſeſe. Turpilius Pedio: Quæſo omitte ac deſere hanc meretricem, quæ

te ſemel nacta eſt ſemper ſtuduit perdere, Detegere, deſpoliare, opplereq. adeo fama ac flagitijs. M. Tullius de Repub. lib. iiij: Atque etiam ſiqua erat famoſa, ei cognati oſculum non ferebant. Salluſtius in Iugurtha: Is poſtquam largitionem famoſam, impudentemque. Næuius: Deſubito famam tollunt, ſiquam ſolam videre in via.

FORTIS eſt celer. Lucretius libro iij: —Aut quidnam tremulis facere artubus hœdi Conſimile in curſu poſſint, & fortis equi vis? Virgilius libro xj: — Quid tam egregium, ſi femina forti Fidis equo? — Fortis rurſum formoſa. Plautus Milite: Ecquid fortis viſa eſt? Fortis etiam diues. Plautus Trinummo: Eum ſororem deſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam, id eſt diuitem, & copioſam. Afranius Fratrijs: Formoſa virgo eſt; dotis dimidium vocant Iſti, qui dotis negligunt vxorias: Præterea fortis. Lucillius libro xxx: Omnes formoſi, fortes tibi, ego improbus; eſto. Fortis, magnarum virium. Virgilius Æn. lib. j: — Fortemq. Cloanthum.

FACESSERE eſt facere. Ennius Annal. lib. j: Hæc ecfatus, ibique latrones dicta faceſſunt. Afranius in Imis: Multa atque moleſta es; potin vt dicta faceſſas? Virgil. Æneid. lib iiij: Imperio læti parent, ac iuſſa faceſſunt. Faceſſere ſignificat recedere. Ennius Eumenidibus: Dico viciſſe Oreſten, vos ab hoc faceſſite. Titinnius Gemina: — At aliquis veſtrorum nuntiet Geminæ, vt res ſuas procuret, ædibus faceſſat. Pacuuius Teucro: Te repudio, nec recipio, naturam dico faceſſi. Item: Faceſſite hinc omnes, parumper tu mane.

Cicero de Legibus lib. j: Pauliſper faceſſant, rogemus. Afranius Liberto: Nolo hic te videat, dominus eſt; puer faceſſe hinc. Plautus Rudente: Siquidem ſis pudicus, hinc faceſſas. M. Tullius in Hortenſio: Faceſſant igitur omnes qui docere nihil poſſunt, quo melius ſapientiuſque viuamus.

FATISCERE eſt aperire: *fatiſcere* rurſum deficere. Accius Epinauſimache: Tamen haud fatiſcar, quin tuam implorem fidem. Pacuuius Duloreſte: Vt ſi ita ſunt promerita veſtra, æquiparare vt queam, Vereor, niſi numquam fatiſcar facere quod quibo boni.

FERVS ſignificat ſeuerus. Virg. Æneid. lib. ij: —Ferus omnia Iuppiter Argos Tranſtulit. Ferus iterum equus. Virgilius Æn. lib. ij: —Inque feri curuam compagibus aluum Contorſit. Accius Medea: Perite in ſtabulis frenos immittens feris. Ferus iterum ſignificat ceruum. Virgilius libro vij: Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat.

FVGA ſignificat, citus curſus. Virgil. Æn. libro j: —Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, volucremque fuga præuertitur Hebrum. Item fuga volatum ſignificat. Virgilius: —Celeriq. fuga ſub ſidera lapſæ Semeſam prædam, & veſtigia fœda relinquunt. Fuga item dicitur nauigatio. Accius Telepho: Remiſque nixi properiter nauem in fugam Tranſdunt. Virgilius Æneid. lib. v: Ipſæ iam matres, ipſæ, quibus aſpera quondam Viſa maris facies, & non tolerabile nomen, Ire volunt, omnemque fugæ perferre laborem. Idem libro iiij: Non fugis hinc præceps, dum præcipitare poteſtas? Idem in tertio: Tendunt

vela noti,fugimus ſpumantibus vndis. Plautus in Aſinaria: Remigio, veloque, quantum poteſt,feſtina & fuge. Fuga vehemens efflatus. Virgil. Georgic. lib. iij: Ille volat, ſimul arua fuga,ſimul æquora verrens.

FRIGIT correpta prima ſyllaba ſignificat erigit. Accius Meleagro: Frigit fricantem corpus acuum occulte abſtruſo in flumine. Idem in eadem: Frigit æſtas rubore ex oculis fulgens flammeo. Frigere eſt, & friguttire, cum ſono ſuſſilire. Plautus Caſina: Nam quid friguttis? quid iſtuc tam cupide petis? Afranius Priuigno: Occaſionem cartha mulier inuolat In collum, plorat, orat, occurrit nepos Pauſillus, neptis porro de lecto frigit.

FINGERE eſt iungere. Lucillius libro viiij: Quum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis Fingens compono, hoc eſt quum ψωλοκοπῦμαι. Fingere, componere. Virgilius Georg. lib. ij: Perſequitur vitem antondens, fingitque putando. M. Tullius de finib. bon. & mal. lib. v: Vt alia in primo ortu perficere, alia progrediente ætate fingere. Lucillius libro xxvij: Item populi ſalute & fictis verſibus Lucillius, Quibus poteſt, impertit. M. Tul. de offic. lib. iij: Fictam & commenticiam fabulam prolatam dicunt a Platone. Fingere, parare. Lucillius lib. xxviij: Sed fuga fingitur, timido vadit pede percitus. Varro Cato, vel de lib. educand. Magnum eſt enim, vt Ariſton ſcribit, in primordio puerili, quemadmodum incipiat fingi ad id, quo ſi euadat. Fingere, effigiare, vel formare, & facere. M. Tul. de Repub. lib. iiij: Ego

vero eodem, quo ille Homerum redimitum coronis, & delibutum vnguentis emittit ex ea vrbe, quam ſibi ipſe fingit. Idem de Deorum natura libro ij: Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus; Ea vocem immoderate profuſam fingit & terminat. Virgilius Æn. libro ij: — Nec, ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. M. Tullius de officijs libro iij: Virum bonum fingimus, de eius deliberatione & conſultatione quærimus. Salluſtius in Catilinæ bello: Quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit. Plautus in Aſinaria: Nam nec fictum vſquam eſt, nec pictum, neq. ſcribtum in poematis. Varro ταφῇ μενίππου: Vt hirundire ſingulis obliti luto tegulas fingebant. Fingere, ſimulare mendacium. Afranius Fratrijs: Nunc vide, hoc, quo pacto eo aurum in medium proferam, Tu Caſtalia cogita, tu finge, fabricare vti libet. Virgil. Georgic. lib. ij: — Non hic te carmine ficto, Atq. per ambages. Terentius in Andria: Effingunt quamdam inter ſe nunc fallaciam. Virgilius libro xj: Vel quum ſe pauidum contra mea iurgia fingit Artificis ſcelus. M. Tullius de finib. bon. & mal. lib. v: Talibus exemplis non fictæ ſolum fabulæ, ſed etiam hiſtoriæ refertæ.

Facinvs, factum. Salluſtius in Catilinæ bello: Qui aliquo negotio intentus præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit. Terentius Heautont. Non fit ſine periculo facinus magnum, nec memorabile. M. Tullius de offic. lib. iij: Promiſſum potius non faciendum, quam tætrum facinus admittendum fuit. Et de ſenectute: Nullum deni-

que ſcelus, nullum malum eſſe facinus, ad quod ſuſcipiendum non lubido voluptatis impelleret. Plautus in Aulularia: Hoc eſt ſerui facinus. Facinus rurſum ſcelus. Salluſtius in Catil. bello: Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obſcuro loco, flagitijs atque facinoribus coopertus. M. Tullius de offic. lib. iij: Ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus.

FVRTVM eſt occulta ſubreptio. Virgilius Georgic. lib. iiij: Vulcani, Martiſque dolos, & dulica furta. Furtum, inſidiæ. Salluſtius: Profectus, vicos caſtellaque incendere, & fuga cultorum deſerta igni vaſtare, neque elate, aut feſtuſtiſſimus metu gentis ad furta belli peridoneæ. Virgil. Æneid. lib. xj: Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ, Vt biuias armato obſidam milite fauces. Fures etiam ſerui ſunt dicti. Virgilius in Bucolicis: Quid domini faciant, audent quum talia fures?

FIDVCIA eſt audacia. Salluſtius lib. ij: Ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur. Fiducia, confidentia. Virgil. Æn. lib. viiij: Ceruis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.

FATIGARE, cohibere, comprimere. M. Tullius de offic. lib. iij: Qui non verbis ſunt, & diſputatione philoſophorum, ſed vinclis & carcere fatigandi. Fatigare, commouere, perturbare. Virg. Æn. libro primo: Quæ mare nunc, terraſq. metu, cælumq. fatigat.

FRIGORIS quæ ſit ſignificatio manifeſtum eſt, vt Virg. Georg. lib. ij: --- Friguſq. caloremq. Inter. Et Lucretius: Frigus vt a fluuijs, calor ab

ſole, æſtus ab vndis Æquoris. Frigus, metus. Virg. Æn. lib. j: Extemplo Æneæ ſoluuntur frigore membra. Frigus, aeris natura. Virgilius Georg. lib. ij: --- At ſceleratum exquirere frigus, Difficile eſt. Frigidum, venenatum. Virgilius in Bucolicis: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Frigidus, mortuus. Virgil. libro viiij: Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus. Frigidum, ſegne, imbecille. Virgilius lib. xj: Largus opum, & lingua melior, ſed frigida bello Dextera.

FERIRE vſu ſignificat percutere. Virgilius in Bucolicis: --- Cornu ferit ille, caueto. M. Tullius de ſupplicijs: Feriuntur ſecuri; lætaris tu in omnium gemitu & triumphas. Ferire, ſancire, firmare. Virgilius Æneid. libro x: --- Haud fit mora, Tarchon Iungit opes, fœduſque ferit.

FOVERE eſt nutrire, prouehere. Virgilius Georgic. libro iiij: --- Hinc neſcio qua dulcedine lætæ Progeniem, nidoſque fouent. Et Æneid. lib. j: --- Iam tum tenditque fouetque. Lucillius libro xxviiij: Ventrem alienum mæſtum fouere ex molito ordeo, vti cataplaſmo. Fouere, aſpergere. Virgilius libro xij: Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapix. Fouere, conſtituere. Virgilius Georgic. libro iiij: Sub terra fouere larem. Et Æneid. libro j: --- Et interdum gremio fouet inſcia Dido, Inſidat quantus miſeræ Deus. Fouere, tueri. Virgilius lib. viiij: --- Non obuia ferre Arma viros, ſed caſtra fouere.

Felix, propitius. Virg. Æneid. lib.j: An Phœbi ſoror, an Nympharum ſanguinis vna, Sis felix. Felix, fructuoſus, ferax. Virg. Georg. lib. ij: Exijt ad cælum, ramis felicibus arbos. Varro de vita populi Rom. lib. ij: Contra a nouo marito quum item e foco in titione ex felici arbore, & in aquali allata eſſet.

FASTIGIVM, ima altitudo. Virgil. Georgic. lib. ij: Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia, quæras. Varro de Re ruſt. lib. j; Aquam, quæ e cælo venit, recipere poteſt, aut faſtigium habet, vt exeat fundo. Aggeris.

FERRE, oſtentare. Virgilius libro xj: ---Captiuo ſiue vt ſe ferret in auro Venatrix. Ferre conſuetudine portare dicimus. Virgil. lib. v: Vix illam famuli Phegeus, Sagariſque ferebant. Ferre, habere. Virgil. libro v:---In magno munere Ciſſeus Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris. *M. Tull. de offic. lib. iij: Sed quum Baſilius M. Satrium ſororis* filium nomen ſuum ferre voluiſſet. Ferre, pati. Virg. Æn. lib. ij: Miſerere animi non digna ferentis. Lucillius lib. xxvij: Ceterum quicquid ſit, quid non ſit, fero ęquo animo, ac fortiter. Varro Prælio Caprino, περὶ ἡδονῆς: Non poſſes eam amplius perferre, tamen ſuadet vt notat. Terentius Heautont. ---Nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum? Ferre, conſerere. Virgilius libro quinto: --- Quibus acer Eryx in prælia ſuetus Ferre manum. Ferre, diſturbare. Virgilius Æneid. libro j: Quippe ferant rapidi ſecum, verrantque per auras. Et libro ij: --- Alij rapiunt incenſa feruntque Pergama. Ferre, dicere, nomi-

nare. Virgilius Æneid. libro ij: ---Et ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt. Et libro ſeptimo: --- Quæ nunc Samothracia fertur. Ferre, dare, exhibere. Virgilius Æneid. libro tertio: Sacra Dionææ matri, diuiſque ferebam. Ferre, pati Cicero in Verrem de Prætura Sicilienſi: Prout Thermitani hominis facultates ferebant. Et de Orat. libro tertio: Si aut vetuſtum verbum ſit, quod tamen conſuetudo ferre poſſit. Ferre, afferre. Virgilius libro vndecimo: Legati reſponſa ferunt. M. Tullius de ſupplicijs: Prohibetur ſuis liberis cibum veſtitumque ferre. Lucillius libro xxviiij: Colligere auxilium, tametſi eſt indigna vt feram. Ferre, dirigere, ducere. Virgilius libro ſexto: Hinc via, Tartarei quæ fert Acherontis ad vndam. Lucillius lib. xxx: Quid ſibi vult, quare fit vt introuerſus & ad te Spectent atque ferant veſtigia ſe omnia prorſus? Ferre, laudare. Lucillius libro xxx: Et ſola ex multis nunc noſtra poemata ferri.

Flvere eſt decurrere. Virgilius Georgic. libro ij: Hæc eadem argenti riuos, aurique metalla Oſtendit venis atque auro plurima fluxit. Fluere, minui, deficere. Virglius Æneid. libro ij: Ex illo fluere, ac retro ſub lapſa referri Spes Danaum. Fluere, latius ac liberius excreſcere. Virgilius Georgic. libro ij: ---Tum denique dura Exerce imperia, & ramos compeſce fluentis.

Fatvm ſignificat decretum, & voluntatem. Virg. lib. vij: Heu ſtirpem inuiſam, & fatis contraria noſtris Fata Phrygum. Et in vij. Æn. Filius

Eunucho : Adeone es ferox, quia habes imperium in beluas? Ferox ſum illa re, dicitur, vt, illa re ſum fretus, vel arrogans. Titinnius Fullonibus: Videram ego te virginem formoſam eſſe, ſponſo eſſe ſuperbam, forma ferocem. Plautus Milite: Vt adoriatur mœchum, qui forma eſt ferox. Accius: Neque vi tanta quiſquam eſt, neque tam abundans fortunis ferox. M. Tul. Epiſtola ad Cæſarem lib. j: Itaque vereor ne ferociorem faciant tutam præclara iudicia telo. Ferox ſignificat cordatus , vel facetus. Plautus in Milite glorioſo: Nam tu quamuis potiſſis facere, vt facetijs, fluat Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior.

FAMA eſt opinio ſecundum conſuetudinem. Virgil. Æneid. lib. iij: Fama volat pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem. — Fama, ſpes profuturi numinis. Virgil. Æn. lib. iiij: — Nos munera templis Quippe tuis ferimus, famamq. fouemus inanem. Famoſam, infamem. Cic. de Orat. lib. ij: Non pol, inquit, audeo; nam me ad famoſas vetuit mater accedere. Fama eſt rurſus infamia. Virg. Æn. lib. iiij: — Neq. enim ſpecie, famaue mouetur. Vnde & famoſum dictum eſt infame. Terent. in Adelphis: Maledicta, famam, meum amorem in ſe tranſtulit. Plautus in Aſinaria: Qui etiam me miſerum famoſum facit flagitijs ſuis. Lucillius Satyr. lib. xj: Quintus Opimius ille Iugurthini pater huius, Et formoſus homo fuit, & famoſus, vtrumque Primo adoleſcens; poſterius da rectius ſeſe. Turpilius Pedio: Quæſo omitte ac deſere hanc meretricem, quæ

te ſemel nacta eſt ſemper ſtuduit perdere, Detegere, deſpoliare, opplereq. adeo fama ac flagitijs. M. Tullius de Repub. lib. iiij: Atque etiam ſiqua erat famoſa, ei cognati oſculum non ferebant. Salluſtius in Iugurtha: Is poſtquam largitionem famoſam, impudentemque. Næuius: Deſubito famam tollunt, ſiquam ſolam videre in via.

FORTIS eſt celer. Lucretius libro iij: — Aut quidnam tremulis facere artubus hœdi Conſimile in curſu poſſint, & fortis equi vis? Virgilius libro xj: — Quid tam egregium, ſi femina forti Fidis equo? — Fortis rurſum formoſa. Plautus Milite: Ecquid fortis viſa eſt? Fortis etiam diues. Plautus Trinummo: Eum ſororem deſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam, id eſt diuitem, & copioſam. Afranius Fratrijs: Formoſa virgo eſt; dotis dimidium vocant Iſti, qui dotis negligunt vxorias: Præterea fortis. Lucillius libro xxx: Omnes formoſi, fortes tibi, ego improbus; eſto. Fortis, magnarum virium. Virgilius Æn. lib. j: — Fortemq. Cloanthum.

FACESSERE eſt facere. Ennius Annal. lib. j: Hæc ecfatus, ibique latrones dicta faceſſunt. Afranius in Imis: Multa atque moleſta es; potin vt dicta faceſſas? Virgil. Æneid. lib iiij: Imperio læti parent, ac iuſſa faceſſunt. Faceſſere ſignificat recedere. Ennius Eumenidibus: Dico viciſſe Oreſten, vos ab hoc faceſſite. Titinnius Gemina: — At aliquis veſtrorum nuntiet Geminæ, vt res ſuas procuret, ædibus faceſſat. Pacuuius Teucro: Te repudio, nec recipio, naturam dico faceſſi. Item: Faceſſite hinc omnes, parumper tu mane.

Cicero de Legibus lib. j: Pauliſper faceſſant, rogemus. Afranius Liberto: Nolo hic te videat, dominus eſt; puer faceſſe hinc. Plautus Rudente: Siquidem ſis pudicus, hinc faceſſas. M. Tullius in Hortenſio: Faceſſant igitur omnes qui docere nihil poſſunt, quo melius ſapientiuſque viuamus.

Fatiscere eſt aperire: *fatiſcere* rurſum deficere. Accius Epinauſimache: Tamen haud fatiſcar, quin tuam implorem fidem. Pacuuius Duloreſte: Vt ſi ita ſunt promerita veſtra, æquiparare vt queam, Vereor, niſi numquam fatiſcar facere quod quibo boni.

Fervs ſignificat ſeuerus. Virg. Æneid. lib. ij: —Ferus omnia Iuppiter Argos Tranſtulit. Ferus iterum equus. Virgilius Æn. lib. ij: —Inque feri curuam compagibus aluum Contorſit. Accius Medea: Perite in ſtabulis frenos immittens feris. Ferus iterum ſignificat ceruum. Virgilius libro vij: Pectebatque ferum, puroque in fonte lauabat.

Fvga ſignificat, citus curſus. Virgil. Æn. libro j: —Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, volucremque fuga præuertitur Hebrum. Item fuga volatum ſignificat. Virgilius: —Celeriq. fuga ſub ſidera lapſæ Semeſam prædam, & veſtigia fœda relinquunt. Fuga item dicitur nauigatio. Accius Telepho: Remiſque nixi properiter nauem in fugam Tranſdunt. Virgilius Æneid. lib. v: Ipſæ iam matres, ipſæ, quibus aſpera quondam Viſa maris facies, & non tolerabile nomen, Ire volunt, omnemque fugæ perferre laborem. Idem libro iiij: Non fugis hinc præceps, dum præcipitare poteſtas? Idem in tertio: Tendunt

vela noti, fugimus ſpumantibus vndis. Plautus in Aſinaria: Remigio, veloque, quantum poteſt, feſtina & fuge. Fuga vehemens efflatus. Virgil. Georgic. lib. iij: Ille volat, ſimul arua fuga, ſimul æquora verrens.

FRIGIT correpta prima ſyllaba ſignificat erigit. Accius Meleagro: Frigit fricantem corpus acuum occulte abſtruſo in flumine. Idem in eadem: Frigit æſtas rubore ex oculis fulgens flammeo. Frigere eſt, & friguttire, cum ſono ſuſſilire. Plautus Caſina: Nam quid friguttis? quid iſtuc tam cupide petis? Afranius Priuigno: Occaſionem cartha mulier inuolat In collum, plorat, orat, occurrit nepos Pauſillus, neptis porro de lecto frigit.

FINGERE eſt iungere. Lucillius libro viiij: Quum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis Fingens compono, hoc eſt quum ψωλοκοποῦμαι. Fingere, componere. Virgilius Georg. lib. ij: Perſequitur vitem antondens, fingitque putando. M. Tullius de finib. bon. & mal. lib. v: Vt alia in primo ortu perficere, alia progrediente ætate fingere. Lucillius libro xxvij: Item populi ſalute & fictis verſibus Lucillius, Quibus poteſt, impertit. M. Tul. de offic. lib. iij: Fictam & commenticiam fabulam prolatam dicunt a Platone. Fingere, parare. Lucillius lib. xxviij: Sed fuga fingitur, timido vadit pede percitus. Varro Cato, vel de lib. educand. Magnum eſt enim, vt Ariſton ſcribit, in primordio puerili, quemadmodum incipiat fingi ad id, quo ſi euadat. Fingere, effigiare, vel formare, & facere. M. Tul. de Repub. lib. iiij: Ego

vero eodem, quo ille Homerum redimitum coronis, & delibutum vnguentis emittit ex ea vrbe, quam ſibi ipſe fingit. Idem de Deorum natura libro ij: Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus; Ea vocem immoderate profuſam fingit & terminat. Virgilius Æn. libro ij: — Nec, ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. M. Tullius de officijs libro iij: Virum bonum fingimus, de eius deliberatione & conſultatione quærimus. Salluſtius in Catilinæ bello: Quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit. Plautus in Aſinaria: Nam nec fictum vſquam eſt, nec pictum, neq. ſcribtum in poematis. Varro περὶ μελίττης: Vt hirundire ſingulis obliti luto tegulas fingebant. Fingere, ſimulare mendacium. Afranius Fratrijs: Nunc vide, hoc, quo pacto eo aurum in medium proferam, Tu Caſtalia cogita, tu finge, fabricare vti libet. Virgil. Georgic. lib. ij: — Non hic te carmine ficto, Atq. per ambages. Terentius in Andria: Effingunt quamdam inter ſe nunc fallaciam. Virgilius libro xj: Vel quum ſe pauidum contra mea iurgia fingit Artificis ſcelus. M. Tullius de finib. bon. & mal. lib. v: Talibus exemplis non fictæ ſolum fabulæ, ſed etiam hiſtoriæ refertæ.

Facinvs, factum. Salluſtius in Catilinæ bello: Qui aliquo negotio intentus præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit. Terentius Heautont. Non fit ſine periculo facinus magnum, nec memorabile. M. Tullius de offic. lib. iij: Promiſſum potius non faciendum, quam tætrum facinus admittendum fuit. Et de ſenectute: Nullum deni-

que ſcelus, nullum malum eſſe facinus, ad quod ſuſcipiendum non lubido voluptatis impelleret. Plautus in Aulularia: Hoc eſt ſerui facinus. Facinus rurſum ſcelus. Salluſtius in Catil. bello: Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obſcuro loco, flagitijs atque facinoribus coopertus. M. Tullius de offic. lib. iij: Ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus.

Fvrtvm eſt occulta ſubreptio. Virgilius Georgic. lib. iiij: Vulcani, Martiſque dolos, & dulica furta. Furtum, inſidiæ. Salluſtius: Profectus, vicos caſtellaque incendere, & fuga cultorum deſerta igni vaſtare, neque elate, aut fetuſtiſſimus metu gentis ad furta belli peridoneæ. Virgil. Æneid. lib. xj: Furta paro belli conuexo in tramite ſyluæ, Vt biuias armato obſidam milite fauces. Fures etiam ſerui ſunt dicti. Virgilius in Bucolicis: Quid domini faciant, audent quum talia fures?

Fidvcia eſt audacia. Salluſtius lib. ij: Ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur. Fiducia, confidentia. Virgil. Æn. lib. viiij: Ceruis quæ Rutulos habeat fiducia rerum.

Fatigare, cohibere, comprimere. M. Tullius de offic. lib. iij: Qui non verbis ſunt, & diſputatione philoſophorum, ſed vinclis & carcere fatigandi. Fatigare, commouere, perturbare. Virg. Æn. libro primo: Quæ mare nunc, terraſq. metu, cælumq. fatigat.

Frigoris quæ ſit ſignificatio manifeſtum eſt, vt Virg. Georg. lib. ij: --- Friguſq. caloremq. Inter. Et Lucretius: Frigus vt a fluuijs, calor ab

ſole, æſtus ab vndis Æquoris. Frigus, metus. Virg. Æn. lib. j: Extemplo Æneæ ſoluuntur frigore membra. Frigus, aeris natura. Virgilius Georg. lib. ij: --- At ſceleratum exquirere frigus, Difficile eſt. Frigidum, venenatum. Virgilius in Bucolicis: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Frigidus, mortuus. Virgil. libro viiij: Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus. Frigidum, ſegne, imbecille. Virgilius lib. xj: Largus opum, & lingua melior, ſed frigida bello Dextera.

FERIRE vſu ſignificat percutere. Virgilius in Bucolicis: --- Cornu ferit ille, caueto. M. Tullius de ſupplicijs: Feriuntur ſecuri; lætaris tu in omnium gemitu & triumphas. Ferire, ſancire, firmare. Virgilius Æneid. libro x: --- Haud ſit mora, Tarchon Iungit opes, fœduſque ferit.

FOVERE eſt nutrire, prouehere. Virgilius Georgic. libro iiij: --- Hinc neſcio qua dulcedine lætæ Progeniem, nidoſque fouent. Et Æneid. lib. j: --- Iam tum tenditque fouetque. Lucillius libro xxviiij: Ventrem alienum mæſtum fouere ex molito ordeo, vti cataplaſmo. Fouere, aſpergere. Virgilius libro xij: Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapix. Fouere, conſtituere. Virgilius Georgic. libro iiij: Sub terra fouere larem. Et Æneid. libro j: --- Et interdum gremio fouet inſcia Dido, Inſidat quantus miſeræ Deus. Fouere, tueri. Virgilius lib. viiij: --- Non obuia ferre Arma viros, ſed caſtra fouere.

FETVM ſignificat plenum. Virgilius Æneid. lib. j: —Loca feta furentibus auſtris. Et libro ij: —Scandit fatalis machina muros Feta armis. Varro γνῶθι σεαυτόν: —Non videtis vnus vt Paruulus Amor ardifeta lampade. Fetum, onere leuatum. Virgilius lib. viij: Fecerat & viridi fetam Mauortis in antro. Et Georgic. libro tertio: —Nec tibi fetæ More patrum niuea implebunt mulgaria vaccæ. Varro de vita pop. Rom. lib. ij: Menſæ anteponebantur cum cullia, ac vno in quo quæ veniebant ad fetam amicæ gratulatum, Dijs mactabant.

FASCES quam habeant ſignificationem, manifeſtum eſt. Virgil. Georgic. lib. ij: Illum non populi faſces, non purpura regum Flexit. Faſcem conſulem poſuit. Virgilius Georgic. lib. iij: Iniuſto ſub faſce viam dum carpit. Faſcem, onus. Virgilius in Bucol. —Ego hoc te faſce Leuabo. Idem Georgic. lib. iiij: —Vtroque animas ſub faſce dedere.

FVNDERE eſt liquorem defundere. Virgilius Æn. lib. v: Hic duo rite mero libans carcheſia baccho Fundit humi. Fundere, proſternere, iacere. Virgilius Æn. libro j: —Quam ſeptem ingentia victor Corpora fundat humo. Et Æn. lib. ij: Fuſiſſi ſine mente, ac ſine vllo ſubiacerent. M. Tullius in Philipp. lib. xiiij: Sceleratiſſimorum hoſtium exercitum fuſum cæſumque cognoui. Fundere, dare. Virg. in Bucol. Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. Cicero Tuſcul. libro v: Vt aut flores, aut fruges fundant, aut bacas. Fundere, dicere. Virg. Æn. lib. iij: Talia fundebat, la-

chrymans. Plautus Aſinaria: Ne ille ecaſtor funerato fundit. Fundere, fugare. Virgil. Æneid. lib. ij: Illi etiam, ſiquos obſcura nocte per vmbram Fudimus inſidijs, totaque agitauimus vrbe, Apparent. Fundere, dimittere. Virgilius Georg. lib. iij: --- Ruuntque effuſi carcere currus. Et lib. x: --- Criſtiſque a vertice flamma Funditur.

Filvm, deducta res quæq. ad tenuitatem. Virgilius lib. x: --- Extremaque Tauſo Parcæ fila legunt. Filum, oris liniamentum. Lucil. lib. xxviiij: Surge mulier, ducito filum non malum.

Flagitivm veteres vitium, quod virgini infertur, dici voluerunt. Flagitium, periculum. Lucil. lib. xxviiij: Qui & poſcent minus & præbebunt rectius multo Et ſine flagitio.

Fides quid ſit, manifeſtum eſt, vt Virgil. Æn. lib. j: Cana Fides & Veſta, vt plerumque. Fides, chordæ quæ appellantur. M. Tullius in Hortenſio: Ponendæ ſunt fides & tibiæ. Et Virgil. libro vj: Threicia fretus cithara, fidibuſque canoris.

Facere apertam habet ſignificantiam. Facere, rem diuinam religionibus exhibere. Plautus in Aulularia: Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam. Virgilius in Bucolicis: Quum faciam vitulam pro frugibus ipſe venito.

G.

Grave, grauidum. Virgil. Æn. lib. j: --- Donec regina ſacerdos Marte grauis. Graue, plenum. Virgil. in Bucolicis: Non inſueta grauis ten-

tabunt pabula fetas. Et Georg. lib. iij: --- Et grauido ſuperant vix vbere limen. Et libro j. Æneid. Tunc pietate grauem ac meritis. Graue, fecundum, frugiferum. Virgilius Georg. lib. iij: Quid labor aut benefacta iuuent? quid vomere terras Inuertiſſe grauis? Graue ſecundum conſuetudinem ponderoſum. Virgilius Georg. lib. j: Vomis, & inflexi primum graue robur aratri. Terentius Heautont. Hui, tam grauis hos quæſo? M. Tul. de offic. lib. iij: Aut certe omni pondere grauior habenda eſt. Graue, amarum. Varro Quinquatribus: Abſynthium vti bibam grauem, & caſtoreum, leuemque robur. Virgilius: --- Et graueolentia centaurea. Graue, multum, valde ſignificare veteres probant. Titinnius Pſalteria: Grauique obſonio conuiuas. Nam & grauiter multum intellegitur. Cæcilius Plocio: Placere occœpit grauiter, poſtquam eſt mortua. Accius Deiphobo: Aut infando homini gnato Laertæ Ithacenſi ex ſolo, Qui neque amico amicus vnquam grauis, neque hoſti hoſtis fuit. Salluſtius Hiſt. lib. iij: Namque ſis, præter ſolita vitioſis magiſtratibus, quum per omnem prouinciam infecunditate biennij proximi graue pretium fructibus eſſet. M. Tullius de offic. lib. j: Nec vero audiendi, grauiter qui inimicis iraſcendum putant. Lucretius libro j: Humana ante oculos fœde cum vita iaceret In terris oppreſſa graui ſub relligione. Varro Gerontodidaſcalo: Vbi graues paſcuntur, atque alantur pauonum greges. Graue, grandæuum. Virgilius lib. v: Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Graue, moleſtum.

M. Tul. de ſenectute: Quod numquam tibi ſenectutem grauem eſſe ſenſerim. In eodem: Facilius in morbos incidunt aduleſcentes, grauius ægrotant, triſtius curantur. Salluſtius lib. ij: Et continetur grauis. Graue, nocens. Virgil. Georg. libro iij: Galbaneoque agitare, grauis. M. Tul. de offic. lib. iij: Magnum illud bellum perfuga vnus, & grauem aduerſarium imperij ſuſtuliſſet. Graue, triſte. Accius Erigona: Sed vbi ad finem ventum eſt in quo illum fors ſpectabat loco, At quem Oreſtes grauis ſacerdos ferro promto adſtituere. Virgilius lib. viij: — Grauior ne nuntius auris Vulneret. Graue, forte. Virgil. lib. xij: — Ferit enſe grauem Tymbræus Oſirim. Graue, vtile. M. Tul. de offic. lib. j: Vt etiamſi ſint alia grauiora, atque meliora, tamen nos ſtudia noſtra naturæ regula metimur. Graue, ſolidum, & firmum. Accius Athamente: Veneficius grauem hoſtium peperiſti, & graue. Idem Nyctegreſia: Id quod facis, gratum, & graue eſt. M. Tullius in Hortenſio: Vnde aut ad agendum, aut ad dicendum copia depromi maior grauiſſimorum exemplorum, quaſi incorruptorum teſtimoniorum, poteſt? Graue, ſapiens cum auctoritate. M. Tul de offic. lib. j: Quæ grauis, & fortis ciuis, & in Republica dignus principatu fugiet, atque oderit. Et in Hortenſio: Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Tucydide grauius? Graue, neceſſarium. Lucil. lib. xxviiij: Habeaſque animo, mihi admodum cauſſam grauem Fore, quæ me ab vllo commodo abducat tuo.

Grassari dicitur ſupra modum ſæuire.

Graſſari etiam dicimus ambulare. Titinnius Veliterna: Vende thenſam, atq. mulos, ſine eam pedibus graſſari, cum fingere eius ſuperbiam. Nouius Pedio: Cretanus ſi me deploidi a recta graſſatur via. *Idem Pedio: Nunc res me ipſa reprimit; ſæpe hac eadem ſum graſſatus via. Salluſtius in Iugurtha: Qui vbi ad gloriam virtutis via graſſatur. Afranius Excepto: Conſimili graſſantur via, a quibus hic eſt omnis cultus.

GARRVLÆ dicuntur aues canoræ, & hilares. Virgil. Georg. lib. iiij: Garrula quam tignis nidum ſuſpendit hirundo. Garrulus eſt rurſum cordatus. Varro Periplus lib. j: In hac ciuitate tum regnabat Dionyſius, homo garrulus & acer.

GEMINI dicuntur ex vno vtero vno die editi. Virgil. lib. viij: — Geminos huic vbera circum Ludere pendentis pueros. Geminum rurſum ſimile. Pacuuius Hermiona: Par fortitudo, gemina confidentia. Geminæ, duæ. Virgilius lib. vj: Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur Cornea.

GERERE eſt habere. Virgil. Æneid. lib. ij: — Et nos aliquod nomenque, decuſq. Geſſimus. Gerere, ferre. Virgilius lib. vij: Bella manu, letumq. gero. Et idem eodem libro: — Læuaq. ancile gerebat. Gerere, facere. Virgil. lib. iiij: — Nec tecum talia geſſi, Magnanimum Æneam, & fata extrema ſecutus.

GRADVS conſuetudine ſunt, per quos ad altiora domorum & ædificiorum omnium ſcanditur. Virg. Æneid. lib. j: Aerea cui gradibus ſurgebant limina. Gradus, pedum gradientium vi-

ciſſitudo. Virgil. Georg. lib. iij: --- Gradibuſque ſonare Compoſitis. Gradus, firmitas ſtandi. M. Tul. de offic. lib. j: Nec tumultuantem de gradu deiciunt.

GESTIRE eſt cupere. Lucillius lib. xxx: Quanto haurire animus Muſarum e fontibus geſtit. Geſtire, lætum eſſe. Virgil. Georg. lib. j: Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi.

H.

HERBA eſt viride pecorum pabulum. Virgil. Georg. lib. j: --- Et ſulcis frumenti quæreret herbam. Herbam veteres palmam, vel victoriam dici volunt. Virg. Georgic. lib. iij: --- Atq. immemor herbæ Victor equus. Accius Meleagro: Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent, Pro ſe quiſque cum corona clarum conſtitit caput. Afranius Excepto: Fit opus luculentum, hoc dici herbam det.

HABERE, ſatis eſſe. Virgil. lib. xij: Hoc habet, hæc melior magnis data victima Diuis. Habere planum eſt quid ſignificet, vt Virgilius Æn. lib. quarto: --- Habeat ſecum, ſeruetq. ſepulchro. Terentius Andria: Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi. Habere, tenere, occupare. Virgil. Æn. lib. ij: Hoſtis habet muros. Lucillius libro xxviiij: Hoc tum ille habebat, & fere omnem Apuliam. Plautus Aulularia: Poſtremo hunc iam perſcrutaui, nihil habet. Terentius Andria: --- Certe captus eſt, habet. Habere rurſus habitare. Salluſtius in Catilinæ bello: Credo falſa exiſtimans ea, quæ de inferis memorantur;

diuerſo itinere malos a bonis loca tætra; inculta, fœda, atque formidoloſa habere. Virgilius lib. vij: Quæ loca, quiue habeant homines. Afranius Excepto: Vbi hic Moſchis quæſo habet meretrix Neapolitis? Accius Philoctete: Vbi habet? vrbe, agrone? Plautus Aulularia: Patri, auo iam huius, qui nunc hic habet. Habere, dicere. Terentius in Eunucho: Labore alieno magno partam gloriam Verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem, Quod in te eſt. Habere, facere. Varro ταφῆ μενίππου: Saltem infernus tenebro χαχὸς δαίμων, atque habeat homines ſollicitos, quod eum peius formidant, quam fullo vlulam. M. Tul. de Repub. lib. iij: Nam quum quereretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone; eodem, inquit, quo tu orbem terræ. Habere, audire. Lucillius libro xxviij: Habes omnem rem, timeo ne accuſer. Terentius Heautont. Habes omnem rem, pergam quo cœpi hoc iter. Habere, dirigere. Lucillius libro xxviiij: Huc, alio quum iter haberet, prçteriens venit.

HABITARE eſt inhabitare. Habitare, vti. Varro ſermone Latino lib. iij: Vtrumque mulieres, & epicrocum viri quoque habitarunt. Idem rerum diuinarum lib. xvj: Hoc nomine antiquos ſecundis rebus comas habitaſſe.

HIARE eſt aperiri. Salluſt. Hiſt. libro iiij: Atq. hiauit humus multa vaſta & profunda. Hiare, mirari, ſtupere. Virgilius Georgic. libro ij:
--- Hunc plauſus hiantem Per cuneos geminatus enim plebiſque patrumque. Et Æneid. lib. ſexto:
--- Incertus clamor fruſtratur hiantis. Varro Mar-

cipore: Quicquid euidenter circumſtant non ridentes credo ridere: hiantis videor, hiantis non audeo.

HORRENDVM ſignificat vitabile, & terribile. Virgilius lib. ſexto: Horrendas canit ambages, antroque remugit. Horrendum, nouum, & admirandum. Virgilius Æneid. lib. iij: Horrendum dictu, video mirabile monſtrum. Idem libro octauo: Naſcenti cui tris animas Feronia mater, Horrendum dictu, dederat. Horrendum, ridiculum. Virgilius Georg. lib. ij: Oraque corticibus ſumunt horrenda cauatis.

HAVRIRE ſignificat exhaurire, vel implere. Lucretius libro iiij: — Leuat integros accedere fontis, Atque haurire. Lucillius libro xxx: Quantum haurire animus Muſarum e fontibus geſtit. Haurire, auare ſumere. Cicero Tuſcul. lib. v: Cum inexplebili cupiditate, quo affluentius voluptates vndique hauriret, eo grauius ardentiuſque ſitientem. Virgilius lib. j: — Ille impiger hauſit Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro. Haurire, defetigare. Virgilius Georgic. libro tertio: — Exſultantiaque haurit Corda pauor pulſans. Haurire, confodere. Virgilius libro x: Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum. Haurire, accipere, vel audire. Virgil. lib. xij: — Hæc haud mollia fatu Sublatis aperire dolis, ſimul hæc animo hauri. Et libro iiij: — Vocemq. his auribus hauſi. Haurire, tenere. Virgil. Georg. lib. quarto: — Et medium Sol igneus orbem hauſerat.

HONOR eſt dignitas. M. Tullius Epiſtolarum

ad Cæſarum lib. j: Tu quum ea, quæ es ab Senatu ſummo cum honore tuo conſecutus. Honor, gratia, pulchritudo. Virgil. Georgic. lib.ij: Frigidus & ſyluis Aquilo decuſſit honorem. Et libro primo: — Lumenque iuuentæ Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. Honor, ſubſtantia, delectatio. Virgilius Georgic. lib. iiij: En etiam hunc ipſum vitæ mortalis honorem. Honor, cultura, obſeruantia. Virgil. lib. viij: Semper honore meo, ſemper celebrabere donis. Honor, integritas, pudicitia. Virgil. Æneid. lib. j: --- Et rapti Ganymedis honores. Honor, ſacrificium, litatio. Virgil. lib. viij: Forte die ſolennem illo rex Arcas honorem Amphitryoniadæ magno, diuiſq. ferebat. Plautus Aulularia: — Ecquid maiorem filius Mihi honorem haberet, quam eius habuiſſet pater. Honos, dilectus, amor. Virgil. lib. xij: — Per, ſiquis Amatæ Tangit honos animum. Honor, hoſtia. Virgil. Æn. lib. iij: — Meritos aris mactabat honores. Honor, præmium. Virgilius lib. v: Ipſis præcipue ductoribus addit honores. Lucillius libro xxx: Cuius vultu, ac facie, ludo, ac ſermonibus noſtris, Virginis hoc pretium, atque hunc reddamus honorem. Honor, ſepultura. Virgilius lib. ſexto: Cernit ibi mæſtos, & mortis honore carentis. Lucillius lib. xxviij: Nullo honore diſpletu, nullo funere.

I.

INVITARE apertam habet ſignificantiam. Virgilius lib. v: — Celeri certare ſagitta Inuitat qui forte velint, & præmia ponit. Terentius

Heautont.

Heautontim. Quam vellem Menedemum inuitatum nobiſcum eſſet amplius. M. Tul. in Verrem actione ij: Rogat Rubrium, vt, quos ei commodum ſiet, inuitet. Lucil. lib. xxx: Contra hæc inuitaſſe, aut inſtigaſſe videntur. M. Tullius de Senectute: Ad quem fruendum non modo retardat, verum etiam inuitat atque allectat ſenectus. Inuitari eſt delectari. Virgilius Georgic. libro primo: Inuitat genialis hyems, curaſque reſoluit. Turpilius Thraſyleone: Coronam, menſam, talos, vinum, hæc huiuſmodi, Quibus rebus vita amantum inuitari ſolet. Idem Philopatro: Lucus ipſe inuitat hercle hic Veneris. M. Tullius in Hortenſio: Voluptates autem nulla ad res neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus. Idem De Repub. Idque ipſa natura non inuitaret ſolum, ſed etiam cogeret. Inuitare ſignificat repleri. Plautus Amphit. --- Mirum ſi inuitauit ſeſe in cæna pluſculum. Lucillius: --- Pulchre inuitati, acceptique benigne. Turpilius Epiclero: ---Non inuitat pluſculum ſeſe vt ſolet. Idem Leucadia: --- Inuitauit pluſculum hic ſeſe in prandio. Salluſtius Hiſtor. lib. iiij: Reuerſi poſtero die multa quæ properantes deſeruerant in caſtris nacti, quum ſe ibi cibo vinoque læti inuitarent. Lucillius libro xxx: --- Cibo bene enim longinquum mortalibus morbum In vino eſſe, vbi qui inuitauit dapſilius ſe. Varro Seſquiulyſſe: Ipſum audi vino inuitari poculis large atque benigne.

IVXTA eſt proxume. Virgilius Æneid. lib. iiij: --- Humilis volat æquora iuxta Iuxta eſt coniunctim. Varro de vita populi Romani libro j:

Quum interea in lucubrando faceret iuxta ancillas lanam. Iuxta rurſum ſimiliter. Salluſtius in Iugurthæ bello: Hyemem atque æſtatem iuxta pati. Plautus Trinummo: --- Iuxtaque eam curo cum mea. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Qui poteſt laus videri verſa? quum motus ſæpe furaces eſſemus, ac nequiſſimus ibis iuxta, ac P. Africanus. Plautus Aulularia: Dixi tibi, mater; iuxta mecum rem tenes.

INSOLENS, impudens & audax dicitur conſuetudine. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem libro ij: Inſolens, arrogans, iactans. Idem de ſenectute: Nec erat ei verendum, ne vera prædicans de ſe nimis videatur aut inſolens, aut loquax. Inſolens rurſum non ſolens. Terentius in Andria: --- Quid tu Athenas inſolens? Pacuuius Atalanta: Quæ ægritudo inſolens mentem attentat tuam? Turpilius Demetrio: Timere occœpi, & interdum oſcitarier: Ineptus, quid mihi vellem ex inſolentia Neſcibam. Idem Leucadia: Quem olim oderat, ſectatur vltro ac detinet: Ille inſolens autem vt faſtidit carnifex! Accius Diomede: --- Ita effletu, & tenebris obſtinatus Speciem amiſſi luminis conſpicient inſolentiam. Salluſtius in Catilina: Quæ tametſi animus aſpernabatur inſolens malarum artium. Cic. *j. de* Oratore: Sed mehercule iſtius diſputationis inſolentia, atque earum rerum, quæ quaſi in arte traduntur, inſcitia.

INGENIVM eſt naturalis ſapientia. Salluſtius in Catilinæ bello: Ingenium nemo ſine corpore exercebat. Ingenium veteres dixerunt & ſua ſponte vel natura. Næuius Lycurgo: Vos qui regalis

corporis cuſtodias Agitis, ite actutum in frundiferos lucos, Ingenio arbuſta vineta ſunt, non obſita. Salluſtius Hiſt. libro iij: Caſtriſque collatis pugna tamen ingenio loci prohibebatur. Virg. Georg. lib. ij: Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuique, Quis color.

Immane ſignificat ingens. Virgilius lib. ſexto: — Poſuitque immania templa. Inmane, fœdum. Accius Automedia: Immanitate habet templum, obuallatum oſſibus. Immane rurſum minime bonum, & nocens. Accius Medea: — Prima ex immani ad manſuetum applicans. Virg. Georgic. lib. iiij: Immanem ante pedes hydrum moritura puella. Accius Philocteta: Phrygiam mitiorem eſſe, immani Græcia. M. Tullius de Rep. lib. iij: Quippe ſi ita ſenſit, vt loquitur, eſt homo impurus; ſin aliter, quod malo, oratio eſt tamen immanis. Idem de offic. libro j: Quo deteſtabilior illorum immanitas, qui & lacerauerunt omni ſcelere patriam. Virgilius Æneid. lib. j: Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes. Varro Meleagris: Adde hydram Lernæam, & draconem Heſperidum, quod beſtiæ fuerunt immanes.

Intestatvs eſt, qui ſine teſtamento perit. Inteſtatus eſt rurſum, cuius verbis fides non habetur. Pomponius Pictoribus: Ipſus cum vno ſeruo ſenex inteſtato proficiſcitur.

Invadere eſt appetenter incipere. Virgil. libro viiij: Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum. Lucillius libro xxx: Vt ſemel in cæli pugnas te inuadere vidi. Inuadere rurſum, quaſi in vadum ruere. Accius Athamante: Vt

profugiens hoſtem inimici inuadam in manus.

IVBERE eſt cogere aliquid vt fiat. Virgilius lib: viiij.— Ac Niſum dicere iuſſit. Iubere eſt velle. Lucillius Satyr. lib. vj: — Saluere iubere ſalutem eſt mittere amico. Terentius in Andria: Iubeo Chremetem. Virgil. Æn. lib. iij: Sed votis precibuſque iubent expoſcere pacem.

IMPVRVS eſt aliquo vitio maculatus. M. Tul. in Verrem act. ij: Quam multis iſtum ingenuis, quam multis matribus familias in illa tætra atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? Lucil. lib. xxvj: Coniugem infidamque, flaticam familiam, impuram domum. Impurus, improbus. M. Tullius de Repub. lib. iij: Sed iuuentuti noſtræ minime audiendus: quippe ſi ita ſenſit, vt loquitur, eſt homo impurus. Terentius Eunucho: —Mei loci, atque ordinis Hominem haud impurum.

IMBVERE eſt initiare. Varro in Ephebo, περὶ ἐμμονῆς: Quid te facere oportet literis imbutum ſolis Mineruæ? M. Tullius de offic. lib. j: Plerumque autem parentum præceptis imbuti ad eorum conſuetudinem, moreſque deducimur. Virgilius lib. vij: Promiſſi Dea facta potens, vbi ſanguine bellum Imbuit. Imbuere eſt inficere. Accius Philocteta: Quum ex viperino morſu venæ viſcerum Veneno imbutæ tætros cruciatus cient. Hoc in doctis intellectibus habemus. Cicero de finib. bon. & mal. Accedit mors, quæ quaſi ſaxum Tantalo ſemper impendet: tum [ſuperſtitio] qua qui eſt imbutus, quietus eſſe numquam poteſt.

ILICO ſignificat ſtatim, mox. Pacuuius Medo:

Repudio auſpicium, regrediendum eſt ilico. Cæcilius Notho Nicaſione: Ilico ante oſtium hic erimus. Ilico, illo. Turpilius Leucadia: Sed quam longe eſt, quum iſti ilico. *Ilico*, in eo loco. Næuius belli Pœnici lib. vj: Septimum decimum annum ilico ſedent. Accius Euryſace: Ilico inquam habitat ouis quam propitius. Hemina Hiſt. lib. primo: Et quum quo irent neſciebant, ilico manſerunt. * His perſuadetur, ilico manerent; pars ilico manent. Cæcilius Notho Nicaſione: Manete ilico.

IGNOSCITE eſt veniam date. Virgil. Georg. lib. iiij: Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes. Ignoſcite rurſum noſcite, vel diſcite. Varro Gloriam περὶ φθόνου: Voſque in theatro, qui voluptatem auribus Huc aucupatum concurriſtis domo. Adeſte, & a me quæ feram ignoſcite, Domum vt feratis e theatro literas.

ITER eſt via. Virgilius lib. ſexto: Hac iter Elyſium nobis. Iter, nauigatio. Terentius in Hecyra: Ain tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter? Non hercle verbis, Parmeno, dici poteſt, Tantum quantum re ipſa nauigare incommodum eſt.

INNOCENS eſt bonum, & nulli nocens. Virgilius Æneid. lib. vij: — Lituſque rogamus Innocuum. Innocens rurſum integer, & incorruptus. Salluſtius in Iugurtha: Vbi, quæ Metellus agebat, ex nuntijs accepit, ſimul de innocentia eius certior Roma factus, diffidere ſuis rebus, ac tum demum veram deditionem facere conatus eſt.

INDVLGERE, augere. Lucill. libro xxviiij: — Tu qui iram indulges nimis, Manus abſtinere

a muliere melius eſt. Indulgere eſt veniam dare. Virgilius libro x: Tolle fuga Turnum, atque inſtantibus eripe fatis; Hactenus indulſiſſe vocat. —Indulgere, dare, detinere. Virgilius Æn. lib. iiij: Indulge hoſpitio cauſſaſque innecte morandi. Et lib. viiij: Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. Indulgere, ſpatium maius dare. Virgil. Georg. lib. ij: Sin tumulis accliue ſolum, colleſque ſupini, Indulge ordinibus. Indulgere, temperare, clementem eſſe. Virgil. Georg. lib. ij: Si non tanta quies iret friguſque caloremque Inter, & exciperet cæli indulgentia terras. M. Tul. de offic. lib. iij: Magnus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeuerus in filium.

INANE, vacuum, ſine pondere. Virgilius Georgic. lib. iij: Atque illis iam ſæpe rotæ ducantur inanes. Inane, concauum. Virgilius lib. v. — Galeam ante pedes proiecit inanem. Inane, leue. Virgilius Georgic. libro quarto: Inſtabiles animos ludo prohibebis inani. Et Æn. lib. iiij: —Et inania murmura miſcent.

IACET ſignificantiam habet manifeſtam, vt eſt Virgil. in Bucol. Silenum pueri ſomnó videre iacentem. Et: Strata iacent paſſim ſua quæque ſub arbore poma. M. Tullius de ſupplicis in Verrem: Patres hi, quos videtis, iacebant in limine. Iacet, plenum eſt, oneratum. Virgilius Georgic. lib. iij: Sed iacet aggeribus niueis informis & alto Terra gelu late. —Iacet; per plurimum porrigitur. Virgil. Georg. lib. iij; — Tantum campi iacet. —Iacet, ſordet, nec lectus eſt. Lucillius lib. xxx: Et ſua percipere retro relicta iacere. Lucre-

tius libro j: Humana ante oculos fœde quum vita iaceret In terris.

IMPROBVM eſt, ſicuti manifeſtum eſt, minime probum. M. Tullius Epiſt. ad Cæſarem lib. j: Debes odiſſe improbitatem eius, quia impudentiſſimum nomen delegerit. Improbum, ſæuum. Virgilius libro x: — Lauit improba tæter Ora cruor. Et Georgic. lib. iij: — Tum piſcibus atram Improbus ingluuiem, raniſq. loquacibus explet. Et Lucillius libro xxx: Improbior multo, quam de quo diximus ante, Quanto blandior hæc, tanto vehementis mordet. Improbum, turpe. Lucillius libro xxx: Omnes formoſi, fortes tibi; ego improbus; eſto.

IACERE ſignificat emittere, vnde & iaculum. Virgil. libro v: Sublataque procul dextra connixa coruſcat, Et iacit. M. Tul. in Verrem de ſignis: In quem ſcyphum de manu iacere conatus eſt.

IACIT, habet, ponit. Virgilius Georgic. lib. iiij: Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem. M. Tullius Philippicarum lib. j: In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Iacit, facit. Lucillius lib. xxvj: Aggere in iaciendo, ſi quo eſt vineis actis opus.

IACTARE eſt dimittere, dependere. Virg. lib. Georg. iij: — Et dextro iactata recumbit in armo. Iactare, voluere. Virgil. Æn. lib. j: Atque illum talis iactantem pectore curas. Iactare, plagis ſternere. M. Tullius in Verrem act. ij: Iactatur domi ſuæ vir primarius, & homo honeſtiſſimus; pro ſe quiſque manus affert. Iactare, fatigare. Virgilius

Æn. libro j: — Iactatos æquore toto Troas. Et: — Iacteturque odijs Iunonis iniquæ. Iactare, ambitioſius gloriari. Virgil. lib. ſexto: — Quem iuxta ſequitur iactantior Ancus, Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris. Item lib. decimo: — Ecce Paro voces dum iactat inertis. Lucillius libro xviij: In re iactanda ipſa ridicula id atque adſederet. Iactare, iacte mittere. Virgil. Æn. lib. ij: — Et flammas ad culmina iactant. Iactare, excutere, commouere. Varro Eumenidibus: Tibi nunc ſemiuiri teretem comam volantem iactant tibi galli.

INVOLVERE ſignificat volutum ſuperimponere. Virg. Georg. lib. j: Scilicet, atque Oſſæ frondoſum inuoluere olympum. Inuoluere, tegere. Virgil. Æneid. lib. ij: Inuoluens vmbra magna terramque, polumque, Myrmidonumque dolos. Inuoluere, implicare. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem lib. primo: Sed quod viderem nomine pacis bellum inuolutum fore. Inuolutum, occupatum, comprehenſum. Varro Sexageſi: — Ad eſt fax inuoluta incendij.

INTERPRES dicitur obſcuri diſſertor. Virgil. Æn. lib. iij: Troiugena interpres diuum. Interpres, autor. Virgil. Æn. lib. iiij: Tuque harum interpres curarum & conſcia Iuno.

IMPONERE ſignificat ſupra ponere. Virgilius Æn. lib. iiij: Vidit, turicremis quum dona imponeret aris. Imponere, dare. Virgilius Æn. libro iiij: — Finemque imponere curis.

INTENTVM, ſollicitum, ſuſpenſum. Virgilius libro v: Intenti exſpectant ſignum. Inten-

tum, extenſum. Virgil. lib. v: Conſidunt tranſtris, intentaque brachia remis. Intendere, innectere, illigare. Virgilius Æn. lib. ij:--- Et ſtuppea vincula collo Intendunt. M. Tullius in Hortenſio: Quæro enim non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem.

Imago dicitur ſimilitudo. Virgil. Æn. lib. ij: --- Atque ipſius vmbra Creuſæ Viſa mihi ante oculos, & nota maior imago. Imago, vagina. Virgilius lib. vij: --- Curuam ſeruans ſub imagine falcem.

Increpitat, & increpat, paria ſunt, & eſt aut incuſare, aut inſultare. Virg. Georg. lib. iiij: Æſtatem increpitans ſeram. Et libro decimo: Hoſtis amare, quid increpitas, mortemque minaris? Et libro nono: Quem Turnus pariter curſu, teloque ſecutus Increpat his victor. M. Tullius in Hortenſio: Tum Pſeudomenus, & ſoritam, & totam dialecticam aut illudis, aut increpas. Increpare, ſonare. Virgilius libro octauo: --- Iterum atque iterum fragor increpat ingens. Et lib. viiij: At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit.

Invehi dicitur vehi. Virgilius lib. v: Centauro inuehitur magno. Inuehi, aggredi, increpare. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem libro iij: Itaque in eam pauſam vehementer eſt inuectus.

Intendere eſt ſollicite, diligenter intueri. Virg. lib. v: Intenti exſpectant ſignum. Intendere, extendere. M. Tul. de ſupplicijs: Tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat. Et de ſenectute: Intentum enim animum, tamquam arcum, habebat,

nec languens ſuccumbebat ſenectuti.

IMMITTERE, dimittere ad prolixitatem. Lucill. libro xxx: --- Neque barbam immiſeris iſtam. Virgil. Æn. lib. iij: Reſpicimus, dira illuuies, immiſſaque barba.

INDVCERE, fingere, immittere. M. Tul. de offic. lib. iij: Hinc ille Gyges inducitur a Platone. Inducere, perſuadere. Lucillius lib. xxviij: . Hymnis ego animum ſic induco, quod tu ab inſano auferas. Inducere, inſtituere, confirmare. Lucillius lib. xxvij: Aut quod animum induxit ſemel, & vtile omnino putat. Induci, delectari. Lucillius libro xxvj: Veterem Hiſtoriam inductus ſtudio ſcribis ad amores tuos. Induci eſt aliquibus fallacijs decipi. Lucillius lib. xxx: --- Quid quærimus acre Inductum cantu, cuſtoditum.

INSVLTARE dicitur inſilire. Virgil. Georgic. lib. iij: Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Inſultare, iniurioſius aliquid dicere. Lucillius libro xxviiij: Inſulta miſerum te quoque in me.

INTERFICERE, occidere. Lucillius libro xxviiij: Prius non tollas, quam Tulli animum ex nomine, atque hominem ipſum interfeceris. M. Tul. de offic. lib. ij: Ab ijſdemque quæ nocent inficiuntur. Interficere, perdere, concremare. Virgilius Georgic. lib. quarto: Ferſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſſes. Interficere, conſumere, finire. Lucillius lib. xxviij: Piſcium genera, atque altilium vim interfeciſti, vt nego.

INTERPELLARE, adire, commonere. Interpellare, dicere, ducere. Lucillius lib. xxviij: Ve-

rum tu quid agis? interpella me vt ſciam.

IRE eſt ambulare. Virgil. Georgic. lib. iij:—It triſtis arator. Ire, accumbere. Lucil. lib. xxviiij: Chremes in medium, in ſummum ire addemenetus.

INSIGNE dicitur magnum, vel præſtans. Virgilius Æn. lib. primo: Inſignem pietate virum. —Inſigne, vtile, neceſſarium. Lucillius libro xxvij: Cocus non curat, caudam inſignem eſſe illam, dum pinguis ſiet: Sic amici animum quærunt, rem paraſiti ac diuitias auent.

IMPEDIRE eſt implicare, inuoluere. Virgil. lib. v: Haud aliter Teucrum nati veſtigia curſu Impediunt. Impedire, ſordidare, ad probrum ducere. Plautus Amphit. Immo ego hunc, Thebani ciues, qui domi vxorem meam Impudicitia impediuit.

L.

LÆVVM, aduerſum. Virgilius in Bucolicis: Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non læua fuiſſet. Læua, proſpera. Virg. Georgic. lib. iiij:— Siquem Numina læua ſinunt, auditque vocatus Apollo.

LAC, ſuccus maternus, quo animalia nutriuntur. Virgilius in Bucolicis: —Et lac ſubducitur agnis. LACTES dicuntur inteſtina. Titinnius Pſaltria: Farticula, cerebellum, lactis agninas. Plautus Curculione: Ita cibi vaciuitate venio laxis lactibus. Idem Pſeudolo: Vna opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus.

LEGERE, ſicut eſt in conſuetudine, ſignificat oculis ſcribta percurrere. Virgil. Bucolicis: At ſimul heroum laudes, & facta parentis Iam legere.

Legere, accedere. Virgil. Georg. lib. ij: — Ades, & primi lege litoris oram. Et Æn. lib. xj: Implicuere inter ſe acies, legitque virum vir. Legere rurſum colligere. Titinnius Veliterna: Hodie hoſtis fugauit, ſpolia placide poſterius leget. Virgilius lib. x: — Extremaque lauſo Parcæ fila legunt. Et Georg. libro j: --- Atque omnis nauita Ponto Humida vela legit. Cæcilius Fallacia: Oſſiculatim Parmenonem de via liceat legam. Varro Virgula diuina: Sed pancarpineo cibo coacto Libamenta legens caduca victus. Legere, præterire Virgilio auctore dicimus, Æn. lib. iij: & libro quinto: Litoraque Epiri legimus. Et: --- Fractoſque legunt in gurgite remos. Legere eſt nauigare, præſtringere. Virgil. Æneid lib. ij: — Pars cetera pontum Pone legit. Legere etiam eligere dicitur. Virgilius in Bucolicis: Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. Turpilius Epiclero. Quam legere te optimum eſſe, atq. æquiſſimum, Quacum ætas degenda, & viuendum eſſet tibi. M. Tul. de offic. lib. iij: Cetera autem, quæ ſecundum naturam eſſent, ita legere, ſi ea virtuti non repugnare. * diligentius intendentes inuenimus. Legere, ſurripere ſignificat; vnde & ſacrilegium dicitur, id eſt de ſacro furtum. Virgilius in Bucolicis: Nam quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper. Turpilius in Boethuntibus: --- Qui verba venatur mea, Peſtis arſcedat, & ſermonem hinc ſublegam. Lucillius lib. xxviij: Omnia viſcatis manibus leget. Plautus Aulularia: --- Sed leno egreditur foras, Hinc ex occulto ſermone ſatus ſublegam. Legere rurſum videre;

hoc & aquilegi. Virgil. Æn. lib. vj: — Quin protinus omnia Perlegerent oculis, ni iam præmiſſus Achates Afforet. Et in eodem: — Longo ordine poſſent Aduerſos legere.

Lvstra dicuntur ferarum habitacula. Virgil. Georgic. lib. ij: Non abſunt illic ſaltus, ac luſtra ferarum. Et Æneidos libro iij: Quum vitam in ſyluis inter deſerta ferarum Luſtra, domoſque traho. Luſtra etiam lupanaria dicuntur. Plautus in Aſinaria: Luſtris ſtudet. Idem: Apud ſcortum corruptelæ & liberis luſtris ſtudet. Idem in Caſina: Vbi in luſtra iacuiſti? Egone in luſtra? Turpilius Lindia: Quibus rem rebus deſpoliaſti fœdum, in luſtris latet. Afranius Priuigno: Vxorem quærit firmamentum familiæ; Scias abeſſe ab luſtris ingenium procul. Cicero in Philippicis libro ij: Quum omnes impuritates impudica in domo cottidie ſuſceperis, vino luſtriſque confectus.

Linqvere eſt dimittere. Virgil. Æneid. lib. iij: Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque volamus. Et libro viiij: Inque ſalutatam linquo. Varro ταφῇ μενίππου: — Ille nobilis quondam canis, Hic liquit homines omnes in terra pila. Linquere, defluere. Virgil. Georg. lib. ij: — Huc ſummis linquuntur rupibus amnes. Idem Æneid. lib. iij: Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos Vellitur, huic atro linquuntur ſanguine guttæ.

Limari, exquirere, & delinire, ſecundum conſuetudinem, a lima dictum. Plaut. Menæchmis: — Anum lima proterunt. Idem Bacchidibus:

—Limaces viri; quod adterant & conſumant. Limare etiam dicitur, coniungere. Plautus Bacchidibus: Nec a quoquam acciperes alio mercedem annuam Niſi ab ſe, nec cum quiquam limares caput. Idem Scematico: Nam pater tuus numquam cum illa etiam limauit caput. Liuius Tereo: Credito quum illos ſoli mea voluntate numquam limauit caput. Cæcilius Pauſimacho: — Hoc a te poſtulo, Ne cum meo gnato poſt hac limaſſis caput. Turpilius Leucadia: Veritus ſum, ne amoris cauſſa cum illa limaſſis caput.

LIQVIDVM, ſuaue, dulce. Varro Eumenidibus: Phrygius per oſſa cornus liquida canit anima. Liquidum eſt purum. Virgilius libro vj: — Liquidumq. per aera lapſæ. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Hunc vocaſſe ex liquida vita in curiæ veſtræ fæcem. Liquidum eſt proſperum. Plautus Pſeudolo: Aui ſiniſtra, auſpicio liquido, atq. ex ſententia; Confidentia eſt inimicos meos me poſſe perdere. Liquidum rurſum ſignificat molle, & fluxum. Plautus in Milite: Liquidiuſculuſque ero, quam ventus eſt fauonius. Idem in Caſina: Quondam prognatis in ſortiendo ſors deliquerit. Varro Diuinarum rerum libro iij: Lucius Scipio quum aurum factum haberet in ciſta viminea, fulmine ita eſt ictus, vt ciſta eſſet integra, aurum colliquiſſet. Idem de proprietate ſcribtorum: Quod aes aut quid aliud eius generis feruefactum colliquiſſet, & in forma eſſet infuſum. Virg. Æn. lib. j: — Aut quum liquentia mella Stipant. Næuius Lycurgo: Iam ſolis æſtu candor quum liqueſceret. Liquerit ſignificat & reliquerit. Accius Staſia-

ſtis: Tum ſibi deloi de lore hoc anima corpus liquerit. Næuius belli Pœnici lib. ij: Blande & docte percontat, Æneas quo pacto Troiam vrbem liquerit.

LAVDARE eſt verbis ecferre. Virgilius: —Laudato ingentia rura. Laudare etiam ſignificat nominare. Virgilius Georg. libro iij: Aut inlaudati neſcit Buſiridis aras? id eſt, nec nominandi. Plautus Captiuis: Id vt ſcias, Iouem ſupremum teſtem laudo, hegio.

LVSTRARE, expiare. Virgilius in Bucol.—Et quum ſolēnia vota Reddemus Nymphis, & quum luſtrabimus agros. Lucillius Sat. lib. ij: — Luſtratus, piatus. Luſtrare circumſpicere. Virgil. Æn. lib. iij: Omnia colluſtrans hanc primo ab litore claſſem Conſpexi venientem. Cic. Tuſcul. lib. v: Ego autem quum omnia colluſtrarem oculis; eſt enim ad portas Agragianas. Luſtrare eſt circumire. Virgilius lib. viij: Luſtrat Auentini montem. Liuius Ægiſtho: Tum laſciuum Nerei ſimum pecus Ludens ad cantum claſſium luſtratur. Luſtrare, ſequi. Virg. in Bucolicis: At me cum raucis, tua dum veſtigia luſtro. Luſtrare, patefacere. Cicero in Catil. lib. j: Si luſtrantur, ſi erumpunt omnia, muta iam iſtam mentem. Virgilius Æneidos lib. iiij: Poſtera Phœbæa luſtrabat lampade terras. Luſtrare dicimus & ſcortari, a luſtris. Plautus Pſeudolo: — Luſtrantur, luxantur, comedunt quod habent. Lucillius libro xxx: Quem ſumtum facis in luſtris circum oppida luſtrans. Luſtrare, præſpicere, agnoſcere. Virgil. lib. viij: — Ille os, oculoſque loquentis Iandudum,

& totum luſtrabat lumine corpus. M. Tullius de officijs libro j: Sed quum omnia ratione animoque luſtraueris.

LIMEN, locus ſtandi datus. Virgilius lib. v: Corripiunt ſpatia audito, limenque relinquunt. Limen, omnis ingreſſus. Virg. Æneid. lib. ij: Limen erat, cæcæque fores, & peruius vſus. Varro Virgula Diuina: Ad quos quum volueris venit apud illos, vſque ad limina Indica vilis. Limen non ſolum quod ſub pedibus eſt dicitur, ſed etiam quod ſuperius eſt ingreſſus. Nouius Macco exſule: Limen ſuperum, quod mei miſero ſæpe confregit caput: Inferum autem, vbi ego omnis digitos defregi meos.

LEVARE, ſoluere. Virgil. Æn. lib. ij: Atque arta leuari Vincla iubet Priamus. Leuare ſignificat ſuſtinere, vel erigere. Virg. Æn. lib. j: — Leuat ipſe tridenti. Leuare rurſum releuare. Cic. Tuſcul. lib. v: Alia nulla potuit inueniri leuatio. Virgilius in Bucolicis: — Ego hoc te faſce leuabo. M. Tullius Epiſtola ad Cæſarem: Iam amplitudinem, gloriamque tuam magno mihi ornamento eſſe & fore exiſtimo, quod me leuat cura. Pacuuius Peribœa: Neque tuum te ingenium moderat, neque fraternum ira exſilium leuat. Varro Virgula Diuina: Quos non iacta nouo leuata paſcat. Leuare etiam minuere. Accius Meleagro: Caue laſſitudo poplitum curſum leuet. Idem Nyctegreſia: Illo ſuapte induxit virtus: tu laudem illorum leuas. Varro περὶ ἐξαγωγῆς: Quemnam te eſſe dicam feram, qui manu corporis feruidos fontium aperis lacus ſanguinis, teque vita leuas ferreo enſe?

enſe? Virgil. Georg. lib. ij: --- Omne leuandum Fronde nemus. Turpilius Demetrio:---Nunc me ex aliorum ingenijs iudicat, Intercupedo quorum amicitias leuat. Varro Quinquatribus: Abſynthium vti bibam grauem, & caſtoreum, leuemque robur.

Lavtvm ſignificat lotum. Terentius in Phormione: Tene aſymbolum venire vnctum atque lautum e balneis? Lautum, mundum. Lucillius lib. xxvj: Malis neceſſe eſt lautum e menſa pure capturus cibum. Lautum, abundans, competens. Varro Gerontodidaſcalo: Vilico quod hanc ſatis ſi vix putat lautum. Lautum etiam inquinatum vel maculatum. Virgilius Georgic. lib. iij: --- Lauit ater vulnera ſanguis. Accius Staſiaſtis, vel Tropæo: Vulnere tætro deformatum ſuo ſibi lautum ſanguine tepido. Lautum, eligans, ſuaue. Terentius in Eunucho: --- Facete, lepide, laute, nihil ſupra. Afranius Vopiſco:---Equidem te numquàm mihi Paraſitum, verum amicum, æqualem, atque hoſpitem Cettidianum, & lautum & conuiuium domi. M. Tullius in Verrem actione ij: Romam vt ex Sicilia redij, comites iſtius atque amici, homines lauti & vrbani. Et in Hortenſio: Quæque eſt igitur philoſophia, Socrate, nec dubito quid quæcumque ſit lautima cui ictum eligantem magnifice, neque minus quam deceret, colere inſtituiſſent.

Lentvm ſignificat tardum. M. Tullius de Republica lib. v: Marcellus vt acer, & pugnax; Maximus vt conſideratus, & lentus. In Hortenſio: Hunc Craſſum, qui lentius, vt ſcitis, dicere ſole-

bat, ad imitationem quaſi noſtri generis contendiſſe. Lentum, ſecurum, otioſum. Virg. in Buc. Nos patriam fugimus; tu, Tityre, lentus in vmbra. Lentum, flexuoſum. Virg. in Bucolicis: Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ. Idem Georgic. lib. j: Atque Amerina parant lentæ retinacula viti. Lentum, patiens, placidum. M. Tullius in Hortenſio: Qui quum publicas iniurias lente tuliſſet, ſuam non tulit. Lentum, facile. Lucillius Sat. lib. xj: — Cotta ſenex Craſſi pater huius pacem Magnus trico fuit nummarius, ſoluere nulli Lentus. Lentum tenax. Plautus Menæchmis: — Lenta vincla ſunt eſcaria. Virgilius Georg. lib. iiij: Et viſco, & Phrygiæ ſeruant pice lentius Idæ. Lentum, frigidum. Virgilius Georgic. lib. j: Nocte leues melius ſtipulæ, nocte arida prata Tondentur, noctis lentus non deficit humor. Cicero de Orat. lib. ij: Neque enim eſt facile perficere, vt iraſcatur ei cui tu velis iudex, ſi tu ipſe id lente ferre videare.

LOCVM decus ſignificare vult. Accius Diomede: Non genus virum ornat, generis vir fortis loco.

LANGVOR eſt torpor & inertia. M. Tull. de offic. lib. j: Nihil autem magis cauendum eſt ſenectuti, quam ne languori ſe deſidiæque dedat. Languor, defectio, & diſſolutio. Virg. lib. viiij: Purpureus veluti quum flos ſucciſus aratro Langueſcit moriens. Idem libro xj: Qualem virgineo demeſſum pollice florem Seu mollis violæ, ſeu languentes hyacinthi.

LONGVM eſt per planum porrectum. Vir-

gilius Georgic. lib. iij: Tum longo nullus lateri modus. Longum, altum, erectum. Virgil. Æn. lib. viiij: Stant longis innixi haſtis,& ſcuta tenentes. Longum, diuturnum, perſeuerans. Virgil. Æneid. lib. iij: --- Et longum Andromachæ teſtentur amorem. Longum, ſæuum, perniciosum. Virgilius Æn. lib. j: Infelix Dido, longumque bibebat amorem. Longe etiam valde. Virgilius Æn. lib. v: Ante omnis ſtupet ipſe Dares, longeque recuſat. M. Tullius in Verrem de Prætura Siciliensi: Hic longe primus ciuitatis eſt Epicrates. Et de offic. lib. j: In his & nobiliſſimi philoſophi longe principes. Lucillius lib. xxviiij: Cui vbi deriminutia meæ epitegma apepelli longe opera ante alia omnia. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Egregias, & longe præſtantis, ac metuendas aduerſariorum opes eſſe. Terentius in Adelphis: Et errat longe, mea quidem ſententia. Longe etiam ſignificat aut temporis prolixitatem, vt Virgil. Georg. lib. ij: --- Nec longum tempus, & ingens Exijt ad cælum ramis felicibus arbos. Aut ſpatij æſtimationem, vt M. Tullius in Clodium & Curionem: Credo, poſtquam tibi ſpeculum allatum eſt, longe te a pulchris abeſſe ſenſiſti. Virgilius libro xij: Longe illi Dea mater erit, quæ nube fugacem Feminea tegat.

Lvxvria eſt contra pudorem & ſupra modum profuſio. M. Tul. de offic. lib. j: Intelligimus quam ſit turpe diffluere luxuria, delicate ac molliter viuere. Luxuria, intempeſtiua abundantia. Virg. Georgic. lib. j: Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. M. Tullius de Orat. lib. ij:

Ineſt luxuries quæ ſtylo depaſcenda. Virgil. Georgic. lib. j: At ſi luxuria foliorum exuberat vmbra. Cicero in Orat. Gemmare vites, ſitire agros, lætas ſegetis; luxurioſa frumenta.

LAXVM, liberum, & remiſſum. Virgil. Æn. lib. j: Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Idem Georgic. lib. ij: --- Et quum ſe lætus ad auras Palmes agit laxis per purum immiſſus habenis. Laxum non anguſtum, ſed ſpatij maioris. Virgil. Georgic. lib. iij: Et primum laxos tenui de vimine circlos Ceruici ſubnecte. M. Tul. de offic. lib. j: Et admittenda hominum cuiuſque modi multitudo, adhibenda cura eſt laxitatis.

LOCANDI ſignificatio manifeſta eſt, vt aut operis locandi, aut fundi. M. Tullius Epiſtola ad Cæſarem libro ij: Vel quod locatio ipſa pretioſo. Idem in Verrem in frumentaria: Xenonis Meneni nobiliſſimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. Locare, conſtituere. Virg. Æneid. lib. j: --- Hinc alta theatri Fundamenta locant alij. Lucillius lib. xxx: Virtutis hæc tuæ artis monumenta locantur. Locare, marito dare. Plautus in Aulul. Virginem habeo grandem, dote caſſam, atq. illocabilem. Locare, parare. Lucillius libro xxviij: Hæc tum conuentus, tela, inſidiaſque locaui.

LÆTVM, hilarum, ſecuti conſuetudinem. Virgilius Georg. lib. j: Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui. Lætum, ferax. Virgil. Georgic. lib. j: Lætus ager: nullo tantum ſe Myſia cultu Iactat. Lætum, pingue. Virgilius Georg. lib. ij: Glande ſues læti redeunt. Lætum, gratia plenum. Virgil. Æn. libro j: --- Lumenque iuuentæ

Purpureum, & lætos oculis afflarat honores. Lætum, plenum, diſtentum. Virgil. Georg. lib. iij: Læta magis preſſis manabunt vbera mammis.

LASSVM dicitur fatigatum. Lucillius libro xxx: — Leonem Ægrotum, ac laſſum. Laſſum, marcens, grauatum. Virgil. lib. viiij: — Laſſoue papauera collo Demiſere caput.

LOCVS ſignificationis manifeſtæ eſt, vt Virgil. Æn. lib. iij: Hæc loca vi quondam. Et: Hic locus vrbis erit. Locus, genus, nobilitas, dignitas. Accius Euryſace: — Atq. vt vides non tenui de loco. Salluſtius in Catilina: Natus haud obſcuro loco.

M.

MACTARE, præcipitare. Accius Antenoridis: — Quia illorum copias Fundam in campo, aut nauis vram, aut caſtra mactabo in mare. Mactare, honorare. Accius Didaſcalico libro j: Sapientiæque inuictæ gratia, atque honoris patera Neſtorem mactauit aurea. Mactare eſt immolare. Virgil. Georg. lib. iiij: Et nigram mactabis ouem, lucumque reuiſes. Lucretius lib. iij: Et nigras mactant pecudes, & manibus Diuis. Accius Erigona: Quod vtinam me ſuis arquitenens telis mactaſſet dea. Varro de vita populi Romani lib. j: Quod Kalendis Iunijs & publice & priuatim fauatam pultem Dijs mactat. Mactare eſt magis augere. Virgilius lib. viiij: Macte noua virtute puer. Cicero Tuſcul. lib. j: Macte virtute. Accius Neoptolemo: Ita vt dixi, macte his armiſque macte virtutem patris. Lucillius Sat. libro v: Macte, inquam, virtute ſimulque his verſibus eſto. Turpi-

lius Boethuntibus: Macte virtute eſto. Pacuuius Duloreſte: Macte eſto virtute, operaque, omenque approbo. M. Tullius de Repub. Ferunt laudibus, mactant honoribus. Mactare malo afficere ſignificat. Plautus Amphit. At ego certe crucē & cruciatu mactabo; exi o foras, maſtigia. Idem in Aulularia: Dotatæ mactant & malo & damno viros. Nouius Gallinaria: Macto te hiſce virgis, verbenis: macta tu illam infortunio. Pomponius Præcone poſteriore: At te dij omnes cum conſilio, calue, mactaſſint tuo. Accius Epigono: Maneas adhiſante exſilio macte Pelopis externis. Et Ennius Telepho: Qui illum Dij Deæque magno mactaſſint malo. Afranius Priuigno: A fulica pæne periſti, dij te mactaſſint malo.

MODICVM in conſuetudine pauſillum volumus ſignificare. Modicum veteres moderatum, & cum modo dici volunt. Plautus in Bacchid. Quibus ignes in animo vtibile eſt, modicum, & ſine vernilitate. Idem Perſa: Modice & modeſte eſt melius vitam viuere. Et in Milite: Modice ſapis. Ennius Hecuba: Quæ tibi in concubio verecunde & modice morem gerit. Accius Bacchis: Agite modico gradu, iacite thyrſus leuis. Turpilius Demiurgo: Ego edepol docta dico, quæ mulier volet Sibi ſummum amicum eſſe indulgentem & diutinum, Modice atque parce eius ſeruiat cupidini. M. Tul. de Repub. lib. ij: Statu eſſe optumo conſtitutam Rempublicam, quæ ex tribus generibus illis, regali, & optumati, & populari confuſa modice, nec puniendo irritet animum immanem ac ferum. Varro ἔχωσε, περὶ τύχης: Sapiens

& bonum ferre poteſt modice, & malum fortiter, aut leuiter. Idem Tithono, περὶ γήρως: Riſi multum, luſi modice ambis. Salluſtius in Iugurthino bello: Animus belli ingens, domi modicus, libidinis & diuitiarum victor.

MITIS eſt tranquillus & lenis. Virgilius lib. viij: Mitis vt in morem ſtagni, placidæque paludis. Lucillius lib. xxx: Et illud quoque mite malum, blandum, atque doloſum. M. Tullius in Hortenſio: Aut Theopompo acrius, aut Ephoro mitius inueniri poteſt? Mitis eſt maturus. Plautus in Milite: — Mitis ſum equidem fuſtibus. Virgilius in Bucolicis: --- Sunt nobis mitia poma. Turpilius Lindia: Miſero mihi mitigabat ſandalio caput. Pacuuius Duloreſte: Nec grandiri frugum fetum poſſe, nec mitiſcere. M. Tullius de Republica libro quarto: Quumque autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit, hyeme ad concipiendas relaxarit, æſtiua maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Afranius Diuortio: Immo illi mitem faxo faciant fuſtibus. Item M. Tullius de ſenectute: Facitque perſæpe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis comta & mitis oratio.

MATER eſt quæ quoduis animal partu edit. Virgilius Georgic. lib. iiij: Mater Cyrene, mater. Matrem veteres etiam nutricem dici volunt. Plautus Menæchmis: Ita forma ſimili pueri, vt mater ſua Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat, Neq. adeo mater ipſa, quæ illos pepererat. Virgilius Æneid. lib. viij: — Et lambere matrem Impauidos. id eſt, nutricem.

MERVM eſt ſolum. Terentius in Phormione: --- Nihil habet niſi ſpem meram. Varro τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, περὶ παιδοποιίας: Ac liberos parare, cui neceſſe ſit, Non eſt merum, nec tu edepol quid ſimulas tuis. Plautus in Aſinaria: --- Aurum atque argentum merum eſt; Fixus hic apud nos animus tuus clauo lupidinis. Varro Seſquiulyxe: Diogenem poſtea pallium ſolum habuiſſe, & habere Vlyxem meram tunicam, pilleum ideo non habere. Idem Eumenidibus: Tu non inſanis, quo tibi vino corpus corrumpis mero. Merum, ſyncerum. Pomponius Piſcatoribus: Neſcio quid non eſt hoc merum, quod hic plorat. Varro Marcipore: Eodem conieciſſe mera miracula neſcio qua. Cic. de Orat. lib. ij: Ecce tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtorum omnium, cuius e ludo, tamquam ex equo Troiano meri principes exierunt.

MERET, meretur. Virgilius lib. x: --- Qualem meruit Pallanta remitto. Et lib. iiij: Si bene quid de te merui. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem libro ij: Quem periſſe ita de Republica merentem Conſulem doleo. Lucillius lib. xxx: Publica lege vt mereas præſto eſt tibi quæſtor. Varro Eumenidibus: Quia plus, inquit, merere debet, in quo eſt virtus. Mæret rurſus dolet. Virgilius Æn. lib. iiij: Sola domo mæret vacua. Meret, militat. Lucill. Satyr. lib. xv: --- Dum miles Hibera Terras ac meret ter ſæx, ætate quaſi, annos. Idem lib. xj: Annos hic terra tam plures miles hibera Nobiſcum meret. Virgilius lib. v: --- Merui quoque, ſæpe furores Compreſſi. Varro de vita pop. Rom. lib. iij: Qui in exercitu do-

nati eſſent,& equo publico mererent. Meret, humillimum,& ſordidiſſimum quæſtum capit. Varro Rerum Humanar. lib. xx: Qui in ordine erat, is æs militare merebat; & ob mercedem laborem vel infamiam corporis locat. Lucill. lib. j: Et mercede meret religiones. Varro Agathone Duloreſte: Qui merita hominem, & ſeruum facit; vnde & mercenarij, & meretrices dicuntur. Idem Eumenidibus: Primum iſte, qui meret ſeſtertios vicenos.

MEDICAMENTVM eſt quo homines, vel animalia cetera curantur. M. Tul. de offic. lib. iij: Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Medicamentum rurſum venenum, vt Græce φάρμακον: vel producta eius verbi prima ſyllaba, quod apud Medos venefici ſint plurimi, ſecundum Virgilium Georg. lib. ij: Media fert triſtis ſucos, tardumque ſaporem Felicis mali. Et in ſequentibus: Pocula ſiquando ſæuæ infecere nouercæ, Miſcueruntque herbas. Varro, περὶ ἐξαγωγῆς: Quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum; quia Romanis, inquit, me Pruſiades tradere volebat.

MINVTVM eſt, vt ſæpius, breue. Minutum eſt obſcurum, & ſcrupuloſum, vt a Græcis dicitur λεπτομέρειμνον. Cic. de fin. bon. & mal. lib. j: Ecce autem alij minuti, & anguſti, & omnia ſemper deſperantes, aut maliuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monſtruoſi.

MALIGNVM ſignificat conſuetudine maliuolum. Malignum, obſcurum. Virg. Æn. lib. vj: Quale per incertam lunam ſub luce maligna Eſt

iter in ſyluis. Malignum, gracile, minus ferax. Virgil. Georg. lib. ij: Difficiles primum terræ, colleſque maligni.

MOLIRI eſt facere. Virgil. Æn. lib. j: Moliriue moram, & veniendi poſcere cauſſas: Idemque: Res dura, & regni nouitas me talia cogunt Moliri. M. Tullius Philippicarum iij: Quem nihil aliud agere, nihil moliri, niſi cædem ciuium, atque interitum ciuitatis videret. Idem & de ſenectute: Iners non ſit, verum etiam ſit operoſa, & ſemper agens aliquid, & moliens. Moliri, retinere, morari ac repigrare. Cæcilius Progamo: Ita quod letiale me mobilitat, mæror molitur metu. Lucillius lib. vij: Muginamur, molimur, ſubducimur. Moliri, exſtruere; dictum a molibus. Virgil. Æn. lib. j: Molirique arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa. Accius Philoctete: Vbi horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues: vnde demoliri dictum eſt deſtruere. M. Tul. de offic. lib. j: Hanc Scaurus demolitus acceſſionem adiunxit ædibus. Caſſius Hemina de Cenſoribus lib. ij: Et in area in Capitolio ſigna quæ erant, demoliuntur. M. Tul. de offic. lib. iij: Demoliri ea, quorum altitudo officeret auſpicijs.

MOLLE eſt non durum. Virgilius libro viij: Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Idem Georgic. lib. ij: Quid nemora Æthiopum molli canentia lana? Molle, recens, nouum. Virgilius in Bucol. --- Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles. Molle, opportunum. Virgilius Æn. libro iiij: Sola viri molles aditus, & tempora noras. Idem: --- Et quæ molliſſima fandi Tempora.

Molle, leue, contemnendum. Virgilius Georg. libro iij: --- Tua Mæcenas haut mollia iuſſa. M. Tullius de ſenectute: Quod ferendum eſt molliter ſapienti. Molle, non arduum, nec erectum. Virgilius in Bucolicis: --- Qua ſe ſubducere colles Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo. Molle, dulce, iucundum. Virgil. Georg. lib. ij: --- Molleſque ſub arbore ſomni. M. Tul. de legibus lib. ij: In animos teneros, atq. mollis influere, quam varios canendi ſonos. Et idem de ſenectute: Omnis abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed etiam effecerit mollem ac iucundam ſenectutem. Molle, placidum. Accius Telepho: --- Nixi properiter nauem in fugam Tranſdunt ſubter ſaxa ad læuam, qua mons mollibat mare. M. Tullius de ſenectute: Et Annibalem iuueniliter exſultantem patientia ſua molliebat.

Mirari ſignificat nouo aliquo obſtupefieri. Virgil. Æn. lib. j: Artificumque manus inter ſe, operumque laborem Miratur. Mirari, delectari, accendi. Virgilius Georg. lib. iij: Seu quis Olympiacæ miramus præmia pugnæ Paſcit equos. Mirari. Virgilius Georgic. lib. iiij: Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes Circumſtant.

Micare eſt ſortiri digitis. M. Tullius de offic. lib. iij: Dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices. Et eodem: Quaſi ſorte aut micando victus alteri cedet. Varro Parmenone: Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur. Micare, per vices ſine ordine mouere. Virg. Georg. lib. iij: --- Micat auribus,

& tremit artus. Idem libro x: Semianimiſque micant digiti, ferrumque retractant. Et Georgicorum libro tertio: --- Et linguis micat ore triſulcis. Lucillius lib. xxx: Omnia tum endo mucho videas feruente micare. Micare, fulgere. Virgilius Æn. lib. j: --- Micat ignibus æther. Et libro ij: Ardentis clypeos, atque æra micantia cerno.

MITTERE manifeſtam habet ſignificationem. Virgilius lib. viij: Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem. Et Georgic. lib. tertio: In ſaltus vtrumq. gregem, atq. in paſcua mittes. Et: --- Mitte in Venerem pecuaria primus. Mittere eſt excludere. Virgilius Æn. lib. j: --- Mæſtumque timorem Mittite. Siſenna Hiſt. libro tertio: Mulierem miſſa fide ac pietate propter amoris nefarij lubidinem exſtitiſſe. Mittere. Virgil. in Bucolicis: Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos. Mittere, omittere. Terentius in Adelphis: Era, lachrymas mitte. Virgil. lib. xj: Mitto ea quæ muris bellando exhauſta ſub altis. Lucil. lib. xxx: Hoc miſſum facies, illo me vtere libente. M. Tul. de offic. lib. tertio: Manlium miſſum fecit, tantum temporibus illis iuſiurandum valebat. Plautus Aulularia: Iam ſcrutari mitto redde huc.

MANDARE ſignificationem habet notam, vt Virgilius lib. nono: Multa patri mandata dabat portanda. Mandare, commendare. Virgilius Æn. lib. iij: --- Furtim mandarat alendum Threicio Regi. M. Tullius de offic. lib. ij: Deinde ipſis ſcribtis non ea quæ nunc, ſed actiones noſtras mandaremus, vt ſæpe fecimus.

MATVRVM dicitur celer. Virgil. Æneid. lib.

j: Maturate fugam, regiq. hæc dicite veſtro. Accius Menalippo: Eſt res aliqua quæ præſente his prius mature inſtitit. M. Tul. de offic. libro tertio: Venit ipſe mature, ſcalmum nullum videt. Varro Endymionibus: Qui ſi vt vigilantem matura cepiſti, in eo retinueris. Maturum, graue ſapiens. Virgilius libro v: Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Aceſtes. M. Tullius de ſenectute: Iam conſtantis ætatis & ſenectutis maturitas. Maturum, mite, coctum. Virgilius in Bucolicis: Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres. Varro Eumenidibus: Diſcumbimus muſſati, dominus maturo ouo ad cænam committit.

Metvs dicitur, ſicuti plerumque, timor. Virgilius libro vj: Et metus, & maleſuada fames. Metus, religio. Virgilius libro vij: Sacra coma, multoſque metu ſeruata per annos.

Manere eſt loco inſiſtere. Virgilius lib. x: --- Manet imperterritus ipſe Hoſtem magnanimum opperiens. M. Tul. in Verrem diuinatione: Qui iudicia manere apud ordinem Senatorium volunt. Idem de offic. Cyrſilum quemdam ſuadentem, vt in vrbe manerent. Manere, imminere, deberi. Virgilius libro ſeptimo: --- Te Turne, nefas, te triſte manebit Supplicium. M. Tul. Philipp. lib. xiij: Sin autem me aliud fatum manet. Manere, expectare. Terentius in Eunucho: --- Quam mox irruimus? mane: Omnia prius experiri, quam armis ſapientem decet. Manet, inheret, infixum eſt. Virgil. Æn. lib. j: --- Manet alta mente repoſtum. Plautus in Aſinaria: --- Vale. Aliquanto amplius valerem, ſi hic maneres.

MONSTRVM dicitur horrenda magnitudo. Virgilius Æn. lib. iij: Monſtrum, hórrendum, informe, ingens. Monſtrum, monſtrationem. Virg. Æneid. lib. iij: Monſtra deum refero.

MACVLOSVM, ſordidum, inmundum. Lucillius lib. xxx: Hæc veſtimentis maculoſis tum aſpice iſte. Maculoſum eſt varium. Virgil. Æn. lib. primo: Succinctam pharetra & maculoſæ tegmine lyncis. Macula, turpitudo. M. Tul. in Verrem act. prima: Cuius vt adoleſcentiæ maculas ignominiaſque prætercam. Lucillius libro xxx: Quem ſcis ſcire tuas omnes maculaſque, notaſque. Macula, in retibus plaga. M. Tul. de ſupplicijs in Verrem actione: Reticulumq. ad nares ſibi admouebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ.

METIRI eſt tranſmeare. Lucillius lib. xxx: Vir mare metitur magnum, & ſe fluctibus tradit. Virgilius Georgic. lib. quarto: — Iuncto bipedum curru metitur equorum.

MANICÆ dicuntur veſtium. Virgilius lib. viiij. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Manicæ, quibus manus vinciuntur. Lucillius libro xxx: Sic laqueis, manicis, pedicis mens irretita eſt. Virgil. Æn. lib. ij: — Manicas, atque arta leuari Vincla iubet Priamus. Plautus in Aſinaria: Vbi manus manicæ complexæ ſunt.

MÆSTVM, triſte, miſerandum. Virgil. Æn. lib. ij: Et mæſtas expromere voces. Lucil. lib. xxviiij: Cohibet domi mæſtus ſe Albinus. Mæſtum, enectum fame. Lucillius lib. xxviiij: Ventrem alienum mæſtum fouere ex molito ordeo, vti cataplaſmo.

MVTARE, derelinquere. Lucillius lib. xxvj: Mihi quidem non perſuadetur, publice mutem meos. Mutare, transferre. Lucillius lib. xxvj: Doctior quam ceteris his aſſa mitis mutes aliquo tecum ſacra facta vitia. Mutare, aliud pro alio accipere. Lucill. lib. xxvj: Publicanus vero vt Aſiæ fiam ſcripturarius, Pro Lucillio, id ego nolo, & vno hoc non muto omnia.

MOVERE manifeſtum eſt quam habet ſignificationem. Mouere, excludere. M. Tul. de offic. lib. iij: At, qui quodam quaſi veneno perficiat, vt veros heredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat.

MEDITARI eſt diſcere, perdoceri. Plautus Amphitr. Prius ipſe mecum etiam volo hic meditari; ſic hoc proloquar. Meditari, excogitare. Terentius in Andria: Venit meditatus alicunde ex ſolo loco.

N.

NOBILE ad dignitatem generis refertur. Salluſtius: Lucius Catilina nobili genere natus fuit. Nobilis dicitur & notus. M. Tul. de offic. lib. ij: Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt præter ceteros nobilitata crudelitas. Lucillius Satyr. lib. vij: Phryne nobilis illa, vbi amatorem improbius quem. Varro περὶ αἱρέσεων: Tum contremula aquilenta apud alta litora oriris, ac nobilis omnibus relucens. Accius Diomede: Me Argos referam; nam hic ſum nobilis, ne cui cognoſcar noto. Terentius Heautontim. Mea eſt potens, magnifica, ſumtuoſa, nobilis. Virgilius lib. vij: Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis Nobilis. M. Tullius in Ver-

rem actione ij: Oppidum eſt in Helleſponto Lampſacum. Iud. in primis Aſiæ prouinciæ clarum & nobile. Lucillius libro xxviiij: Tum illud Epiphoni, quod etiam tum nobile eſt. Vnde & nobilitarent, notificarent dictum eſt. Titinnius Prilia: Magiſq. famæ obiectarent, ne eam malefactis nobilitarent. Accius Telepho: Nam is demum miſer eſt, cuius nobilitas miſerias nobilitat. Pacuuius Duloreſte: Hiccine is eſt, quem famæ gratia ante omnis nobilitat viros?

Nvmervm, ordinem. M. Tullius De Deorum natura lib. ij: Nihil eſt enim quod ratione & numero moueri poſſit ſine conſilio, in quo nihil eſt temerarium. Virgilius Æn. libro iij: Digerit in numerum. Numero ſignificat cito. Accius Oenomao: — Numero te expurgat timor. Idem Antigona: Ne iſtum numero amittas ſubitum oblatum. Turpilius Demetrio: Numquam nimis numero quemquam vidi facere, quam facto eſt opus. Idem Lindia: --- Ego interim in turba foras Subduxi cum hac me, neq. ſat numero mihi videbar currere. Varro περὶ ἐξαγωγῆς: Quid puer rogaſſet, & petaſatus capite annuiſſet, ac diſcedens numero venire ait aduleſcentem. Afranius Priuigno: Numero inepti pertimuiſtis caſſam terriculam aduerſarij. Plautus Amphit. — Numero mihi in mentem fuit. Varro Cato vel de liberis educandis: Vt qui contra celeriter erant nati, fere Numerios prænominabant; quod quid cito facturum quid ſe oſtendere volebat, dicebat, numero id fore; quod etiam in partu precabantur Numeriæ, quam deam ſolent indigetare etiam Pontifices. Numeros, mo-

dos.

dos. Virgilius in Bucolicis --- Numeros, memini, ſi verba tenerem. M. Tullius de offic. libro iij: Perfectum atque abſolutum eſt, &, vt idem dicunt, omnes numeros habet.

Niti eſt conari ſub onere. Virgilius Georg. lib. iij: Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis Increpat. Cicero Tuſcul. lib. j: Tum illud, quod Siſyphus verſat Saxum, ſudans nitendo, neque proficit hilum? Niti, fultum eſſe. Lucillius lib. xxvj: ſummis nitere opibus, at ego contra, vt diſſimilis ſiem. Niti etiam incumbere. Virgilius lib. vj: Ille, vides, pura iuuenis qui nititur haſta. Niti rurſum ambulare. Pacuuius Peribœa. Ardua per loca agreſtia ac trepidante gradu nititur. Virgilius Æn. ij: Preſſit humi nitens. Varro Panſo parato: Contra coactus ceruus latratu canum Fertur biſulcis vngulis nitens humu. Niti, volare. Virgil. Æn. lib. iiij: Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Conſtitit.

Nare eſt natare. Virgilius lib. viij: Et fluuium vinclis innaret Clœlia ruptis. Nare rurſum volare. Virgil. Georg. lib. iiij: Hinc vbi iam emiſſum caueis ad ſidera cæli Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen. Natare iterum trepidare. Virgil. Georgic. lib. iiij: --- Conditq. natantia lumina ſomnus.

Necessitudo eſt affinitas. Salluſtius in Iugurthæ bello: Etiam antea Iugurthæ filia Boccho nubſerat; verum ea neceſſitudo. *apud Numidas *Mauroſq.* leuis ducitur. Neceſſitudo, neceſſitas. Idem in Catil. bello: præterea neceſſitudo quæ etiam timidos fortes facit. Idem in Iugurtha:

Coactus rerum neceſſitudine ſtatuit armis certare. Varro Modio: Aſſe vinum, aſſe pulmentarium, ſecundas quo natura aurigatur, non neceſſitudo. Siſenna Hiſt. libro quarto: Id me neque metu, neque calamitatis neceſſitudine inductum facere.

NECESSITAS, vis quædam, quæ alterum cogere inuitum poteſt, vt plerumque. Neceſſitas, affinitas, vnde & hoc iure coniuncti neceſſarij appellantur. C. Cæſar, quum Plautiam ſuaſit rogationem: Equidem mihi videor pro noſtra neceſſitate, non labore, non opera, non induſtria defuiſſe.

NOMEN eſt proprium vocabulum ſingulorum. Virgil. lib. vij: --- Tibi nomina mille, Mille nocendi artes. Et v: Nomen aui referens Priamus. Nomen, decus, dignitas. Virgilius Æneid. libro ij: Auulſumque humeris caput, & ſine nomine corpus.

NOTA dicitur probrum. Lucillius libro xxx: Quem ſcis ſcire tuas omnes maculaſque, notaſque. Nota, ſignum. Virgil. Georg. lib. iij: Continuoq. notas, & nomina gentis inurunt. Nota, diſtinctio. Virgilius libro quinto: Cæruleæ cui terga notæ.

NVDVM conſuetudine ſiue tegmine dicitur. Virgilius lib. quinto: Nudatoſq. humeros oleo perfuſa niteſcit. Nudum, inſepultum. Virgilius libro quinto: Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

O.

OCCVPATVS, impeditus; vt Græce dicitur ἀσχολεῖ, id eſt, vacuus non eſt. Plautus in Amphitr.

Erus Amphitryo occupatus. Cicero Tuſculan. lib.j: Vt ſi occupati profuimus aliquid ciuibus noſtris, proſimus etiam, ſi poſſumus, otioſi. Occupare eſt proprie præuenire. Cicero Tuſc. libro v: Quod idem melioribus etiam verbis Metrodorus occupauit. Titinnius Veliterna: Ergo occupa foras exire foras, vt præſit linteum. Virgilius libro xij: — Et venienti Ebyſo, plagamq. ferenti Occupat os flammis. Accius Euryſace: Quemadmodum impetum occupemus facere vltro in regem. Idem Tereo: Sed niſi clamoris regem auferre ab regina occupo puerum. Turpilius Thraſyleone: Ceſſo occupare, & me in colloquium conferre horum? Ennius Hectoris lytris: Hector vi ſumma armatos educit foras, Caſtriſq. caſtra vltro iam fere occupat. Pacuuius Duloreſte: Is quis eſt? qui tunc ſi illum tu occupas, leto dabis. Varro in Ephebo, περὶ ἐμμονῆς: Crede mihi, plures dominos ſerui comederunt, quam canes; quod ſi Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet, & non nugas ſaltatoribus in theatro fieret. Idem Eumenid. Prius quam reſponderem, foris neſcio quis occupat res indicare. Occupare eſt rurſus detinere. Plautus Epidico: Atque id non decem occupatum tibi erit argentum dies. Pacuuius Atalanta: Super ſatis agere, vt ne in mare animum occupes? M. Tullius de offic. lib. primo: Et in ea funditus delenda occupati ſunt, & fuerunt. Virg. Georgic. lib. iiij: — Maniciſque iacentem Occupat. Varro Eumenidibus: Quum in eo eſſet occupatus, atque in ſchola curaret, inſcribit Scantius horno per dionyſia. Occupare eſt etiam inue-

nire, tenere, vel poſſidere. Plautus Trinummo: Familiam optimam occupauit. Virgilius Æn. lib. ſexto: Occupat Æneas aditum cuſtode ſepulto. M. Tullius Philipp. lib. xiij: Agri Lucani poſſeſſiones occupauit. M. Tullius in Hortenſio: Et Paulum macelli occupauiſſe. Occupare, collocare. Pomponius Pictoribus: Quæ tuleram mecum millia decem victoriatum Græca mercede illico curaui vt occuparem. M. Tul. in Verrem actione ij: Præterea pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphas fecerat.

OPINIO eſt fama. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem libro primo: Erat opinio bona de Planco, bona de Lepido. Opinio, ſuſpicio. Varro Eumenid. Qui omnes me bilem atram agitare clamitantes opinionem mihi inſaniæ meæ confirmant. Accius Euryſace: Opinione factum eſt, quanto minus Stirpem educabant, tanto vt reremur magis Eos eſſe. M. Tullius de offic. lib. tertio: Qui primum hæc natura coherentia opinione diſtraxiſſent. Opinio, ſpes, opinatio. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem: Poſthac quod voles a me fieri ſcribito, vincam opinionem tuam. Idem de officijs libro ij: Opinionem afferunt populo, eorum ſe ſimiles fore, quos ſibi delegerint ad imitandum. Varro Endymionibus: Sic ad vos citius opinione veſtilabundus miſer decidi. Siſenna Hiſt. libro quarto: Popedius opinione fruſtrata.

OBSCÆNVM eſt immundum. Virgilius Æneid. lib. iij: Obſcænas pelagi ferro fœdare volucres. M. Tullius de offic. lib. j: Alter ne libero quidem, ſi rerum turpitudo adhibetur, aut verbo-

rum obſcænitas. Varro Agathone: Pueri obſcænis verbis nouæ nubtulæ aures returant. Obſcænum, vitabile. Virgilius Æn. lib. iij: Obſcænamque famem, quæ prima pericula, vito. Idem libro xij: --- Ne me terrete timentem Obſcænæ volucres. Accius Aſtyanacte: Hunc aicaiſpinem regionum fac, ac deſiſſet exercitum morari, nec me ab domuitione arceretu obſcæno homine. Cicero Tuſcul. lib. v: Nam & obſcænas voluptates, de quibus multa ab illis habetur oratio. Obſcænum ſignignificat & maledicum. Accius Oenomao: Vos ite actutum, atq. opere magno edicite Per vrbem, vt omnes qui arcem, aſteumque accolunt Ciues ominibus fauſtis auguſtam adhibeant Fauentiam, ore obſcæna dicta ſegregent. Lucillius lib. xxviiij: Deum rixa vertat vertat verba obſcæna.

OBITVS ſignificat mors, vel occaſus. Virgil. Georg. lib. j: Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus. Obitus rurſus aduentus. Accius Antigona: Attat, niſi me fallit in obitum ſonitus. Turpilius Epiclero: Ecquis eſt qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo?

OMEN dicitur auſpicium proſperum. Virgilius Georgic. lib. iiij: Omine quo firmans animum ſic incipit ipſa. Omen, aduerſa ſignificatio. Virgilius lib. xij: --- Neue omine tanto Proſequere.

OLIM trinam habet ſignificationem temporum: pręteriti; Virgil. Bucol. --- Meos olim ſi fiſtula dicat amores. Olim temporis futuri. Virgil. Æn. lib. j: Hunc tu olim cęlo ſpolijs Orientis

onuſtum Accipes ſecura. Lucillius Sat. lib. xviiij: Sic tu illos fructus quęras, aduerſa hyeme olim Quis vti poſſis, ac delectare domite. Turpilius Philopatro: Deinde quum ad te redierit res olim poſt mortem patris. Afranius Suſpecta: Non amatorem olim defenſore vt per eum volet.

Optare eſt precibus a dijs aliquid poſtulare. Virgilius Æn. lib. vij: Et reor, &, ſi quid veri mens augurat, opto. Optare, eligere. Lucillius Sat. lib. xviiij: Aurum vis, hominem, habeas. Hominem: quid ad aurum? Quare, vt dicimus, non video hic quid magnopere optem. Salluſt. Hiſt. lib. iij: Atq. eum curio laudatum, accenſumque præmiorem ſpe, quibuſcum optauiſſet ire iubet. Virgilius Æneid. lib. iij: Optauitque locum regno. M. Tullius de offic. lib. j: Quæq. maiori parti pulcherrima videntur, ea maxime optant. Terentius in Eunucho:---Hoc ſi effeceris, Quoduis præmium donum a me optato. Varro Marcipore: Et Diogenes Cynicos, qui ab Alexandro Rege iuſſus optare quid vellet, ſe facturum.

Offendere eſt percutere. Turpilius Paraterúſa: Caput vt offendit adimere pol. Lucillius lib. xxviiij: Crus lapide, nihil eſt, credam ſi te offenderit. Varro Marcipore: Deimmittit virile veretrum in flumen, offendit buccam bolumnio. Offendere, lædere. M. Tullius de ſupplicijs libro vij: Quum iſte cum pallio purpureo, parique tunica verſaretur in conuiuijs cum mulieribus, non offendebantur homines in eo, neque moleſte ferebant. Lucillius libro xxvij: Nam hic quidem reditum talem portendebant, neque alia in mare vl-

la offendere. Offendere, inuenire. Pacuuius Iliona: Quos ego, ita vt volui, offendo incolumis. Afranius Homine: Ea memoriter quum venero confecta vt offendam. Quadrigarius Annali libro ij. Inde poſtquam aliquantum receſſit, offendit montem, loca munita, res omnes habere quæ militibus opus ſunt, ligna, aquam, pabulum. Et Terentius in Eunucho: Offendi adueniens quemdam mei loci atq. ordinis Hominem. M. Tul. de ſignis: Quod nondum perfectum templum offenderant, neq. ponere voluerunt. Lucillius lib. xxvj: Si quod verum inuſitatum, aut Zetematium offenderam. M. Tullius de Repub. lib. ij: Sed imitor Archytam illum Tarentinum, qui quum ad villam veniſſet, & omnia aliter offendiſſet ac iuſſerat. Plautus Amphit. Eo more expertem te factam adueniens [tenebroſum] offendi domi. Varro Sexageſi: Romam regreſſus ibi nihil offendi, quod ante annos quinquaginta, quum primum dormire cœpi reliqui.

OBSCVRVM eſt ſine lumine. Virgil. Georg. lib. j: Si nigrum obſcuro comprenderit aera cornu. Obſcurum, ignobile. M. Tullius de offic. lib. j: Qui magna ſibi proponunt obſcuris orti maioribus. Obſcurum, abſconditum, latens. Virgilius lib. nono: Vidimus obſcuris primum ſub vallibus vrbem.

OBSERVARE, ſuſpicere, magnificare. M. Tullius de offic. libro primo: Sicut aliquo honore aut imperio affectos obſeruare & colere debemus. Obſeruare, celare, & intus retegere. Plautus Aulularia: Vbi is obit mortem, qui mihi id aurum

credidit. Cœpi obſeruare. Obſeruare, cognoſcere. Virgilius Æneid. lib. ij: —Et veſtigia retro Obſeruata ſequor per noctem. Obſeruare, curioſe, & ſuſpiciter circum aſpicere. Plautus Aularia: Oculos ego iſtos improba ecfodiam tibi, Ne me obſeruare poſſis, quid rerum geram. Obſeruare, captare. Virgil. Georgic. lib. iiij: --- Quos durus arator Obſeruans nido implumis detraxit. Lucillius lib. xxvij: Quod ſi obſeruas hominem, qui pro commodo & regno gaudeat. Terentius in Andria: Perterrefacias Dauum, obſerues filium, Quid agat.

ORATORVM ſignificantia manifeſta eſt. Oratores, legatos. Virgilius Æn. lib. xj: Centum oratores prima de gente Latinos Ire placet.

OCCVRRERE dicitur obuium fieri. Virgilius Æn. lib. vj: Hic illi occurrit Tydeus. Occurrere, ſubuenire, commouere. M. Tullius de ſupplicijs: Occurebat illa ratio.

OFFERRE, inuenire. Lucillius libro xxvj: Homines ipſi hanc ſibi moleſtiam vltro atque erumnam offerunt, Ducunt vxores. Offerre, efferre. Lucillius libro xxviiij: Vt nunc hac re mihi opem atq. auxilium offeras. Offerre, oſtendere. Virgilius Æn. lib. vj: ---Strictamq. aciem venientibus offert.

OBDVCERE, aperire. Lucillius lib. xxviiij: Vos interea lumen afferte; atque aulæa obducite. Obducere, tegere. Virgilius in Bucolicis: — Obducat paſcua iunco.

ORARE eſt precibus poſcere. M. Tullius Verrinarum in Diuinatione: Rogare, & orare, ne

eos ſupplices aſpernarer. Orare, agere. M. Tul. de offic. lib. iij: Vt veram amici cauſſam eſſe malit, vt orandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet.

OPPIDO, valde. Plautus Amphitr. Oppido interij: obſecro hercle, quantus, quam validus eſt?

OPPETERE, occumbere, mori. Virg. Æn. lib. primo: Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere. Oppetere, incidere. Plautus in Aſinaria: Atque illa viua viuus vt peſtem oppetas.

OBESVM pro vberi, & craſſo ſæpius ponitur Virgil. Georgic. lib. iij: Argutumque caput, breuis aluus, obeſaq. terga. Obeſum, gracile, & exile. Næuius in Carmine: Corpore, pectoreq. vndiq. obeſo, ac mente exſenſa, tardigenulo ſenio.

P.

PROPRIVM, diuturnum. Siſenna Hiſtor. lib. iij: Tum ſubito tacuit; atque in metu & ſuſpicio ne propriam capere non poterat quietem. Proprium eſt ſuum vniuſcuiuſque: Virgilius lib. ſeptimo: Hunc mihi da proprium, virgo ſata nocte laborem. Varro in Caprino prælio: Vnam virtutem propriam mortalibus fecit; Cetera promiſque voluit communia habere. Proprium rurſum ſignificat perpetuum. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Victoribus proprie ſpem, victis aduerſæ fortunæ maiorem formidinem obiecit. Plautus Muſtellaria: Atq. illam amatorem tibi proprium futurum in vita. Virgilius libro ſexto: --- Propria Hæc ſi dona fuiſſent. Idem libro iij: Da propriam, Tymbræe, domum. Terentius in Andria: Ego deorum

vitam propterea ſempiternam arbitror, Quod voluptates eorum propriæ ſunt. Accius Armorum iudicio: Nam non facile ſine deum opera humana propria ſunt bona. Idem Medea:— Fors dominatur, neq. vita vlli propria In vita eſt. Lucillius Satyr. lib. xvij: Cetera contemnit & in vſura omnia ponit Non magna: proprium vero nihil neminem habere. M. Tullius de Rep. lib. iiij: Ea noſter Plato magis etiam quam Lycurgus, omnia qui prorſus iubet eſſe communia, nequis ciuis propriam, aut ſuam rem vllam queat dicere. Afranius Vopiſco: Dij tibi dent propria quæcumque exoptes bona. Lucillius libro xxvij: Quum ſciam nihil eſſe in vita proprium mortali datum.

PRÆVERTERE, præterire. Virgil. Æn. lib. j: --- Volucremque fuga præuertitur Hebrum. Præuertere iterum ſignificat anteponere. Plautus Amphit. — Illuc redeundum eſt mihi, Ne me vxorem præuertiſſe dicant pro Republica. Præuertit, reuocat. Plautus Amphit. Ibi me inclamat Alcumena, tam ea res me horrore afficit, Erilis præuertit metus, accurro, vt ſciam quid velit.

PROMITTERE eſt polliceri. Virgilius Æn. lib. ij: Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem: Promiſſa tua memoria teneas. Promittere etiam ſignificat ad magnitudinem nutrire. Plautus Rudente: Capillum promittam optimum eſt, incipiamque ariolari. Virgil. Æn. lib. iij: — Promiſſaque barba. Varro Modio: Quod tum erant in Græcia coma promiſſa, raſa barba, pallia trahentes.

PROTELARE eſt percutere, perturbare. Te-

rentius in Phormione; Ne te iratus ſuis ſæuidicis dictis protelet. Siſenna Hiſt. lib. tertio Romanos impetu ſuo protelant, prolectus perſequuntur, Protelare rurſus adiugare. Lucillius Satyr. lib. vj: Quem neq. Lucanis oriundi montibus tauri Ducere protelo validis ceruicibus poſſent. Idem libro xij: Hunc iuga mulorum protelo ducere centum Non poſſunt. Cato Originum lib. v: Sed protelo trini boues vnum aratrum ducent. Varro Cato, vel de liberis educandis: Remotiſſimum ad diſcendum formido & nimius timor, & omnis perturbatio animi; contra delectatio protelo ad diſcendum. Protelare etiam excludere. Turpilius Lemnijs: Propter peccatum pauſſillulum indigniſſime Patria protelatum eſſe ſæuitia patris. Siſenna Hiſtor. libro iiij: Duæ cohortes de ſubſidio procedunt, atq. equites protelant.

Prodere ſignificat deferre. Virgil. Æn. lib. ij: Prodere voce ſua quemquam, aut opponere morti. Prodere rurſus differre, vel excludere. Virgil. Æn. lib. j: Nos tua progenies, cæli quibus annuis arcem, Nauibus, infandum, amiſſis vnius ob iram Prodimur, atq. Italis longe diſiungimur oris. Lucil. Satyr. lib. v: — Poſſiſne elabi, an prodenda dies ſit. Terentius in Andria: Vt aliquot ſaltem nubtijs prodat dies. Prodere etiam protendere, vel edere. Virgilius Æn. lib. iiij: Italiam regeret, genus alto ab ſanguine Teucri Proderet. M. Tullius de ſupplicijs in Verrem: Ius imaginis ad memoriam poſteritatemq. prodendam. Et de ſenectute: Non accipere modo hæc à maioribus voluerunt, ſed etiam poſteris prodere.

PERICVLVM eſt ſalutis diſcrimen. Virgil. Æn. lib. iij: Obſcænamq. famem, quæ prima pericula, vito. Lucillius lib. xxviiij: Adde alios omnes meo periculo ex ordine. Periculum, experimentum. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Periclitantur tormenta, ac tela, multaq. genera machinamentorum. M. Tul. de Repub. lib. iij: Sed ipſi ſeu animum periclitentur ſum vident quid ſe putent eſſe facturos. Terentius in Eunucho: --- Fac periculum in literis. M. Tul. de Deorum nat. lib. ij: Sicut ex quibuſdam ſtirpibus & herbis, quarum vtilitatis longinqui temporis vſu & periclitatione percepimus. Lucillius lib. xxviiij: Cuius ſi in periculo feceris periculum. Plautus in Amphit. Verum periclitatus ſum animum tuum. Salluſtius in Catilinæ bello: Tunc vero periculo atq. negotijs compertum eſt. Periculoſum, maius, & vehemens. M. Tull. de offic. lib. j: Grauioribus autem morbis periculoſas curationes, & ancipitis adhibere coguntur.

PRESSVM, ſubtile. M. Tullius in Hortenſio: Quis te autem eſt, aut fuit vmquam in partiundis rebus, in definiendis, in explicandis preſſior? Preſſum, onuſtum, grauatum. Virg. Georgic. lib. j: Ceu preſſæ quum iam portum tetigere carinæ Puppibus. Premere, defodere. Virgilius libro x: --- Sulcumque ſibi prema ipſa carina. Premere, claudere. Virgilius lib. viiij: --- Preſſiue oculos, aut vulnera laui Veſte tegens. Premere, inſequi, fugare. Virgilius Æn. lib. j: Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus. Premere, vrgere. Virgil. Georgic. libro iij: Ingentem clamore

premes ad retia ceruum. Et libro vij: --- Fauniq. premunt te iuſſa parentis. Premere ſignificat inniti cum pondere. Virgil. Georg. lib. iiij:--- Et ſpumantia cogere preſſis Mella fauis. Idem Æn. lib. x: --- Et læuo preſſit pede, talia fatus Exanimum, rapiens immania pondera baltei. Premere rurſum refrenare, vel cohibere. Virg. Æn. libro primo: Imperio premit, & vinclis, & carcere frenat. Idem: Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Idem libro viiij: Sic memorat, vocemque premit. Premere, tegere. Virgil. lib. viiij: Canitiem galea premimus. Et lib. xj: Quos Simois premat ille viros. Varro modio: Capitis corona vaccitis liuei face vt labore flatili viridis premit. Premere etiam remouere, vel exſcindere. Virgilius Georg. lib. j: --- Et ruris opaci Falce premes vmbram. Premere, occidere. Virgil. lib. viiij: Armigerumque Remi premit. Premere, aduerſari. Virgilius lib. x: Numina nulla premunt, mortali vrgemur ab hoſte Mortales. Premere, calcare. Virgil. Æn. lib. ij: --- Veluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens. Premere, deponere. Virgilius Georgic. lib. ij: Quod ſupereſt, quæcumque premes virgulta per agros.

PRETIVM, pœnæ exitum. Liuius Achille: Si malas imitabo, tum tu pretium pro noxa dabis. Pretium dicitur, quod re emta datur. Virgil. Æn. lib. iiij: --- Vrbem Exiguam pretio poſuit. Terentius in Eunucho: --- Pretium ſperans illico Producit, vendit. M. Tullius Verrinarum actione ij: Et parentis pretium pro ſepultura liberum poſceret. Lucillius lib. xxviij: Nec par vocat vllo pretio.

Pretium, pro præmio. Salluſtius in Iugurthæ bello: Vicit tamen in Senatu pars illa, quæ vero pretium aut gratiam anteferebat. Næuius Danae: Quin vt quiſq. eſt meritus præſens pretium pro factis ferat. Terent. in Andria: Quod habui ſummum pretium perſolui tibi. Virgil. lib.v: Et palmæ pretium victoribus. Lucil.lib.xxx: Cuius vultu ac facie, ludo, ac ſermonibus noſtris Virginis hoc pretium, atq. hunc reddemus honorem.

PATIBVLVM eſt crux. Salluſtius Hiſt. lib. iiij: In quis notiſſimus quiſq. aut malo dependens verberabatur, aut inmutilato corpore improbi patibulo eminens affigebatur. Patibulum ſera, qua oſtia obcluduntur, quod hac remota valuæ pateant. Titinnius Fullonibus: — Si quiſquam hodie præter hanc Poſticum noſtrum pepulerit, patibulo hoc Ei caput defringam.

PETERE ſignificat poſcere. Virgilius Æn.lib. viij: Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem, Qui petat auxilium. Lucillius libro xxvj: Ferri tantum ſi roget me non dem, quantum auri petit. Petere, commemorare. Virgilius Æn. lib. viij: Quid cauſſas petis ex alto? Petere, percutere, ferire. Virgil. in Bucolicis: Iam coruu petat, & pedibus qui ſpargat arenam. Petere, appetere. Virgilius lib.viij: — Notumq. petiuit Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem. Petere, ſequi. Virgilius libro v: Quem petit, & ſummis annixus viribus vrget. Lucillius libro xxvij: Rerum exploratorem mittam, miſerum mendicum petam. Petere, abducere. Virgilius libro vj: Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petiuit.

Petere, inquirere. Virgilius lib. viij: Euandrum petimus. Petere, eligere. Virgil. Georgic. lib. iiij: Principio ſedes apibus, ſtatioq. petenda. Petere, obtinere. Virgil. Æn. lib. j: Quæ proxima litora, curſu Contendunt petere. Petere, manere, exſpectare. Virg. lib. viiij: Troianos hæc monſtra petunt. Petere, cupere, appetere. Virgil. Georg. lib. iiij: — Pulchramq. petunt per vulnera mortem. Lucill. lib. xxvj: Sin autem hoc vident, bona ſemper petere ſapientem & putant. Petere, tenere, Virgil. Æn. lib iij: Summiſſi petimus terram, & vox fertur ad aures.

Propter ſignificat eius cauſſa. Virgil. Æn. lib. iiij: Te propter Lybicæ gentes Nomadumq. tyranni Odere. Propter, alicuius rei cauſſa. Varro Seſquiulyxe: Quod Minerua propter ſtetit, ſignificare eum propter doctrinam. Propter, iuxta. Virgil. Georg. lib. iij: Et viridi in campo templum de marmore ponam Propter aquam. Varro Cato, vel de liberis educandis: Idq. poſtea rerum eſſe atteſtata eſt fortuna, propter cuius aram mea hoſtia erat cæſa. Terent. in Adelphis: Nimium iſtuc abiſti; hic propter hunc aſſiſte. M. Tullius de ſenectute: Sic adoleſcentia voluptates propter intuens magis fortaſſe lætatur; ſed delectatur ſenectus procul aſpiciens. Idem de Repub. lib. j: Eum quoque vt ſalutauit, propter Tuberonem iuſſit aſſidere. Varro Seſquiulixe: Quod Minerua propter ſtetit, ſignificare eum propter doctrinam. Idem Eumenid. Propter eam porticum ſitum erat dolium. Siſenna Hiſtor. lib. iij: Partem cohortium propter mare collocat in litore.

PONERE eſt deponere. Virgilius Æn. lib. j: --- Ponuntq. ferocia Pœni Corda volente Deo. Ponere, conſumere, conterere. M. Tullius: Mirentur in ea me tantum operæ & temporis ponere. Ponere, conſtituere. Virgilius in Georg. lib. iij: --- Templum de marmore ponam. Ponere, obſeruare. Virg. in Georg. lib. iij: Aut parco ſale contingunt, hyemique reponunt. Idem & in Æneidos libro primo: --- Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis. Ponere, deſinere. Virgil. lib. vij: Quum venti poſuere, omniſque repente reſedit Flatus.

PERNIX ſignificat celer. Virgilius Georgic. lib. iij: Talis & ipſe iubam ceruice effundit equina Coniugis aduentu pernix Saturnus. Lucil. lib. xxvij: Fuimus, pernices, æternum id nobis ſperantes fore. Pernix, perſeuerans. Virgil. Georgic. lib. iij: --- Et inter Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili.

PVLLVM eſt ætatis nouellæ. Virgil. Georg. lib. iij: Continuo pecoris generoſi pullus in aruis. Pullum, non album. Virgilius Georgic. libro tertio: --- Ne maculis infuſcet vellera pullis Naſcentum. T. Liuius: Veſtis pulla, purpurea, ampla. M. Tullius de ſignis: In hac officina partem diei cum tunica pulla & pallio ſolebat ſedere. Varro Seſquiulyxe: Vbi nitidi Efebi veſte pullà candidi Modeſte amictus paſcunt pectore.

PLAGÆ ſunt verbera. Virgil. Georgic. libro iiij: --- Plagiſq. peremto Tunſa per integram ſoluuntur viſcera pellem. M. Tullius de ſupplicijs: Plagis confectum dico a lictoribus tuis C.R. ante oculos

oculos tuos concidiſſe. Plagæ, vulnera. Virgilius lib. xij: — Et venienti Ebyſo, plagamque ferenti Occupat os flammis. Idem Georg. libro tertio: Multa gemens, ignominiam, plagaſque ſuperbi Victoris. M. Tullius de ſupplicijs: Atq. etiam ipſi adoleſcentes cum Sextio de plaga, & de vno illo ictu loquebantur. Plaga, ſpatium immenſum. Virgil. Æn. libro j: Ætheria quos lapſa plaga Iouis ales aperto Turbabat cælo. Varro Lege Mænia: Nos admirantes, quod ſereno lumine tonuiſſet, oculis cæli rimari plagas. Plagæ ſunt & in retibus, quibus capta implicantur. Virgilius Æneid. lib. viij: Retia rara, plagæ. M. Tullius de offic. lib. iij: Suntne igitur inſidiæ tendere plagas, etiamſi excitaturus non ſis?

PVTARE, colligere, conferre. Plautus in Aulularia: Itur, putatur ratio cum argentario. Putare dicitur purgare, rarefacere. Virgilius Georg. lib. ij: — Fingitque putando. Putare, aptare. Titinnius Fullonibus: Da penſam lanam; qui non reddet tempori Putatam recte, facite vt multetur malo. Putare, animo diſputare. Virgil. Æn. lib. vj: Multa putans, ſortemq. animo miſeratus iniquam. Ennius Thyeſte: Ibi quid agat, ſecum cogitat, parat, putat. Cæcilius Exſule: Non hæc putas, non hæc in corde verſantur tibi? Plautus in Amphitr. Quo id, malum, pacto poteſt? nam mecum argumentis puta. Putare, æſtimare. Terentius in Andria. — Recte putas. M. Tullius ad Cæſarem libro j: Quod ſapientis homines ac boni putant. Lucillius lib. xxviiij: Perge amabo, ac ſi potes, face dignam me vt vobis putem.

PIARE dicitur impiare, contaminare. Virgilius lib. vj: Distulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Piare, expiare, purefacere. Virgil. lib. vj. Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto. Piare, condere, conſecrare. Virgilius lib. vj: Prodigijs acti cæleſtibus oſſa piabunt.

PASSVM, perpeſſum. Virgilius Æneid. lib. j: O paſſi grauiora. Paſſum dicitur genus liquoris, quod ex vua paſſa cogitur. Virgil. in Georgic. lib. ſecundo: Et paſſo pſithia vtilior. Paſſum, diſperſum, ſolutum. Virgilius Æn. lib. j: Crinibus Iliades paſſis. Terentius in Phormione: Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida. Cæcilius Synariſtoſis: Heri vero proſpexiſſe eum ſe ex tegulis, Hæc nuntiaſſe, & flammeum expaſſum domi.

PARCERE eſt veniam dare. Virg. lib. vj: Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Lucil. lib. xxx: Quanti vos faciant ſocij, quum parcere poſſint.

PASSVM, extenſum, patens; vnde & paſſus, dicimus, quod greſſibus mutuis pedes pateſcunt. Ennius Annalium libro x: Ægro corde, comis paſſis late palmis pater: Paſſis ait palmis; patentibus, & extenſis. Næuius Iphigenia: Paſſo vel hoc vicinum Aquilone hortum fer foras.

PARCERE, ſeruare. Virgilius libro x: Argenti atq. auri memoras quæ multa talenta, Natis parce tuis. Lucillius lib. xxvij: Parcatilli maius cui poſſit, cui fidem eſſe eximent.

PAX ſignificantiam habet notam. Virgilius libro vij: Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. Pax, venia. Virgil. in Æneid. lib. iij: Sed votis precibuſq; iubent expoſcere pacem. Pax,

propitiatio. Virgilius Æneid. lib. iij: Exorat pacem Diuum.

Præstare, facere. M. Tullius de offic. lib. iij. Emtorem indemnem damno præſtari oportere. Præſtare dicitur conſuetudine beneficium dare. M. Tullius. * Præſtare, exhibere. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem libro primo: Tu ſi meam fidem præſtiteris, quod confido te eſſe facturum. Et de offic. lib. iij: Nam quum ex duodecim ſatis eſſet ea præſtari quæ lingua nuncupata eſſent. Præſtare, antecellere. Virgilius libro xij: O præſtans animi iuuenis. Salluſtius in Catilinæ bello: Omnis homines, qui ſeſe ſtudent præſtare. Terentius Phormione: Vir viro quid præſtat? M. Tullius in Verrem Sicilienſi: Nimirum illi non ingenio ſolum his patronis, ſed fortuna etiam præſtiterunt. Lucillius lib. xxvij: Si facies præſtat faciе, ſi corpore corpus. M. Tullius de officijs lib. ij: Quid enim eſt per deos immortalis optabilius ſapientia? quid præſtabilius? Et in Hortenſio: Nec in philoſophia cuipiam ceſſit, & vitæ grauitate præſtitit. Varro Quinquatribus: An hoc præſtat Heroſilus Diogne? Præſtat, vtile eſt. Virgil. Æn. lib. iij: Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachyni. Lucillius libro xxx: --- Vti pecudem te, aſinumque vt denique naſci Præſtiterit. M. Tullius de ſenectute: Ne vos quidem Titi Pontij centurionis vires habetis: num idcirco eſt ille præſtantior?

Pium dicitur religioſum. Virgil. in Georgic. lib. iij: Dij meliora pijs. Pium, caſtum. Virgilius libro vj: Quiq. pij vates.

Præcipere eſt iubere, vel monere. Virgi-

lius libro xj: ---Ipſi numerumq. modumq. carinis Præcipiant. Et libro nono: Namq. ita diſcedens præceperat optimus armis Æneas. Terentius in Adelphis: --- Nam quid tu hic agas, Vbi, ſiquid bene præcipias, nemo obtemperet? Lucillius libro xxvj: Porro amici eſt bene præcipere, tueri, bene prædicare. M. Tullius de officijs libro iij: Nec omnino quicquam de eo genere præcipiendum fuiſſe. Et in Hortenſio: Præcipiunt hæc iſtis, & facit nemo. Præcipere, præuenire. Virgilius lib. xj: Exſultatque animis, & ſpe iam præcipit hoſtem. Et libro ſexto: Omnia præcepi, atq. animo mecum ante peregi.

PVLSATVM ſignificat percuſſum. Virgilius libro vj: Pulſatuſue parens, aut fraus innexa clienti. M. Tullius de ſupplicijs: Lictores circumſiſtunt valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſq. homines exercitatiſſimi. Pulſatum, violatum. Virgilius lib. xij: Pulſatos referens infecto fœdere Diuos.

PRODVCERE dicitur longius ducere. Virgilius Æn. lib. ij: Abnegat exciſa vitam producere Troia. Lucillius libro xxviiij: Et ſi retinere hunc voles, ſi longius te producturum, & diutius. M. Tullius de Senectute: Conuiuiumq. vicinorum cottidie compleo, quod ad multam noctem, quam maxime poſſumus, vario ſermone producimus. Varo ὄνος λύρας: Valete, & me palmulis producite. Producere, proſequi. Virgilius libro viiij: --- Nec te tua funera mater Produxi. Producere, inſtituere. Terentius in Adelphis: Seni animam primum exſtinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus. Lucil-

lius libro xxvj: Ducunt vxores, producunt quibus hæc faciant liberos. Producere, deducere. Terentius in Adelphis: O, quin' egomet produxi. Producere foras ducere. Terentius Heautontim. --- Produxi, ac vendidi. M. Tullius in Verrem in Frumentaria: Quid opus eſt Lollio? nemo tuorum amicorum, nemo abs te productus, nemo interrogatus. Lucillius lib. xxx: Producunt me ad te, tibi me hæc oſtendere cogunt.

PROLVVIES & illuuies ſignificantiam habent parem: eſt immunditia. Virgil. Æn. lib. iij: — Fœdiſſima ventris Proluuies. Et: Reſpicimus, dira illuuies. Terentius in Heaut. --- Pannis obſita, Neglecta, immunda illuuie. Proluuium, profuſio. Terentius in Adelphis: — Quod proluuium? quæ hæc ſubito largitas?

PROIECTVM dicitur dimiſſum, derelictum. Virgil. lib. vj: Proijce tela manu. Idem in Bucolicis: Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro. Proiectum, longe iactum, extenſum. M. Tul. de ſignis: Sed quod erat eiuſmodi loco; atq. ita proiecta in altum. Virgil. Æneid. lib. iij — Proiectaque ſaxa Pachyni Radimus. M. Tul. de Repub. lib. ij: Iuſtitia foras exſpectat, & proiecta tota eſt, atque eminet. Et de Orat. lib. iij: Brachium procerius proiectum, quaſi quoddam telum orationis. Proiectum, ſubtractum. M. Tull. in Philipp. lib quarto: Quid hoc ſicut facit clam te ex vrbe proieceris.

PRÆSTRINGERE, obtenebrare. Plautus in Milite glorioſo: Præſtringat oculorum aciem in acie hoſtibus. Præſtringere, attingere. M. Tul.

de ſignis: Ignoſcite, rei magnitudo me breuiter præſtringere atrocitatem criminis non ſinit. Præſtringere, radere. M. Tul. in Philipp. lib. ij: Cuius quidem vomere portam Capuæ pæne præſtrinxiſti.

POSCERE, accipere. Varro Parmenone: In quibus partibus; in argumentis Cæcilius poſcit palmam, in etheſin Terentius, in ſermonibus Plautus. Poſcere ſignificat petere. Virgilius lib. xij: Poſcit equos, gaudetque tuens ante ora frementis. Plautus in Aulul. Vbi ſiquid poſcam, vſque ad rauim poſcam prius. Varro γνῶθι σεαυτόν: Non ſubſilies, ac plaudes, & ab arato poſces aſtricam coronam? Poſcere, prouocare. Virgilius libro viij: Aut acrem dubites in prælia poſcere Turnum. M. Tullius prima ſecundæ actionis in Verrem: Poſcunt maioribus poculis. Poſcere, aduerſari. Virgil. libro quinto: — Equidem ſic poſcere ventos Iamdudum, & fruſtra cerno te tendere contra.

PROFERRE, palam facere. Lucillius libro xxvij: Proferat ergo iam veſter ordo ſcelera quæ in ſe admiſerit. Proferre, protendere. M. Tul. de Repub. lib. iij: Sapientia iubet proferre opes, amplificare diuitias.

PENETRARE, cum vi ingredi, ſicuti plerumque. Penetrare, exire, proripere. Plautus Trinummo: Quo illic homo foras ſe penetrauit ædibus?

PARITER, ex æquo. Nouius Decuma: Quid prophanari modo ſi tris menſes ſim in æde, vt pariter diſpertiam. Afranius Abducta: Diſpartian-

tur patris bona pariter. Pariter, conuenienter. Titinnius Prælia: Ne tu iſtum edepol inedia extuliſti pariter vt dignus fuit. Pariter, ſimiliter. Afranius Homine: --- Tibi In vtraque parte pollet & pariter poteſt. Pacuuius Nyptra: Pariter te eſſe erga illum video, vt illum te erga ſcio. Plautus Aul. Is ex ſe hunc reliquit, qui hic habitat, filium, Pariter moratum, vt pater, atque auus eius fuit.

POSTERIVS dicitur tardius, vel ſecundo. Poſterius, minus. Plautus in Aſinaria: Poſterius iſtuc dicis quam credo tibi.

POSTVLARE intelligitur apertiſſime quam habeat ſignificantiam, vt eſt poſcere. Terentius in Andria: --- Alios mores poſtulat. Dehinc poſtulo, vt nihil ſit moræ. Poſtulare, velle. Plautus in Aſinaria: Vbi piem pietatem, ſi iſtoc more moratam tibi Poſtulem placere mater, mihi quo pacto precipis? Idem Aulularia: Nam qui eri ex ſententia ſeruire ſeruus poſtulat.

PARET, obſequitur. Virgilius lib. j: Paret amor dictis caræ genitricis. Paret, videtur, oſtenditur. Virgilius lib. x: Cui pecudum fibræ, cæli cui ſidera parent.

PORTENTA dicuntur quæq. aliquid portendunt, vt ſæpe. Portenta, inania quædam, & irridenda. Cic. Tuſc. libro j: Aut quid negotij eſt hæc poetarum & pictorum portenta conuincere?

PROTINVS vbicumque lectum eſt, contra vſum intellectus communis, quo ſtatim ſignificare creditur, poſitum inuenitur, vt ſit protinus, porro, ac ſine intermiſſione, continuo, quod iunctum genus eius ſignificantiam confirmat aduerbij. Vir-

gilius namq. in quocumq. loco protenus poſuit, ſub hoc ſenſu intelligendum reliquit. Et quoniam nonnulli veterum pro eo quod protinus eſt, protinam, vel protinis conuerterunt, exempla de his neceſſaria decerpenda ſunt. Afranius Epiſtola: Comiſſatum protinus recta domum digredimur. Plautus in Aſtraba: Dare pedibus protinam ſeſe ab his regionibus. Idem Curculione, præpoſitione addita: Oſtium vbi proſpexi, exinde me ilico protenam dedi; quaſi in longam fugam. Nouius in Colace: Vbi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi; id eſt longius fugi. Varro etiam de lingua Latina lib. vj: Vel protinam, vel protinus, continuatione, vel præteritæ vel futuræ longitudinis dicit: & tamen quoniam, vt mihi videtur, poteſt eius aduerbij enuntiatio varia, ſignificantia eius mutata pro locis exemplis teſtibus deſignanda eſt. Protinus, inſequenter, deinceps. Virgil. in Georgic. lib quarto: Protinus aerij mellis cæleſtia dona Exſequar. Et: Protinus Antæum, & Lucam, prima agmina Turni Perſequitur. Et: Protinus Orſilochum, & Butem, duo maxima Teucrum Corpora. Et: Protinus aerias Phæacum abſcondimus arces. Protinus, iugiter, & continue. Siſenna Hiſt. lib. j: Nocte conſumta poſtero die per incertas vias Æſerniam, inde Romam protinus perfugerant. Idem lib. quarto: Caſta de panie conuertit in montes, vt crebro ferculis protinus procedundo poſſet intra fines Æſculapiorum peruenire. Tubero Hiſtor. lib. j: Siquid a parentibus acceptum protinus antique memoriæ tradiderunt. Virgilius libro x: Huic frater ſu-

bit Alcanor, fratremq. ruentem Suſtentat dextra; traiecto miſſa lacerto Protinus haſta fugit, ſeruatque cruenta tenorem. Idem: Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus vrbes Albanæ coluere ſacrum. Et libro iij. Æn. Hæc loca vi quondam, & vaſta conuulſa ruina, Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas, Diſſiluiſſe ferunt, quum protinus vtraque tellus Vna foret. Et libro viiij: --- Felix, ſi protinus illum Æquaſſet nocti ludum, in lucemque tuliſſet. Protinus, ſtatim. Virgilius Æn. lib. iiij: Protinus ad regem curſum detorquet Iarbam. Protinus, longe, porro. Virgil. lib. vij: --- Cornuq. recuruo Tartaream intendit vocem, qua protinus omne Intremuit nemus, & ſyluæ intonuere profundæ. Idem Virgilius lib. viij: Nam memini Heſionæ viſentem regna ſororis Laomedontiadem Priamum Salamina petentem Protinus Arcadiæ gelidos inuiſere finis. Protenus, valde. Virgilius in Bucolicis: --- En ipſe capellas Protenus æger ago. Vt ſit animo & corpore valde æger: aut, ſi aliud enuntiat refertur ad illud, vt ſit, longe, porro, ago. At ipſum, Hactenus, licet vt prępoſitionem acceperit, ita ſignificatione varietur, tamen maxime finem terminumque deſignat. Virgilius in Georgic. lib. ij: Hactenus aruorum cultus, & ſidera cæli. Idem Virgilius lib. x: --- Laterum tenus hiſpida nanti Frons hominem præfert. Idem lib. ij: --- Capulo tenus abdidit enſem. Idem in Georg. lib. iij: Et crurum tenus a mento palearia pendent. Idem Æneid. libro iij: Et pulchro pectore virgo Pube tenus.

Plaga ſpatium ampliſſimum vel cæli, vel

agri. Virgilius lib. vij: --- In medio dirimit plaga Solis iniqui. Plagæ rurſum maculæ retiales. Virgil. in Æn. lib. iiij: Retia rara, plagæ, lato venabula ferro, Maſſylique ruunt equites. Plaga aliquando pars lecti; aliquando omnis. Pacuuius Atalanta: --- Etſi metuo picta de plaga pallam: vt ſit plaga, quem nunc dicimus clauum. Varro Prometheo: Eburneis lectis, & plagis ſigillatis. Afranius: Palam facto demea, & plagulam de lecto pellis dimitte in ordine.

PARVMPER, vt ſæpe, interim, & paruo tempore. Parumper, cito & velociter. Virgilius lib. vj: --- Pulſuſque parumper Corde dolor triſti, gaudet cognomine terræ. Ennius Annali libro j: Te ſane neta precor Venus, & genetrix patris noſtri, Vt me de cælo viſas cognata parumper. Idem eodem: Indotuetur ibi lupus femina, conſpicit amnis: In campo celeri paſſu permenſa parumper Conijcit in ſyluam ſeſe.

R.

RESTARE dicitur ſupereſſe. Terentius in Andria: --- Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt. M. Tullius de ſenectute: Nec cum æqualibus ſolum, qui pauci admodum reſtant, ſed cum veſtra etiam ætate. Virgilius libro ij: --- Aut quid iam miſero mihi deniq. reſtat? Reſtare, reſiſtere. Virgil. Æn. lib. iiij: --- Hoſpes; Hoc ſolum nomen quoniam de coniuge reſtat. M. Tul. de finib. bon. & mal. Nullam quærentes voluptatem. Stoici reſtant.

RELIGIO eſt deorum cultura. Virgil. Æn. lib. ij: Religione patrum multos ſeruata per an-

nos. Religioſos quoque dies infames, vel infauſtos lib. vndecimo commentariorum Grammaticorum Nigidius appellauit. M. Tullius ad Atticum nono: Maiores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Alienſis pugnæ, quam captæ vrbis, quod hoc malum ex illo: itaque alter religioſius etiam nunc dies, alter in vulgus. Religio, metus, vel ſolicitudo: Varro Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς: Non fit theſauris, non auro pectus ſolutum, Non demunt animis curas ac religiones Perſarum montes, non atria diuitis Craſſi. Lucretius lib. j: Humana ante oculos fœde quum vita iaceret In terris oppreſſa graui ſub religione. Virgilius libro viij: Iam tum religio pauidos terrebat agreſtis Dira loci. Terentius in Andria: --- Dignus es Cum tua religione odium. nodum in ſcirpo quæris. Lucillius lib. xxviiij: Anno vertente dies tætri, miſeri, ac religioſi. M. Tullius de officijs lib. ij: Item eſt habendum religioni, nocentem aliquando, modo ne nefarium, impiumq. defendere.

Rarum conſuetudine infrequens ſignificat. Virgilius Æn. lib. viiij: Qua rara eſt acies interlucetque corona. M. Tullius de offic. lib. j: Sic ad hoc genus caſtigandi raro inuitiq. veniamus. Rarum, electum. Virgil. in Georg. lib. iiij: Hic rarum tamen in dumis olus.

Rvere, decipi. M. Tullius de Offic. lib. iij: Si hoc non eſt, emtorem pati ruere, & per Venditorem in maximam fraudem incurrere. Ruere rurſum ſignificat cadere. Virgilius Æn. libro ij. --- Ruit alto a culmine Troia. M. Tullius De ſupplic. Quæ quum accidunt, nemo eſt quin intelle-

gat ruere illam Remp. Ruere, effundi. Virgil. lib. vj: Vnde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllæ. Idem Virg. in Georg. lib. j: —Ruit arduus æther. Ruere, irruere ſine cautela. Virgil. libro x: Quo moriture ruis, maioraq. viribus audes? Lucill. lib. xxx: Ruis hoc, & colligis omnia furtim. Ruere, eruere, leuare. Virgil. lib. xj: — Et confuſa ruebant Oſſa focis. Idem Æn. lib. j: — Totumque a ſedibus imis vna euruſque notuſque ruunt. Ruere, diruere, complanare. Virgil. Georg. lib. j: Quid dicam, iacto qui ſemine comminus arua Inſequitur, cumuloſq. ruit male pinguis arenæ? Terentius in Adelphis: Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & proſternerem. Ruere, erigere, extollere. Virgil. Georg. lib. ij: — Et ruit atram Ad cælum picea craſſus caligine nubem. Et Æn. lib. ij: Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox. Ruere, diuidere. Virg. Æn. lib. j: — Spumas ſalis aere ruebant.

RIGIDVM ſignificat frigidum. Virgilius in Georg. lib. ij: Tellurem Borea rigidam ſpirante mouere. Rigidum, erectum. Virgilius in Buc. — Tunc rigidas motare cacumina quercus. Et Georgic. lib. j: Et curuæ rigidum falces formantur in enſem. Rigidum, durum. Virgil. Georg. lib. iij: — Veſteſq. rigeſcunt Indutæ, ceduntq. ſecuribus humida vina.

RELATVM dicitur perlatum, dictum. M. Tullius ad Cæſarem iuniorem lib. j: Sed hæc Videbimus, quum legati reſponſa retulerint. Relatum, conuerſum. Virg. lib. xj: Multa dies variuſque labor mutabilis æui Rettulit in melius.

REDDERE, reponere. Plautus Muſtellaria: Tempeſtas venit, confringit tegulas, imbriceſque Ibi dominus indiligens reddere alias neuult. Reddere dicitur acceptum reſtituere. Terentius in Phorm. Siquis quid reddit, magna habenda eſt gratia. Reddere, facere. Lucil. lib. xxviiij: Pluteos excutit, tectaq. & teſtudines reddit. Reddere, aduehi. Virg. lib. vj: Redditus his primum terris. Reddere, exponere, & dare. Plautus in Aulul. Tibi ego rationem reddam, ſtimulorum ſeges?

REMI ſunt nauales pedes, ſicuti plerumq. Remos remiges Virgilij auctoritate poſſumus dicere, vt in lib. v: --- Quem deinde Cloanthus Conſequitur melior remis, ſed pondere pinus Tarda tenet.

REFERRE, recenſere. Virgilius in Bucolicis: Cogere donec oues ſtabulis, numerumque referre Iuſſit. Referre, aſcribere. Varro Eumenid. Forenſes decernunt, vt exiſtimatio nomen meum in ſanorum numerum referat. Referre ſignigficat perferre, indicare. Virg. Æn. lib. ij: --- Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori. Lucil. lib. xxvj: Quod is intellegebar poſſe haud paucos reali. Referre, oſtendere. Lucretius lib. j: Vnde refert nobis victor, quid poſſet oriri, Quid nequeat. Referre, reuocare. Virgil. lib. xj: Ille pedem referens, & inutilis, inq. ligatus Cedebat. M. Tullius de ſignis: Quum iam ſatis perſpexiſſe videretur, tollere incipiunt, vt referrent. Idem de offic. lib. ij: Vt eo, vnde digreſſa eſt, referat. Plautus in Aſinâria: Quo magis te capeſſis, æſtus te in portum refert. Referre, reddere. Virgilius libro

octauo: O, mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos, Qualis eram. Lucillius lib. xxviiij: Quod te intromiſi, gratiam referat mihi.

RIMARI dicitur ſcrutari, quærere. Virgil. lib. xj: —Et partis rimatur apertas. Idem libro vij: —Quod cuiq. repertum Rimanti telum, ira facit. Pacuuius Atalanta: Quum incultos perueſtigans inrimare ſinus. Accius Ilione: Aut ſtagnorum humorem, rimarem loca. Varro lege Mænia: Admirantes, quod ſereno lumine tonuiſſet, oculis cæli rimari plagas. Rimari, expleri. Virgilius libro vj: —Rimaturq. oculis habitatq. ſub alto Pectore. Rimari, inhabitare. Virgilius Georgic. libro j: Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

RVMPERE ſignificantiam habet manifeſtam. Virgilius libro x: Rũpimus inuitæ tua vincula. Vt plerumque. Rumpere, defatigare. Terentius in Hecyra: — Vt me ambulando rumperet. Afranius in Epiſtola: Ego miſera riſu clandeſtino rumpier. Lucillius lib. xxx: Quæ quondam populi oris aures pectora rumpit. Idem lib. xxvij: Contentum, quum me ruperim, ſumma omnia fecerim. Rumpere, diſſicere. Virgil. in Bucol. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Rumpere, retentum proferre, diu tacita dicere. Virgil. lib. x: —Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Terentius in Eunucho: Iamne rumpere hoc mihi licet gaudium? Rumpere, introire. Terentius in Eunucho: —Ceſſo huc intro rumpere?

ROGARE, poſcere. Lucill. lib. xxvj: Ferri tantum ſi roget me, non dem, quantum auri petit; Si ſecubitet, ſic quoq. a me quæ roget, non impe-

tret. Plautus in Aſinaria: Spectandum necui anulum det, neq. roget. Rogare dicitur deprecari, poſcere. M. Tullius in Verrinis in Diuinatione: Rogare & orare, ne eos ſupplices aſpernarer. Virgil. Æn. lib. vij: --- Liruſque rogamus Innocuum. Rogare, quærere, ſcitari. M. Tull. ad Cæſarem iuniorem lib. j: Roga ipſum, quemadmodum ego eum Arimini acceperim. Terentius in Andria: ---Accedo ad pediſſequas Quæ ſit, rogo. Rogare, inſtituere. M. Tul. in Philipp. lib. ij: Ego ad eum belli ciuilis cauſſam attuli; ego leges pernicioſas rogaui. Lucill. lib. xxvij: Conſilium patriæ, legumque oriundus rogator.

REMISSVM, lætum. M. Tul. de Orat. Quis vnquam res præter hunc tragicas pæne Comice, triſtis remiſſe. Remiſſum ſignificat conceſſum. Virg. lib. x: Manibus, & cineri, ſiqua eſt ea cura, remitto. Remiſſum, miſſum. Lucil. lib. xxviiij: --- Cohiber domi Mæſtus ſe, Albinus repudium quod filiæ Remiſit. Remittere, delectare. M. Tul. in Hortenſio: Quæro enim non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem ac remittam. Idem de ſenectute: Sed tamen eſt ſenis ſermo quietus ac remiſſus.

RECIPERE, promittere, polliceri. Varro Vimarco: Ebrius es Marce; Odyſſian enim Homeri ruminari incipis, quum περὶ τρόπων ſcribturum te, ſcio, receperis. Recipere, exſtinguere, proſternere. Virgil. lib. viiij: --- Totum cui cominus enſem Condidit aſſurgenti, & multa morte recepit. Recipere dictum eſt datum accipere. Recipere, accipere. M. Tullius De Offic. libro iij: Cyrſilum

quemdam ſuadentem, vt in vrbe manerent, Xerxemq. reciperent, lapidibus obruerunt. Varro Meleagris: Quem idcirco terra non cepit, & cælum recepit. Recipere, reuocare. Lucil. lib. xxviiij: Primum exaduerſo ſiquod eſt cænaculum, Quod recipiat te. Virg. Æn. lib. ij: --- Sic ore effata, recepit Ad ſeſe. M. Tul. de off. lib. iij: Qui quum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrannus. Recipere, exceptum facere. Plautus Trinum. --- Vbi nunc adoleſcens habet? Poſticulum hoc recepit, quum ædis venderet. Cic. de Orat. lib. ij: Sed dicis te, quum ædes venderes, ne in rutis quidem, & cæſis ſolium tibi paternum recepiſſe.

REDVNDARE, redire. Redundare, abundare, ſupereſſe. Lucil. lib. xxviij: Primo redundant, aurum ac theſauri patent. M. Tul. de offic. lib. iij: Nunc fugientes conſpectum ſceleratorum, quibus omnia redundant. Et in Hortenſ. Tum intelligas, quam illud non ſit neceſſarium, quod redundat.

REDIRE manifeſtam ſignificantiam, vt Terent in Andr. --- Redeo inde iratus atq. ægre ferens. Redire, referri, reuocari. Lucil. lib. xxvij: Si non tamen ad te hoc rediuit, tu hoc carebis commodo. Virgil. Georg. lib. ij: --- Redit agricolis labor actus in orbem.

RVRSVS ſignificat iterum. Virgil. Æn. libro ij: Ruſſus in arma feror. Rurſus, retro. Virgilius in Georg. lib. iij: Rurſus cura patrum cadere. Varro Andab. Mortales multi rurſus ac prorſus meant. Ennius Andromeda: Rurſus prorſus reciprocat

ciprocat fluctus feram.

Rvmor, vt plerumque, opinio eſt. Salluſt. Hiſt. lib. ij: Ad hoc rumoribus aduerſa in prauitatem, ſecunda in caſum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebant. Rumor, fauor, auxiliatio. Virgil. lib. viij: Ergo iter incœptum peragunt rumore ſecundo; hoc eſt, proſpero fauore, & auxilio fluminis. Feneſtella Annali libro xxij: Itaq. vt magiſtratum Tribuni inierunt, C. Cato turbulentus adoleſcens & audax, nec imparatus ad dicendum, initionibus aſſiduis inuidiam & Ptolemæo, qui iam profectus ex vrbe erat, & P. Lentulo Conſuli paranti iam iter, concitare ſecundo quidem populi rumore cœpit. Ennius Annali libro vij: --- Legio reditu rumore ruinas Mox: — Auferre domos populi rumore ſecundo.

S.

Svblatvm, ſuſceptum. Virg. libro viiij: — Troiæq. labores Sublatum erudijt. Sublatum dicimus remotum. Virg. lib. xij: — Sine me hæc haud mollia fatu Sublatis aperire dolis. M. Tul. in Philippicis lib. j: Non modo regno, ſed etiam regni timore ſublato. Lucil. lib. xxx: Sublatus pudor omnis, licentia fenus refertur. M. Tul. de offic. lib. iij: Suſtulit quos obſtare intellegebat. Sublatum, erectum. Virg. lib. v: Sublataq. procul dextra connixa coruſcat. Terentius Hecyra: --- Quia paullum vobis acceſſit pecuniæ. Sublati animi ſunt. Lucil. lib. xxx: Hic vt muſcipula tenta, atq. vt ſcorpius cauda Sublata. M. Tul. in Hortenſio: Eloquentiam tueri, quam tu in cælo, Hortenſi, credo vt ipſe cum ea ſimul aſcenderes, ſuſtuliſſes.

SVFFICIT ſignificat conſuetudine ſat eſt. Virg. in Æn. lib. xij: Idq. diu, dum terga dabant palantia Teucri, Sufficit. Sufficit, ſubminiſtrat. Virg. in Æn. lib. ij: Ipſe pater Danais animos, vireſque ſecundas Sufficit. Sufficit, durat. Virg. lib. v: Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus. Et lib. viiij: --- Nec ſufficit vmbo Ictibus. Sufficere, ab inficiendo. M. Tullius in Hortenſio: Vt hi qui combibi purpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis quibuſdam.

SVSPENSVM, placidum, ſilens. Terent. in Phorm. --- Hoc vbi ego audiui, ad fores Suſpenſo gradu placide ire perrexi. Suſpenſum dicitur alte ligatum. M. Tul. in Verrem: Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. Virg. lib. v: Quo tendant ferrum, malo ſuſpendit ab alto. Suſpenſum, ſollicitum. Virg. Æn lib. ij: Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. M. Tul. in Philippicis, lib. vij: Aberrat a ſententia, ſuſpenſus a curis maioribus.

SPECIES dicitur effigies, facies. Liuius Ægiſth. Iamne oculos ſpecie lætauiſti optabili? Species, factum, ſpectaculum. Virgil. in Æn. lib. ij: Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Corœbus. Species, imago. M. Tul. de Offic. lib. iij: Quum ſit is qui id bonum iudicet quod honeſtum, quæ autem huic repugnent ſpecie quadam vtilitatis. Species, pulchritudo. Varro Eumenid. Quæ caſta veſtis, ætas quæ adoleſcentium, Quæ teneris ſpecies?

SEGNE dicitur tardum. Virg. in Georg. lib. iij: --- En age, ſegnes Rumpe moras. Segne, diſ-

ſimile. Virgil. Æn. lib. iiij: — Haud illo ſegnior ibat Æneas.

SALTVS conſuetudine a ſaliendo dicitur. Virg. lib. viiij: Tum demum præceps ſaltu ſeſe omnibus armis In fluuium dedit. Saltus, campi ſpatium. Virg. in Georg. lib. iij: Saltibus in vacuis paſcant, & plena ſecundum Flumina.

SVBIICERE, eſt ſubtus iacere, ſupponere. Virg. Georg. lib. iiij: — Et ramea coſtis Subijciunt fragmenta. Et lib. xj: — Caudamq. remulcens Subiecit pauitantem vtero. M. Tul. in Philip. lib. ij: Ceruiciſque ſuas ei ſubiecit ſecuri, qua multi minoribus in peccatis occiderunt. Subijcere, ſuſum iacere, excreſcere. Virgilius in Bucolicis: Quantum vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus. Idem in Georg. lib. iiij: Ter flamma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit. Et lib. xij: — Aut corpora ſaltu Subijciunt in equos.

SERVARE, liberare. Virg. Æn. lib. iij: Seruatum ex vndis Strophadum me litora primum Accipiunt. Seruare dicitur cuſtodire, tueri. Virgilius in Æn. lib. ij: — Seruate domum, ſeruate nepotem. Et lib. vij: Sola domum, & tantas ſeruabat filia ſedes. Seruare, ſollicite & ſuſpicioſe obſeruare. Lucil. lib. xxx: Quid ſeruas, quo eam, quid agam? quid id attinet ad te? Plautus in Aſinaria: Tuus ſeruus ſeruet, Venerine eas det, an viro. Virg. in Georg. lib. j: Quod ſupereſt, cæli menſes & ſidera ſerua. quod eſt Menandri. τηρῶ τὸν ἥλιον τάπτχω. Seruare, inhabitare, poſſidere. Virg. in Georg. libro iiij: Centum quæ ſyluas, centum quæ flumina ſeruant. Et: Immanem ante pedes hydrum

moritura puella Seruantem ripas. Seruare, tenere. Virg. lib. vij: --- Curuam ſeruans ſub imagine falcem.

SVPREMVM ſignificat extremum. Virgil. lib. xj: --- Qui ſupremum comitentur honorem. Supremum, ſuſum altum. Virg. in Georg. lib. iiij: --- Clamore ſupremos Implerunt montis. Terentius in Adelphis: --- Pro ſupreme Iuppiter. Plautus Amphit. Vt Iouis ſupremi multis hoſtijs pacem petam.

SÆVVM, iratum. Virgil. Æn. lib. j: --- Et ſæuum ambobus Achillem. Sæuum dicitur immite. Virg. Æn. lib. j: --- Sæuæ memorem Iunonis ob iram. Lucil. lib. xxx: Et ſęuo ac duro in bello multo optimus hoſtis. Idem lib. xxvj: Quodq. te in tranquillum ex ſæuis transfers tempeſtatibus. Sæuum, forte. Virg. Æn. lib. j: Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector. Sæuum, potens. Virg. Æn. lib. j: Non illi imperium pelagi, ſæuumq. tridentem, Sed mihi ſorte datum. Sæuum, durum. Virgil. lib. v: Quum ſæuo e ſcopulo multa vix arte reuulſus. Lucil. lib. xxx: Idq. tuis factis ſæuis & triſtibus dictis.

SVPERARE eſt vincere. Terentius in Eunucho: --- Superat ipſam Thaidem. Virg. in Buc. Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo? Superare, abundare. Virgil. in Georg. lib. j: Si ſuperant fetus, pariter frumenta ſequentur. Superare, viuere, ſupereſſe. Virg. Æn. lib. iij: Quid puer Aſcanius? ſuperatne & veſcitur aura? Et lib. ij: --- Satis vna, ſuperq. Vidimus excidia, & captæ ſuperauimus vrbi. Superare, ſupereſſe. Virg.

Georg. lib. iij: Præterea, ſuperat gregibus quum lęta iuuentus. Superare, aſcendere. Virg. in Georg. lib. iij: --- Superant montis, & flumina tranant. Et: --- Grauido ſuperant vix vbere limen. Superare, occidere. Virgilius Æn. lib. j: Clam ferro incautum ſuperat.

Stratvm ſignificat iacens. Virg. Georg. lib. iiij: Sternunt ſe ſomno diuerſę in litore phocæ. Stratum, deiectum. Virg. lib. x: Sternitur infelix Acron. Et in Bucol. Strata iacent paſſim ſua quæque ſub arbore poma. Stratum, placatum, lenitum. Virg. in Bucol. Et omne tibi ſtratum ſilet æquor. Stratum, tectum. Virg. in Georg. lib. iij: Et multa duram ſtipula, filicumq. maniplis Sternere ſubter. Et Æn. lib. viiij: Sternitur omne ſolum telis. Stratum, compoſitum, exſtructum. Virg. Æn. lib. j: Miratur portas, ſtrepitumq. & ſtrata viarum.

Secvndvm eſt numero aut ordine ſecundum. Secundum iuxta. Virg. in Georg. lib. iij: Saltibus in vacuis paſcant, & plena ſecundum Flumina. Secundum, proſperum. Virgil. lib. x: Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis. M. Tul. de offic. lib. j: Sic homines ſecundis rebus effrenatos, ſibiq. præ. Terent. Heaut. Si mihi ſecundę res de amore meo eſſent. M. Tul. ad Cæſ. iuniorem lib. ij: Scribtum erat equeſtre prælium valde ſecundum, in his autem potius aduerſum. Secundum, lene, vel placidum. Virg. Georg. lib. iij: --- Merſuſq. ſecundo defluit amni.

Svmmissvm ſignificat humile. M. Tul. de offic. lib. j: Neque ſummiſſum & abiectum, neq.

ſe ecferentem. Virg. Æn. lib. iij: Summiſſi petimus terram, & vox fertur. Summittere, ſubdere, ſupponere. Lucil. lib. xxviij: Summittas alios ſiquos poſſis cenſeas. Summittere, demittere. Virgil. in Bucol. Paſcite, vt ante, bouis pueri, & ſummittite tauros. Idem in Georg. lib. iij: Tu modo, quos in ſpem ſtatuis ſummittere gentis.

SEVERVM, triſte. Varro Eumen. Tertia pœnarum Infamia, ſtans nexa in vulgi pectore, fluctuanti intonſa coma, ſordida veſtitu, ore ſeuero. Seuerum ſignificat graue, cenſorium. Virgil. libro viij: Romulidis, Tatioq. ſeni, Curibuſq. ſeueris. Seuerum, aſperum, trucem. M. Tullius in Hort. Aliud ex ſyluis ſeuerum, & triſte. Virg. libro vij: Qui Tetricæ horrentis rupes, montemque ſeuerum. Seuerum, ſæuum, implacidum, vitabile. Virg. in Georg. lib. iij: Inuidia infelix furias, amnemq. ſeuerum Cocyti metuet. M. Tul. de offic. lib. iij: Et qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeuerus in filium.

SOLVERE vſu ſignificat enodare. Virg. lib. vij: Soluite crinalis vittas, capite Orgia mecum. Soluere, debitum reddere. Salluſtius in Catil. bello: Argentum ære ſolutum eſt. M. Tul. in Verrem Diuinat. Pro quo frumento pecunia omnis ſoluta non eſt. Soluere, dimittere. Virgil. Georg. lib. iij: Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus. Soluere, a curis liberum eſſe. Virg. Georg. lib. ij: --- Riſuq. ſoluto, Idem Æn. lib. j: Soluite corde metum Teucri. Soluere, contemnere, deſpicere. Virg. Æn. lib. iiij: --- Soluitq. pudorem. Soluere, excipere. Virgilius lib. x: Nec Rutulos ſoluo.

Svperbvm, arrogans, truculentum, aſperum. Virg. Æn. lib. iij: Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemq. ſuperbum. Idem lib. x: --- Te, Turne, ſuperbum Cæde noua quærens. Superbum, vitabile. Virg. lib. viij: --- Foribuſq. affixa ſuperbis Ora virum triſti pendebant pallida tabo. Superbum, elatum, altum. Virgilius Georg. lib. iij: --- Et greſſus glomerare ſuperbos. Idem lib. vij: --- Atina potens, Tiburq. ſuperbum. Superbum, ornatum. Virg. Æn. lib. ij: Barbarico poſtes auro ſpolijſque ſuperbi Procubuere. Superbum, opulentum. Virg. lib. viiij: --- Simul enſe ſuperbum Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetib. altis Exſtructus. Superbo, iniquo. Virgil. lib. viij: Quos illi bello profugos egere ſuperbo.

Stare, conſiſtere, omnium conſenſu dicitur. Virg. in Georg. lib. iij: Stare loco neſcit. Plautus Amphit. Ita ſtatim ſtant ſigna omnia. Stare iterum horrere ſignificat. Titinnius Veliterna: Atq. illud ante partum comedet, fundi ſtabunt ſentibus. Cæcilius Syracuſis: Hic amet, familiæ fame pereant, ager autem ſtet ſentib. Virg. Æn. lib. xij: --- Iam puluere cælum Stare vident. Stare, erigi, prominere. Lucil. lib. xxviij: Hic corpus ſolidum inuenies, hic ſtare papillas Pectore marmoreo. Stare, fidem habere. M. Tul. de offic. lib. iij: Facere promiſſa, ſtare conuentis, reddere depoſita. Stare, valere, & conſtare, & fixum eſſe. Varro Flextabulis, περὶ ἐπαρχιῶν: Atq. ſi addam quanta miſericordia mea heredibus meis ſtet, quod miſeros ſubleuauerim. Virg. lib. x: Stat ſua cuiq. dies. Et lib. ij: Stat caſus renouare omnes. Stat etiam, ple-

num eſt. Lucil. Sat. lib. v: --- Interea ſtat ſentibus pectus. Virgil. in Bucol. Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ. Varro Eumenid. --- Deniq. auarus Quis ſanuſt? cui ſi ſtet terra, & traditus orbis, Furando tamen, ac morbo, ſtimulatus eodem, Ex ſeſe ipſe aliquid quærat, cogatq. peculi. Siſenna lib. viij: Cælum caligine ſtat.

SPISSVM, denſum dicimus. Virg. in Georg. lib. ij: --- Sin in ſua poſſe negabunt Ire loca, & ſcrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager. Cic. de Orat. lib. ij: Et principia tarda ſunt, & exitus tamen ſpiſſi & producti eſſe debent. Spiſſum ſignificat tarde. Cæcil. Dardano: Nihil ego ſpei credo, omnis res ſpiſſas facit. Titinnius Gemina: Longus ſermo habetur, reuortetur ſpiſſa. Afranius Incendio: Itaque ſpiſſum videtur fieri; non poſſum domi Meum virum exſpectare, quem mihi ſtudeo iamdudum dari. Idem Matertera: --- Quod defeſſa expectando domi Sedi quod ſpiſſo venire viſum eſt mani mihi. Plautus Pœnulo: Eheu quam ego habui ariolos haruſpices; Quicquid bene promittunt, perſpiſſo euenit; Id quod mali promittunt, præſentarium eſt. Næuius Gymnaſtico: At enim tu nimis ſpiſſe atq. tarde incedis. Turpil. Canephoro: Ita eſt, verum haud facile eſt venire illi, vbi ſpiſſa eſt ſapientia: Spiſſum eſt iter; adipiſci aut poſſe, niſi cum magna miſeria. Varro Myſterijs: Naſcimur enim ſpiſſius quam emorimur: vix duo homines decem menſibus edolatum vnum reddunt puerum: contra vna peſtilentia, hoſtica acies puncto tẽporis immanis aceruos facit. Et Periplus lib. ij: περὶ φιλοσοφίας: Et ne erraremus,

exſtrophas eſſe multas; omnino tutum eſſe, ſed ſpiſſum iter. Pacuuius Hermiona: Habet hoc ſenectus' in ſe, quum pigra eſt ipſa, vt ſpiſſe omnia videantur conficeri.

Statim, mox dicitur. Cicero in Verrinis: Statim Meſſanam literas dedit, vt Aleſinus ad ſe Dio continuo veniret. Statim producta prima ſyllaba a ſtando, perſeueranter & æqualiter ſignificat. Terentius: Bina talenta capiebat ſtatim. Plautus Amphit. Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat. Idem in eadem: Ita ſtatim ſtant ſigna omnia. Ennius Aiace: Qui rem cum Achiuis geſſerunt ſtatim. Afranius Augure: Quanquam non iſtis exercetur in locis Hic noſter delaborat quum puer ſtatim.

Svperstites dicimus, qui ſuperſint mortuis. Superſtites veteres ponebant incolumes. Terentius Andria: Deos quæſo vt ſit ſuperſtes. Plautus Aſinaria: Sicuti tuum vis vnicum gnatum tuæ Supereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem. Virgil. lib. x: --- Liceat ſupereſſe nepotem. Accius Alcmæone: Suos deſeruit liberos, ſuperſtites ſunt.

Spvrcvm, ſæuum, vel ſanguinarium. Afranius Diuortio: Mulier; nouercæ nomen huc adde impium. Spurca gingi veſtigia, haud dici poteſt. Lucil. Satyr lib. iiij: Æſerninus fuit Flaccorum munere quidam Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignus, locoq. Cum Pacideiano componitur, optimus multo Poſt homines natos gladiator qui fuit vnus. Afranius Fratrijs: Commemorabo, oſtendam illius facta, & ſpurcitia improbi.

Idem Diuortio: O dignum facinus, adoleſcentis optimas, Bene conuenientes, concordes cum viris, Repente viduas facias ſpurcitia patris. Varro lib. xx. Rer. humanar. Nequis lictorem ſpurcum hominem liberum prehendere iuſſiſſe velit. Spurcum, vehemens, aſperum. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem lib. ij: Quum iter facerem Athiqui iam aternam tempeſtate ſpurciſſima. Varro Eumenid. Nunc de te, inquit, meliuſculam ſpem habeo, qui rem ſpurciſſimam guſtare noluerim. Spurcum ſignificat obſcænum, & impurum, & luculentum. Plaut. Aſin. Tot noctes reddat ſpurcas, quot puras habuerit. Pomponius Proſtib. Quæ pedibus nubere poterant, equites ſperant ſpurcæ. Spurcum etiam fœtidum. Plautus Menæch. Nec iſto loco ſpurcatur naſum odore inlutibili. Lucretius lib. vj: Deinde videre licet, quam multæ ſint. Homini res Acriter infeſto ſenſu, ſpurcæque, grauiſque. Idem eodem: At contra, nobis cœnum tæterrima quum ſit Spurcities, idem ſubus res iucunda videtur. Lucil. lib. xj: Prætor noſter adhuc, quam ſpurcuſt ore, quod omnis Extra caſtra, vt ſtercus, foras eiecit ad vnum. Idem l. xxviij: --- Quæq. aſpectu ſunt ſpurca & odore.

SICCVM dicitur aridum, & ſine humore. Virgil. lib. v: Summa petit ſcopuli, ſiccaq. in rupe reſedit. Siccum, exercitum. Lucillius libro xxvj: Quum ſtadio, in gymnaſio, in duplici corpus ſiccaſſem pila. Siccum dicitur & ſobrium, madidum. Plautus Aſinar. Siccum, frugi, continentem, amantem vxoris maxime. Idem Pſeudulo: Vino modo cupidæ eſtis; eo vos veſtroſq. adeo panti-

cis madefactatis, quum ego ſim hic ſiccus. Cic. Acad. lib. ij: Alius adultis, alius lentibus, alius ægris, alius ſiccis, alius vinolentis. Varro Cato, vel de liberis educandis: Perſæ propter exercitationes puerilis modicas eam ſunt conſecuti corporis ſiccitatem, vt neq. ſpuerent, neque emungerentur, ſufflatoue corpore eſſent. Siccum, firmum. M. Tul. de ſenectute: Nullo imbri, nullo frigore adduci, vt capite operto ſit; ſummam eſſe in eo corporis ſiccitatem.

Seges eſt frumenti fructus. Virg. Æn. lib. ij: In ſegetem veluti quum flamma furentibus Auſtris. Segetem, terram. M. Tul. in Hortenſio: Vt enim ſegetis agricolæ ſubigunt aratris multo ante quam ſerant. Segetem etiam ipſam terram dicimus. Virgilius Georgic. libro quarto: Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Baccho. Et in Æn. lib. iij: Arebant herbæ, & victum ſeges ægra negabat. Plautus Aulul. Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges? id eſt, in qua ſtimuli eripi poſſunt. Accius Oenomao: Ferte ante auroram radiorum ardentum indicem, Quum ſomno in ſegetem agreſtis cornutos cient, Vt rorulentas terras ferro fidas Proſcindant, glebaſq. aruo ex molli excitent. Idem Andromeda: Quod beneficium haut ſterili in ſegete rex te obſeſſe intelligis. Lucillius Satyr. lib. vij: Solam auram aduerſam ſegetem immutaſſe ſtatumque. Varro ἀμοιμεμεις, περὶ φιλαργυρίας: Etenim quibus ſeges præbeat domum, eſcam, potionem, quid deſideremus?

Svmere eſt accipere, tollere. Virgilius libro quinto: Sume pater. Salluſtius in Iugurthæ bel-

lo: Epiſtolam ſuper caput in puluino temere poſitam ſumit. M. Tullius de ſignis: Iſte vnum quodque vas ſumere in manus, laudare, mirari. Lucillius libro xxviij: Omnia viſcatis manibus leget, omnia ſumet, Crede mihi, preſſe auferet omnis. Et Plautus Aulular. Non equidem ego qua voluptate ſumſi neq. tetigi. Sumere, ſuſcipere. Lucillius lib. xxvj: Hunc laborem ſumas, laudem qui tibi, ac fructum ferat. Cicero de finibus bonorum & malorum lib. ij: Verum hoc loco ſumo de verbis his eamdem vim voluptatis. Sumere etiam ſignificat eligere. Lucillius Satyr. lib. iij: --- Et ſpatium curando corpore honeſtum Sumemus. Plautus Aulularia: Syluani lucus extra murum eſt auius, Creber ſalicto oppletus, ibi ſumam locum. Lucillius Satyr. lib. x: --- Honorum eſt Iudicium craſſis, vt deſcribimus ante, Hoc eſt, quid ſumam, quid non, inquoq. locemus. Et lib. xviiij: Sume diem, qui eſt viſus tibi pulcherrimus vnus. Salluſtius in Iugurth. bello: Scilicet, vt in tanta re ignarus omnium trepidet, feſtinet, ſumat aliquem ex populo monitorem officij ſui. M. Tullius in Hortenſio: Quare velim dari mihi, Luculle, iubeas indicem tragicorum, vt ſumam, qui forte mihi deſunt. Sumere, conducere. M. Tullius de offic. libro iij: Quoad enim peruentum eſt eo, quo ſumta nauis eſt, non domini nauis, ſed nauigantium.

SVFFERRE eſt ſuſtinere. Virgilius Æn. lib. ij: --- Nec clauſtra, nec ipſi Cuſtodes ſufferre valent. Accius Myrmidonibus: Ego me non peccaſſe plane oſtendam; aut pœnas ſufferam. Sufferre ſignificat dedere, vel ſupponere. Plautus Caſina:

Intro ad vxorem meam, ſufferamq. ei meum tergum ob iniuriam. Idem Pœnulo: Vt enim, vbi mihi vapulandum ſit, tu corium ſufferas. Accius Nyctegerſia: Aut ego illum eripiam, aut illi pœnas ſufferam. Afranius Prodigo: Nam me pudet id, vbi mecum loquitur Numerius, Aliquid ſuffero Græce, irridet me illico.

SVRGERE, creſcere, augere. Virgil. in Georg. lib. j: Quis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes. Idem Æneidos libro quarto: Aſcanium ſurgentem, & ſpes heredis Iuli Reſpice. Surgere, erigi. Salluſt. Hiſtor. lib. v: Sella ſurgere, caput aperire ſolitum. Terentius in Adelphis: Vt triduo hoc perpetuo prorſum e lecto nequeat ſurgere. Virgilius lib. viij: Surgit & ætherij ſpectans orientia Solis Lumina.

SACRVM eſt ſacratum, vel religioſum. Virgilius lib. vj: --- Cereriq. ſacrum Polybetem. Et libro vij: --- Sceptrumq. ſacerq. tiaras. Sacrum etiam ſceleſtum & deteſtabile; ita & conſecratum. Afranius Fratrijs: --- O ſacrum ſcurram & malum. Plautus Pœnulo: Venditq. eas omnis, & nutricem, & virginis Præſenti argento homini, ſi leno eſt homo, Quantum hominum terra ſuſtinet, ſacerrimo. Virgilius: Auri ſacra fames. Lucillius Satyr. lib. xv: Ac de iſtos ſacer illoto colfo fax ſyrophenix Quid facere eſt ſolitus. Tupilius Demetrio: Etiamme irrides peſſime ac ſacerrime? Idem Lindia: Ab hinc triennium ſacerrumum domicilium hoc quidem contulit leno. Varro Lege Mænia: Signati ſacra eſſe diſierunt, poſteaquam homines ſunt facti.

SAVCII dicuntur proprie vulnerati, non mæſti, ſicuti vult conſuetudo. Accius Phœniſſis: Obit nunc veſtra mœnia, omnes ſaucios Conuiſit, vt curentur diligentius. Turpilius Epiclero: Patrocinantem vbi factum audiuerit ſaucium. Salluſtius Hiſt. lib. ij: Auidiſque ita, promtis ducibus, vt Metellus ictu tragulæ ſauciaretur. Virgilius Æneid. lib. ij: Qualis mugitus, fugit quum ſaucius aram Taurus. Et libro ſeptimo: Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. Varro de vita populi Romani libro iiij: Itaq. multis ciuibus ex vtraq. parte ſaucijs, multis occiſis fugatur.

SVPPLICIVM dicebatur damnatio, vel pœna. Virgilius in Æn. lib. quarto: — Medijs, ſiquid pia numina poſſunt, Supplicia hauſurum ſcopulis. Supplicium rurſus ſupplicatio. Salluſtius in Catilinæ bello: In ſupplicijs deorum magnifici. Accius Erigona: Nunc pergam, vt ſupplicijs placans cælitum aras expleam. Afranius Fratrijs: — Nullam profecto acceſſi Ad aram, quin deos ſupplicijs, ſumtu, votis, donis, Precibus, plorans, obſecrans, nequiquam defetigarem.

SAMIVM eſt teſteum. Lucillius Satyr. libro xiij: Et non pauper vti Samio, curtoque catino. M. Tullius de Repub. lib. vj: Oratio exſtat Læli, quam omnes habemus in manibus, quam ſympuuia Pontificum Dijs immortalibus grata ſint, Samiæque, vt is ſcribit, capedines. Samium rurſum acutum; vnde & ſamiare dicimus acuere, quod in Samo hoc genus artis polleat. Lucil. Sat. lib. vij: Hanc vbi vult male habere, vlciſci pro ſcelere eius, Teſtam ſumit homo ſamiam, ibi an vno te-

lo inquit, Præcidit caulem, teſtiſque vna amputat ambo.

SPERNERE, faſtidire. Virgilius Æneid. lib. iiij: --- Comitemne ſororem Spreuiſti moriens? Terentius in Andria: --- Quot modis Contemtus, ſpretus, facta tranſacta omnia. Spernere rurſum ſegregare. Ennius Hectoris Lytris: Melius eſt virtute ius; nam ſæpe virtutem mali Nanciſcuntur; ius, atq. æquum ſe a malis ſpernit procul.

SVBDVCERE, ſupputare. Terentius in Adelphis: Numquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit. Lucil. lib. xxviiij: Eodem vno hi modo rationes ſubducent ſuas. M. Tullius in Hortenſio: Non & ſine ea cogitatione ineundis, ſubducendiſq. rationibus. Idem de finibus bon. & malorum: Qui autem eſſe potes, niſi te amor ipſe ceperit? quod non ſubducta vtilitatis ratione effici ſolet. Subducere eſt ſurripere. Turp. Lindia: --- Ego interim in turba foras Subduxi cum hac me. Virgilius in Bucolicis: Et ſuccus pecori; & lac ſubducitur agnis. Terent. in Eunucho: Vbi primum poterit, ſe illi ſubducet ſcio. Lucil. lib. xxx: Neu qui te ignoro famulis ſubducere. M. Tul. in Hort. An quum videat me & meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, conſtantiam, grauitatem, fidem, ipſa ſe ſubducat? Subducere etiam ſuſum ducere, leuare. Turpil. Paraterusa: Quum antehac videbam ſtare triſtis, turbido Vultu, ſubductis cum ſupercilijs ſenes. Varro εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ καθηκόντων: Ego vnus ſcilicet antiquorum hominum ſubductis ſupercilijs dicam ταμιησιονουω ἔχων. Salluſt. in Iugurthæ bello:

Dein cunctos pleno gradu in collem ſubducit. Virg. in Bucolicis: — Qua ſe ſubducere colles Incipiunt. M. Tul. de offic. lib. iij: Huic ille, claſſem Lacedæmoniorum, quæ ſubducta eſſet ad Gytheum, clam incendi poſſe. Plautus in Aulularia: --- Vt in puteo cænam coquant: Inde coctam ſurſum ſubducemus corbulis.

STVPIDVS eſt obſtupefactus. Stupidus, ſtultus, & iniquus. Varro περὶ ἐξαγωγῆς: Andromeda vincta, & propoſita ceto non debuit patri ſuo homini ſtupidiſſimo in os ſpuere vitam?

SVSPICERE eſt ſuſum aſpicere. Virgil. lib. j: — Et faſtigia ſuſpicit vrbis. Varro Agathone: Et pueri in ædibus ſæpius pedibus offenſant, dum recentes muſteos in carnario fluitare ſuſpiciunt. Suſpicere eſt ſuſpectum habere. Salluſt. in Iugurthæ bello: Per idem tempus Bomilcar, cuius impulſu Iugurtha deditionem, quam metu deſeruit, inceperat, ſuſpectus Regi, & eum ſuſpiciens, nouas rex cupere, ad perniciem eius dolum quærere. Virgil. Æn. lib. ij: — Suſpectaq. dona Præcipitare iubet. Et Cicero de Orat. Quod prudentia hominibus grata eſt, lingua ſuſpecta.

SVBIGERE, acuere. Virg. lib. vij: --- Subiguntque in cote ſecures. Subigere, exercere mollire. Cic. de Orat. lib. ij: Subacto mihi ingenio opus eſt, vt agro non ſemel arato, ſed nouato, & iterato. Subigere eſt ſuperare, & ſub ditione habere. Virg. Æn. lib. j: Ternaque tranſierint Rutulis hiberna ſubactis. Siſenna Hiſtor. libro iiij: Terrore perturbatam multitudinem ſubigunt. Subigere, exarare. M. Tul. de ſenectute: Quum autem ad-

miraretur

miraretur Lyſander proceritatem arborum, & directos ordines, & humum ſubactam, atq. ſpuram. Subigere, mollire, vel exercere. Virgil. Georgic. lib. ij: --- Aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis. Lucillius lib. xxx: --- An ego te acuam, atq. animoſam Theſſalam, vt indomitam frenis ſubigam ante, domemq. M. Tullius in Hortenſio: Vt enim ſegetis agricolæ ſubigunt aratris multo antequam ſerant. Et de ſenectute: Sed etiam ipſius terræ vis ac natura delectat, quæ quum gremio mollito & ſubacto ſparſum ſemen excepit. Varro Seſquiulyxe: Antequam mitia ſubactus aliquot annis erat. Subigere, cogere. Virgil. in Georg. lib. iij: --- Et ſæpe ſuperbos Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantis. Et lib. vj: Caſtigatque, auditq. dolos, ſubigitq. fateri. Lucillius libro xxx: Tune iugo iungas me ante, & ſuccedere aratro Inuitum, & glebas ſubigas proſcindere ferro? Plautus Mercatore: Mirum, quin me ſubigitaret.

Svmmvm ſignificat quod omnibus ſit altius. Virgil. in Æneid. lib. iiij. --- Summoq. vlularunt vertice Nymphæ. Idem libro xij: --- Apicem tamen incita ſummum Haſta tulit, ſummaſq. excuſſit vertice criſtas. Summum, proximum. Cicero Tuſcul. lib. j: Summam aquam attingens enectus ſiti Tantalus. Summum, extremum. Virgilius Æneid. lib. ij: Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ. Lucil. lib. xxvij: Squalitate ſumma, ſcabie ſumma, in erumna obrutam. M. Tul. in Hortenſio: Vixit ad ſummam ſenectutem optuma valetudine. Summum,glorioſum, laudabile. Virgilius libro viiij: Mene igitur ſocium

CC

ſummis adiungere rebus Niſe fugis? Ennius Andromachemolotto: --- Annos multos longinque ab domo, Bellum gerentes ſummum, ſumma induſtria.

SPECTARE, dirigere. Lucil. lib. xxx: Quid ſibi vult, quare fit, vt introuerſus, & ad te Spectentatq. ferant veſtigia ſe omnia prorſus. M. Tullius de offic. lib. iij: Ad extremum, ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris. Spectare eſt videre. Virgil. in Georg. lib. j: Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum. Lucretius libro ſecundo: E terra magnum alterius ſpectare laborem. Virgilius lib. xij: --- Sedeant, ſpectentq. Latini. M. Tul. in Hortenſio: Cæli ſignorum admirabilem ordinem, inſatiabilemq. pulchritudinem magis ſpectat. Spectare, inſpicere, cauere. Plaut. in Aſin. Spectandum necui annulum det, neq. roget. Spectare, probare. Cic. Tuſc. lib. v: Non igitur ex ſingulis vocib. Philoſophi ſpectandi ſunt. Terent. Prologo Andriæ: Spectandæ, an exigendæ ſint vobis prius. Virgil. lib. viij: --- Sunt nobis fortia bello Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata iuuentus. M. Tullius de officijs lib. ij: Qui ſimulæ iuuenes eſſe ceperunt, magna ſpectare, atq. ad ea rectis ſtudijs debent contendere. Varro γνῶθι σεαυτόν: Qui ſint ſecundum naturam perfecti homines, vt non modo eos ſpectemus, ſed etiam imitemur.

STRINGERE, percutere. Virgil. in Æn. lib. viiij: Atq. animum patriæ ſtrinxit pietatis imago. Stringere, nudare, vel exerere. Virgil. in Æn. lib. xj: --- Strictam rotat acer Lucagus enſem. Strin-

gere, rarefacere, excidere. Virg. in Bucol. --- Hic vbi denſas Agricolæ ſtringunt frondes. Et in Georgic. lib. ij: --- Tunc ſtringe comas, tunc brachia tonde. Stringere, decerpere. Virgilius in Georgicis lib. primo: Sed tamen & quernas glandes tum ſtringere tempus, Et lauri bacas. Var. de Re ruſt. lib. primo: Quod non ſolum ſtringit bacam, ſed etiam ramum glubit. Stringere, radere, celeriter præterire. Virgilius libro viij: --- Ego ſum, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas. Stringere, vulnerare. Virgilius lib. viiij: --- Hunc primo leuis haſta Themillæ Strinxerat.

Svccedere dicitur in alterius locum venire. Virgil. lib. x: Interea ſoror alma monet ſuccedere Lauſo Turnum. M. Tullius de offic. lib. iij: At, qui quodam veneno perficiat, vt veros heredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat. Succedere, ingredi. Virgil. lib. viij: --- Et noſtris ſuccede penatibus hoſpes. Afranius Excepto: Audite pueri pauca, vos ſuccedite.

Svbit, in memoriam reducitur. Virgil. Æn. lib. ij: --- Subijt deſerta Creuſa. Subire ſignificat ingredi. Virgil. lib. viij: --- Hæc, inquit, limina victor Alcides ſubijt. Lucillius lib. xxviij: Pueri præterea noſtris qui ſubeant iubet. Subire, ſuccedere. Varro Sexageſi: In quarum locum ſubierunt inquilinæ impietas, perfidia, impudicitia. Subire, ſubdere, ſupponere. Virgilius lib. x: Æneæ ſubijt mucronem, ipſumq. morando Suſtinuit. Subire, naſci, ſuccreſcere. Virgilius in Georgic. lib. primo: Ne ſubeant herbæ, neu puluere victa fatiſcat. Subire, aggredi, ſuccedere. Virgilius lib.

viiij: Fadumque, Hebæſumque ſubit. Subire, reſpondere, reſiſtere. M. Tul. in Verrem diuinatione: Poteriſne eius orationi ſubire?

SECARE dicitur excidere. Virgilius lib. viiij: — Qualis Nereia Doto, Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum. Secare, ſequi, vnde & ſectatores bonorum ſectores dicti ſunt. Virgilius libro x: Quæ cuique eſt fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpem.

SQVALIDVM, ſicuti plerumque, dicitur ſordidum. Virgil. in Æn. lib. ij: Squalentem barbam, & concretos ſanguine crinis. Squalidum, fulgens. Virgilius libro x: Per tunicam ſqualentem auro latus haurit apertum.

SCITVM, eligans. Terentius in Andria: Perecaſtor ſcitus puer eſt natus Pamphilo. M. Tullius in Verrem actione Sicilienſi: Vt etiam nos, qui rudes harum rerum ſumus, intelligere poſſumus ſcite facta & venuſte.

SEDET ſignificationem habet claram. Virgilius lib. viiij: — Turnus ſacrata valle ſedebat. Sedet, placet. Virgilius lib. v: Idq. pio ſedet Æneæ, probat auctor Aceſtes.

SVSTVLIT eſt ſuſum tulit, erexit. Virgilius Æn. lib. ij: Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas. Suſtulit, abſtulit. M. Tul. Philipp. lib. x: Eos qui regni nomen ſuſtulerint, deſerendos putatis. Virgilius in Georgic. lib. primo: Suſtulerit fragilis calamos, ſyluamq. ſonantem.

SPARGERE ſignificat deſtillare, vel guttatim infundere. Virgil. lib. xij: — Spargit rapida vngula rores Sanguineos. Idem lib. iiij: Spargens hu-

maida mella, ſoporiferumq. papauer. Spargere, madefacere. Lucill. lib. xviiij: * Latere pendens, ſaxa ſpargens tabo, ſanie, & ſanguine atro. Virgilius: --- Spumant aſpargine cautes. Spargere, ſeparare. Virgil. in Georg. lib. iiij: Diſcerptum latos iuuenem ſparſere per agros. Spargere, implere. Virgil. Æn. lib. viiij: Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras. Spargere, guttatim fundere. Virgil. Æn. lib. iiij: Spargens humida mella.

Signare eſt deſignare, oſtendere. Lucillius libro xxviiij: Sic Socrates in amore, & in adoleſcentulis meliore paulo facie ſignat nihil quod amaret. Signare, imprimere. Virg. Georgic. lib. iij: --- Et ſummo veſtigia puluere ſignent. Signare, diſcernere, ſeparare. Lucillius lib. xxviiij: Nam vt diſcrimen non facit, neq. ſignat linea alba.

Solidi ſignificatio manifeſta eſt. Virgilius libro vj: --- Solidoq. adamante columnæ. Solidum, continuum, iuge. Varro Seſquiulyxe: Nauibus duodecim domo profectum decem annos ſolidos erraſſe.

Svbnixvm, ſubditum. Virgil. Æn. lib. iij: --- Iuuenemq. ſuperbum Seruitio enixę tulimus. Subnixum, enixum. Virgilius Æn. lib. quarto: Mæonia mentum barba, crinemque madentem Subnixus rapto potitur. Subnixum, ſublime; hoc eſt, ſuſum nixum. Cælius Annali lib. j: Et Latini ſubnixo animo ex victoria inerti conſilium ineunt.

T.

Tandem ſignificat vix, vt apud Ciceronem: Tandem aliquando Quirites. Virgil. in Æn. lib. iij: Ergo inſperata tandem tellure potiti. Tandem ſi-

gnificat & tamen. Titinnius in Gemina: Sin forma odio ſum, tandem vt moribus placeam viro.

TAMEN ipſum ſignificat ſtatim. Plautus Rudente: Vtinam fortunati nunc ego anatinam vterer, Vt quum exijſſem ex aqua, arerem tamen. Virgilius in Bucolicis: Hic hœdos depone, tamen veniemus in vrbem. Tamen ſignificat tandem. Pacuuius Peribœa: Tamen offirmato animo miteſcit metus. Salluſtius Hiſt. lib. iij: Nam qui enare conati fuerant, icti ſæpe frumentis nauium aut afflicti a ſuis vndarum vi, mulcato ſede corpore, poſtremo mumi te res tamen.

TOGA dicta eſt a tegendo; & eſt toga, ſicut in conſuetudine habetur, veſtimentum, quo in foro amicimur, cuius & Cicero meminit in Catilinam: Velis amictos, non togis. Titinnius Fullonibus: — Quæ inter decem Annos nequiſti vnam togam detexere. Dicitur & tectum. Titinnius Gemina: Si rus cum ſcorto conſtituit ire, claues illico Abſtrudi iubeo, ruſticæ togæ ne ſit copia, id eſt, tecti.

TOLLERE, occidi. Lucil. lib. xxvj: At cui? quem febris vna, atq. vna ἀπεψία, Vini, inquam, hiatus vnus potuit tollere. Tollere, mittere. Virgil. Æn. lib. ij: Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit. Tollere, transferre. Virgilius Æn. libro ij: Vnius in miſeri exitium conuerſa tulere. Tollere, inferre. Virgil. Georg. lib. iij: Tollentemq. minas, & ſibila colla tumentem Deice. Tollere eſt eleuare. Idem in x: Tollit ſe ad rectum quadrupes. Idem lib. j: Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento. M. Tull. Philip. lib. xj: Vel in cæ-

lum vos, ſi fieri potuerit, humeris noſtris tollemus. Lucill. lib. xxviij: Tantis etemporis montes & fetera tollent. M. Tullius in Hortenſio: Nihil tamen eſſe, in quo ſe animus excellens tollere. Tollere, oſtendere, erigere, ectollere. Virg. Æn. lib. j: Cui mater media ſeſe tulit obuia ſilua. Idem lib. vij: --- Laborum Prima tulit finem. Tollere, occidere. Varro Sexageſi: Numquis patrem decem annorum natus non modo fert, ſed tollit, niſi veneno? Tollere eſt & differre. Plautus Pœnulo: Omnis extollo ex hoc die in alium diem. Tollere, pati, ſuſtinere. Virgil. Æn. lib. iij: --- Iuuenemq. ſuperbum Seruitio enixæ tulimus. Et lib. xij: Non tulit inſtantem phegeus, animiſq. frementem. Terentius Phormione: Ego te compluresaduorſum ingenium meum menſes tuli. M. Tul. in Verrem diuinatione: Tuli grauiter & acerbe, Iudices. Idem de offic. lib. ij: Niſi enim multorum impunitates ſcelerum tuliſſemus.

TENACIA eſt perſeuerantia & duritia. Ennius Hectoris Lytris: Ducet quadrupedam iugo inuitam, doma, infrena, & iuge valida, quorum tenacia infrenari minis. Tenacia, parſimonia. Afranius Priuigno: Vixiſti triſtis, durus, difficilis, tenax.

TEMPESTAS eſt turbo ventorum. Virg. in Georg. lib. j: Quid tempeſtates autumni & ſidera dicam? Tempeſtas, tempus. Salluſtius in Iugurtha: Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere cumplures noui atq. nobiles. Lucillius lib. xxvij: Iam qua tempeſtate viuo certe ſine ad me recipio. Pacuuius Teucro: Quam te poſt multis tueor tempeſtatibus. M. Tull. de ſenectute: Curſus eſt

certus ætatis, & vna via naturæ, eaq. ſimplex, ſuaque cuique parti ætatis tempeſtiuitas eſt data. Varro Endymionibus: Dum ſermone cænulam variamus, Interea tonuit bene tempeſtate ſerena.

TREPIDARE, metuere. Virgil. lib. viiij: Dum trepidant, it haſta Tago per tempus vtrumque. Idem lib. viij: --- Trepident immiſſo lumine manes. Lucillius lib. xxx. Sed quid ego hæc animo trepidante dicta profundo? Trepidare, feſtinare. Virg. lib. viiij: Ne trepidate meas Teucri defendere nauis. Et Georgic. lib. iiij: Tunc trepidæ inter ſe coeunt, penniſq. coruſcant.

TANGERE, ferire, commouere. Virgil. lib. viiij: --- Nec ſolos tangit Atridas Iſte dolor. Idem lib. xij: --- Miſeri te ſiqua parentis Tangere cura poteſt, oro. M. Tullius in Frumentaria Verrinarum: Nunquam tuum animum cura tuarum fortunarum, cogitatioque tangeret. Lucretius: Nec bene promeritis capitur, neque tangitur ira. Tangere eſt contingere. Lucretius lib. j: Tangere enim & tangi niſi corpus nulla poteſt res. Terentius in Adelphis: Numquam, dum ego adero, hic te tanget. Tangere, inſpicere. Lucillius libro xxvj: Neq. prius quam venas hominis tetigit, ac præcordia. Tangere etiam circumuenire. Turpilius Demetrio: At etiam ineptus meus mihi eſt iratus pater, Quia ſe talento argenti tetigi, veteri exemplo amanti. Idem Leucadia: --- Hoc quæro, ignoſcere Iſtic ſolentne as minoris noxias, Erum ſi forte, quaſi alias res, vini tago. Lucillius lib. xxx: Et Muſconis manum perſcribere poſſe tagacem. Pomponius Aleonibus: At ego ruſti-

catim tangam, vrbanatim neſcio. Tangere, contingere. M. Tullius in Verrem actione ij: Verres ſimulæ tetigit prouinciam. Virgilius libro viiij: Sat fatis, Veneriq. datum, tetigere quod arua Fertilis Auſoniæ Troes.

TRISTE, crudele, immite. Virgil. Æn. lib. ij: — Illi mea triſtia dicta, Degeneremq. Neoptolemum narrare memento. Lucillius lib. xxx: Itaq. tuis ſæuis factis & triſtibus dictis. Triſte eſt mæſtum, aut infeſtum. Virgil. in Bucol. Triſtis at ille, tamen cantabitis Arcades, inquit. Idem Georgic. lib. iij. — Aut vnde nigerrimus Auſter Naſcitur, & pluuio contriſtat frigore cælum. Idem in Bucolicis: Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres. Terentius in Andria: — Caue, ne te triſtem ſentiat. M. Tul. in Hortenſio: Aliud ex ſyluis ſeuerum & triſte. Triſte, ſeuerum. C. Afranius Priuigno. * de officijs libro primo: In eius familiari Scipione ambitio maior, vita triſtior. Terent. Triſtis ſeueritas ineſt in vultu, atq. in verbis fides. Triſte, amarum. Virg. Georg. lib. j: — Triſtiſq. lupini Suſtuleris fragilis calamos. Triſte, minax. Virgil. Æn. lib. ij: — Iſque adytis hæc triſtia dicta reportat. Triſte, graue. M. Tul. de Repub. lib. vj: Qui numero optimatum & principum obtulit his vocibus, & grauitatis ſuæ linquit illum triſtem & plenum dignitatis ſonum. Triſte, difficile. M. Tullius de ſenectute: Facilius in morbos incidunt aduleſcentes, grauius ægrotant, triſtius curantur. Triſte, nigrum. Virgil. Georg. lib. iij: Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca. Triſtis, iratus. Afranius Epiſtola: Iactauit ſeſe, ia-

ctet, mihi erit triſtior; id eſt iratior. Idem in eadem: Idem natura triſtiori paululo. Triſtis, doctus. Varro Trihodite, tripylio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως. Iullud vero quondam meæ, vt ego non metuam fulmen, non aruſpicem triſtem ſimul ac dici non quæro. Lucil. lib. xxviij: Adde eodem, triſtis ac ſeuerus philoſophus.

TRAHERE, per terram ducere. Virg. in Æn. lib. j: Lora tenens, tamen huic ceruixq. comæq. trahuntur Per terram. Trahere eſt rurſus leuare. M. Tullius de Deorum natura libro ij: Et recenti foſſione terram fumare calentem, atq. etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahi. Plautus Amphit. Ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

TARDVM ſignificat pigrum, lentum. Virgil. Georg. lib. primo: Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli. Terentius Eunucho: Fatuus eſt, inſulſus, tardus. Tardum, diuturnum, perſeuerantem. Virgil. Georg. lib. ij: Media fert triſtis ſucos, tardumq. ſaporem.

TENDERE, inhabitare, tabernacula & hoſpitia ponere. Virgil. Æn. lib. ij: Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles. Tendere, inſidiari, decipere; dictum a tendicula. Terentius Phormione: Quia non rete accipitri tenditur neq. miluo. Tendere eſt proprie laxitatem diſtendere, & ſine rugis facere. Virgil. lib. iij: Tendunt vela noti. Idem lib. ſexto: Tendebantq. manus ripæ vlterioris amore. Tendere eſt dirigere. Virgil. in Æn. lib. j: --- Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium. Idem lib. ij: Ad cælum tendens

ardentia lumina. Lucretius lib. j: Primum Graius homo mortalis tendere contra Eſt oculos auſus. Tendere, contendere. Virg. in Æn. lib. ij: Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos. Idem libro v: --- Æquo diſcrimine Priſtis Centauruſq. locum tendunt ſuperare priorem.

Tvrpe eſt indecorum, informe. Virgil. lib. vj: Et metus, & maleſuada fames, ac turpis egeſtas. Idem Georg. lib. iij: --- Scabiemq. ferat, turpiſq. podagras. Turpe, grande. Virgil. Georgic. lib. iij: --- Optuma toruæ Forma bouis, cui turpe caput. Idem Georgic. lib. iiij: --- Et turpis paſcit ſub gurgite phocas.

Tenervm ſignificat gracilentum. Virg. in Georgic. libro iij: Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba.

Tenve, vehemens. Virgil. Georgic. lib. ij: Tenuiſq. Lageos Tentatura pedes olim, vinctúraque linguam. Tenue, infecundum. Virg. in Georg. lib. ij: Tenuis vbi argilla, & dumoſis calculus aruis. Tenue, tenerum. M. Tul. de ſupplicijs in Verrem: Reticulumq. ſibi ad naris admouebat tenuiſſimo lino. Tenue, frigidum. Virgil. Georg. lib. j: Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia ſolis Acrior. Idem libro tertio: Tum tenues date rurſus aquas. Tenue, paruum, exiguum. M. Tullius in Hortenſio: Eumdem non mediocri pecunia, ſed etiam tenui percipere poſſumus. Virg. lib. v: --- Et tenuis Teucrum res eripe leto. Idem Georg. lib. j: Ni refugis, tenuiſq. piget cognoſcere curas.

Tenet, ſicuti eſt vſus, ſignificat comprehendit, detinet. Virg. Georg. lib. iiij: Verum vbi cor-

reptum manibus vinclíſq. tenebis. M. Tullius in Verrem diuinatione: Non te, ſed hunc librum eſſe reſponſurum, quem monitor tuus hic tenet. Tenet, inhabitat, poſſidet. Virg. in Georg. lib. iiij: --- Quæ gurgitis huius Ima tenes. Tenet, prohibet. Virg. Georg. lib. ij: Texendæ ſæpes etiam, pecus omne tenendum. Tenet, compeſcit, ſupprimit. Virg. Georg. lib. iiij: --- Tenuitq. inhians tria Cerberus ora. Tenet, tegit. Virg. Georg. lib. j: Amnis abundans Exit, & obducto late tenet omnia limo. Tenet, dirigit. Virgilius Æneid. libro primo: Sed vos qui tandem ? quibus aut veniſtis ab oris? Quoue tenetis iter ? Tenet, intelligit, dicit. Terentius in Andria: Id paues, ne ducas illam; tu autem vt ducas, rem tenes.

TREMERE dicitur commoueri, agitari. Virgil. lib. xj: --- Cur ante tubam tremor occupat artus? Tremere, timere. Virgil. Æn. lib. ij: Hic aliud maius miſeris, multoq. tremendum. Plautus in Aſinaria: Non placet; pro monſtro exemplo eſt, quando ſudat qui tremit.

TRAHERE conſuetudine manifeſtam habet ſignificantiam, vt Virg. Æn. lib. ij: --- Altaria ad ipſa trementem Traxit. Trahere, dare. Virg. Æn. lib. j: Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat.

TENTARE eſt exerceri. Virgilius in Georg. lib. iij: - Et tentat ſeſe atque iraſci in cornua diſcit Arboris obnixus trunco. Tentare, experiri. Virgilius lib. viij: His fretus non legatos, neque prima per artem Tentamenta tui pepigi. Tentare, aggredi. Virgil. Æn. lib. ij: Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas. Tentare, petere, dare.

Virgil. Æn. lib.iij: --- Vnde laborum Tentare auxilium iubeat.

Tætrm, vitabile. M. Tul.de offic.lib.iij: Poſtremo hæ iam in liberis ciuitatibus regnandi exiſtunt cupiditates, quibus nihil nec tætrius, nec fœdius excogitari poteſt. Tætrum dicitur illuuioſum, fœtidum. Vrgil. Æn. lib. iij: --- Tunc vos tætrum dira inter odorem. Idem lib. x: --- Lauit improba tæter Ora cruor. M. Tul. in Verrem actione ij: Quam multis iſtum ingenuis, quam multis matribus familias in illa tætra atq. impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? Lucillius libro xxx: Quæ non exſpectans ſpectandi ſtudio; ſed hominis tætri impulſu ingreſſus. Tætrum, amarum. Lucretius lib. quarto: Ac veluti pueris abſynthia tætra medentes Quum dare conantur. Tætrum, impium, crudele. M. Tul. de offic.lib.iij: Promiſſum potius non faciundum, quam tætrum facinus admittendum fuit.

Torqvere ſignificat inflectere. Virgilius in Georg. lib. ij: --- Ityreos taxi torquentur in arcus. Terentius in Eunucho: Illud vide, os ſibi contorſit carnifex. Torquere, gyro celeri rotare. Virg. Æn. lib. primo: --- Aſt illam ter fluctus ibidem Torquet agens circum. Torquere, iacere, mittere. Virgilius libro v: In medios telum torſiſti primus Achiuos.

Tveri dicitur ſeruare, coſtodire. M.Tull. Epiſt. ad Cæſ.lib.j: Vt ſciret tuenda maiore cura eſſe, quam parta ſunt. Virgil. lib.nono: Succedunt, variantq. vices, quod cuique tuendum eſt. Tueri, videre. Virgil. lib. v: Excipiunt plauſu pauidos,

gaudentq. tuentes Dardanidæ. Pacuuius Teucro: Quam te poſt multis tueor tempeſtatibus.

TERGORA dicuntur coria. Virgil. Æn. libro j: Tergora diripiunt coſtis. Terga, dorſa. Virgil. lib. viiij: --- Hinc aptas fugientibus ingerit haſtas In tergum. Lucill. lib. xxviij: Orationem facere compendi poteſt, Solui dum ſaluo tergo, & tergino licet. Tergum, ſcutum. Virgilius lib. viiij: Et venit aduerſi in tergum Sulmonis. Idem libro x: Dentibus infrendens, & tergo decutit haſtas.

TRANSMITTERE, tradere, derelinquere. Lucill. lib. xxviij: Polemon & amauit mortem, & huic tranſmiſit ſuam quam dicunt.

TEMERARIVM, ſicut plerumque, a temeritate. Temerarium, metuendum, & ſolitum. Plautus in Aſinaria: Sed quid, quod picus vlmum tundit? haud temerarium eſt: Et in ſequentibus: Aut mihi in mundo ſunt virgæ, aut atrieſi Saureæ.

TEGETES a tegendo. Varro de Re ruſt. libro j: Sic quæ fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, ſcirpo, vt funes, reſtes, tegetes, quæ e fundo ſumi non poterunt.

TALEAS, ſciſſiones lignorum, vel præſegmina Varro dicit, de Re ruſt. lib. j: nam etiamnum ruſtica voce intertaliare dicimus diuidere, vel excidere ramum: Ex vtraque parte æquabiliter præciſum, quas alij clabulas, alij taleas appellant.

V.

VOLARE eſt auium. Virgil. in Æn. lib. iiij: --- Humilis volat æquora iuxta. Volare, celeriter, currere. Terentius Hecyra: --- Ne fruſtra illic ex-

ſpectet, vola. Virgil. lib. v: Ecce volat, calcemq. terit iam calce Diores.

Vastum eſt magnum. Virg. lib. iij: --- Vaſtumq. caua trabe currimus æquor. Vaſtum, horrens, & aſperum. Cic. de Orat. Ita vultu motuq. corporis vaſti & agreſtes, vt etiamſi ingenijs valeant, atq. arte; tamen in oratorum numerum venire non poſſint. Vaſtum, ingens. Virgilius Æn. lib. j: --- Hic vaſto rex Æolus antro. Vaſtum, ferox. Cic. Tuſcul. Quæ Barbaria India vaſtior, aut agreſtior?

Ventus eſt flatus. Virgil. libro j: Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento. Ventus etiam ſignificat odorem. Plautus Ciſtellaria: Ita muſtilentus ventus naris obtigit.

Virtus eſt fortitudo. Virgil. lib. v: Tunc pudor incendit vires, & conſcia virtus. Virtus etiam ſignificat auxilium. Plaut. in Milite: Deum virtute tranſeuntem hoſpitio accipi. Virtus rurſum meritum eſt, & dignitas. Plautus in Milite: Sicut merci pretium ſtatuit, pro virtute vt veneat; Quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.

Vesci eſt edere. Virgilius lib. viij: Veſcitur Æneas ſimul & Troiana iuuentus. Accius Atreo: Ne cum tyranno quiſquam epulandi gratia Accumbat menſam, aut eamdem veſcatur dapem. Veſci etiam ſignificat vti. Virg. Æn. lib. j: Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura Ætheria. Lucretius lib. v: Quoq. modo genus humanum variante loquela Cœperit inter ſe veſci per nomina rerum. Pacuuius Chryſe: --- Fugimus qui arte hac

veſcimur. Idem Armorum iudicio: Qui viget, veſcatur armis, vt percipiat præmium. Nouius Macco Exſule: Curis iſtuc, vadimonia ſuum veſtimentum veſceris. Accius Armorum iudicio: Cedit, Achilli inclutis armis veſci ſtudet, Vt ea cuncta optima Achilli incluto leuia præ illis putet. Idem Phœniſſis: Num pariter videor patris veſci præmijs? M. Tullius de finibus bon. & malorum lib. v: Si gerundis negotijs poſſit orbatus paratiſſimis veſci voluptatibus. Veſci iterum videre. Accius Athamante: Priuſquam infans facinus oculi veſcuntur tui.

VELARE eſt coperire; vnde & reuelare nudare dicitur. Velare rurſum ligare. Pomponius Pannuceatis: Nunc rogas, quid fiat; reſtis vilis eſt, velet gulam.

VOLA eſt media manus. Varro ἐπιτάφιον, ἢ περὶ τάφων: Pleni libri inquam, vbi maneant tepiti eorum, quorum in ſepulchris nec vola nec veſtigium exſtat. Idem Varro ταφῆ μενίππου: Hæc Numa Pompilius fieri ſi viderit, ſciet ſuorum inſtitutorum Nec volam, nec veſtigium apparere. Vola rurſum cauum ſub planta.

VANVM, leue, inane. Virgil. Georg. lib. j: — Sed illos Exſpectata ſeges vanis eluſit ariſtis. Vanum eſt mendax. Virgil. Æneid. lib. j: Ni fruſtra augurium vani docuere parentes. Salluſtius in Iugurthæ bello: Mauri vanum genus. M. Tul. de offic. lib. j: Nihil enim proficiant, niſi admodum mentiantur: nec vero eſt quicquam turpius vanitate. Idem Tuſcul. lib. iij: Tum ità varijs imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmatæ

firmatæ natura ipſa cedat. Vanum, inſidioſum, ſubdolum. Virg. Æn. lib. ij --- Nec, ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit; vanum etiam mendacemq. improba finget. Vanum, obſcurum. Virgilius in Æn. lib. iiij: Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram. M. Tul. de Rep. lib. v: Vt noſtra vero ætas quum rempublicam, ſicut picturam accepiſſet egregiam, ſed iam euaneſcentem vetuſtate.

Vastitas ſignificat vaſtationem. Accius Aſtyanacte: Propter tot tantaſq. habemus vaſtitatis funerum. Vaſtitas, deſertio. Varro Prometheo lib. j: Mortales nemo exaudit, ſed late incolens Sattharum in hoſpitalis campis vaſtitas. Virgilius libro viiij: Hęc ego vaſta dabo, & lato te limite ducam. Cic. de Deorum natura lib. ij: Qui quaſi cultores terræ conſtituti non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec ſtirpium aſperitate vaſtari.

Vltimvm vſu nouiſſimum dicitur. Virgil. Æn. viiij: Vltimus ille dies bello, gentiq. fuiſſet. Et M. Tul. de ſenectute: Magis delectatur qui in prima cauea ſpectat; delectatur tamen etiam qui in vltima. Vltimum, primum. Virgilius Æn. lib. vij: --- Tu ſanguinis vltimus auctor. M. Tullius de offic. lib. j: Efficiturq. id, quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit, vt vnus fiat ex pluribus. Idem de finib. bon. & mal. lib. iij: Eorum dico, qui ſummum bonum, quod vltimum appellant, in animo ponerent.

Vrgere, inſiſtere. Lucill. lib. xxviij: Cæde hoſtium, Gnatho vrge, reſtant, perimus. Quadri-

garius Annali lib. iiij: Sed circiter horas duas graui prælio vrſerunt; deinde in fugam ſunt coniecti. Vrgere eſt premere, cogere. Virgil. Georg. lib. iij: ---Ima Soluuntur latera, atq. oculos ſtupor vrget inertis. Et: Verſaq. in obnixos vrgentur cornua vaſto Cum gemitu. Lucillius lib. xxviiij: Vrget grauedo ſæpius culpa tua. Varro Antiquitate rerum humanarum: Qua murum fieri voluit, vrgemur in vnum. M. Tul. in Hortenſio: Itaq. tunc Democriti manus vrgebatur; eſt enim non magna. Vrgere eſt tegere. Virgil. Georgic. libro ſecundo: Qui ſaxo ſuper, atq. ingenti pondere teſtæ Vrgerent. Vrgere, accelerare. Virgil. lib. viiij: — Tibi quam noctes feſtina dieſque Vrgebam.

VINCERE ſignificat ſuperare. Virg. Georg. ij: --- Vbi aera vincere ſummum Arboris haut vllæ iactu potuere ſagittæ. Vincere, exprimere. Virgil. Georg. lib. iij: Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere magnum Quam ſit. Vincere, animi compotem fieri. Virgil. Georg. lib. iij: Illi victor ego Tyrio conſpectus in oſtro. Idem libro vij: Iunonem victrix affatur.

VERTERE dicitur conuertere, contorquere. Virgil. lib. viij: Gorgona deſecto vertentem lumina collo. Vertere, fallere, decipere. Virgilius Æn. lib. ij: Seu verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti. Vertere, mutare. Virgilius Æn. lib. j: --- Quæ te, genitor, ſententia vertit? Verſat, agitat, commouet, voluit. Virgil. Georgic. libro tertio: Quid iuuenis, magnum cui verſat in oſſibus ignem? Idem Æneid. lib. vj: Nunc me fluctus habet, verſantq. in litore venti.

VINDICARE eſt malefactum defendere. M. Tul. de offic. lib. iij: Atq. iſte dolus malus & legibus erat vindicatus. Vindicare, trahere, liberare. Virgil. Æneid. lib. iiij: Graiumq. ideo bis vindicat armis. Cic. Academic. lib. iij: Aliqua poteſtas ſit, vindicet ſe in libertatem. Idem de ſenectute: Et ſenectus eſt natura loquacior, ne ab omnibus eam vitijs videat vindicare. Var. Andabatis: Et me Iupiter Olympiæ, Minerua Athenis ſuis myſtagogis vindicaſſent. Idem Epiſtolis Latinis: Si te in libertatem vindicare non potes, feres fortunam. Vindicare, reuocare. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem libro primo: Qui ſi nihil ad id beneficium adderes, quo per te me vna cum repub. in libertatem vindicauiſſem. Vindicât, aſſciſcit, ad ſe trahit. M. Tul. in Hortenſio: Deinde imitator, vt ſibi quidem videtur, naturæ mos vindicat.

VSVS dicitur ab vtendo. Virgil. Georg. lib. iij: Nam neque erat corijs vſus. Vſus dicitur conſuetudo. Terent. Heaut. Mihi ſic eſt vſus; tibi vt opus facto eſt, face. Vſus, opus. Virgilius libro octauo: Arma acri faciunda viro, nunc viribus vſus, Nunc manibus rapidis.

VITAM manifeſtum eſt a viuendo dictam. Salluſtius in Catilinæ bello: Vitam ſicuti peregrinantes tranſiere. Vitas, vmbras. Virgilius lib. vj: Et ni docta comes tenuis ſine corpore vitas Admoneat volitare.

VENIRI claram habet ſignificationem. Virgil. lib. vj: Veniſti tandem. Venire, imminere. Virg. lib. vij: Se ſatis ambobus Teucriſque venire, Latiniſque.

VERRERE eſt trahere. Virgil. lib. j: Quippe ferant rapidi ſecum, verrantq. per auras. Verrere, ferire, peruertere. Virgil. Æn. lib. iij: Annixi torquent ſpumas, & cærula verrunt. Lucillius libro xxvij: Quam non ſolum deuorare ſe omnia, ac deuerrere. Verrere, mundare. Titinnius Gemina: Euerrite ædis, abſtergete araneas. Lucillius libro xxviij: --- Lignum cædat, ædis verrat, vapulet.

VIA eſt iter. Virgil. Æn. lib. j: --- Strepitumque, & ſtrata viarum. Via, ratio, cauſſa. Virgil. lib. x: --- Hæc via ſola fuit, qua perdere poſſes. Terentius Phormione: Qua via iſthuc facies? Via, conſuetudo. Terent. Heautont. --- Sed vi, & via peruulgata patrum; Cotidie accuſabam.

VESTIGIVM dicitur pedum impreſſio. Virgil. in Georgic. lib. iij: Et gradiens ima verrit veſtigia cauda. Veſtigium, extrema pars pedis. Virgilius lib. v: Veſtigia primi Alba pedis, frontemque oſtentans arduus albam.

VOLVTARI dicitur volui. Lucillius lib. xxx: Quid tu iſtuc curas, vbi ego oblinar, atq. voluter? Volutare, cogitatione perquirere. Virgil. in Bucolicis: Id quidem & ago, & tacitus, Lycida, mecum ipſe voluto. Lucillius lib. xxx: Hęc tu me inſimulas, nonne ante in corde volutas?

VIS eſt celer impetus. Lucillius lib. xxvj: Romanus populus victus vi, ſuperatus prælijs. Vis, fortitudo. Virgilius Æneid. lib. ij: Inſtat vi patria Pyrrhus. Et: Auxilioq. leuare viros, vimque addere victis. Vis, celeritas. Lucretius libro iij: --- Aut quidnam tremulis facere artubus hœdi Conſimili incurſu poſſint, ac fortis equi vis?

Vix, cum labore. Virgilius Æneid. lib. v: Vix illam famuli Phegeus Sagariſq. ferebant. Idem in Gorgic. lib. ij: Vix humiles apibus caſias, roremque miniſtrat. Vix, ſtatim. Virgil. lib. ij: Vix ea fatus eram, gemitu quum talia reddit. Varro Eumenidibus: Vix vulgus confluit non Furiarum, ſed puerorum, atq. ancillarum.

INCIPIT DE DIFFERENTIJS VERBORUM.

Cupido & Amor idem ſignificare videntur; & eſt diuerſitas. Cupido enim inconſideratæ eſt neceſſitatis; Amor iudicij. Plautus Bacchid. ---Cupidon tecum ſæuit, anne amor? Idem in Curculione diſcreuit, & vim eiuſdem diuerſitatis expreſſit, dicens: Quod Venus, Cupidoq. imperat, ſuadetq. Amor. Afranius in Homine: --- Amabit ſapiens, cupient ceteri.

Cupidinem quum feminino genere dicimus, cupiditatem ſignificamus. Virgil. --- Quæ lucis miſeris tam dira cupido? Quum maſculino, deum ipſum. Plautus Mercatore: --- Cupido, quantus es. Næuius Gymnaſtico: Edepol Cupido, quum tam pauſillus ſis, nimis multum vales.

Inter Amare, & Diligere hoc intereſt; quod amare vim habet maiorem, diligere autem eſt leuius amare. Cicero ad Brutum: Sic igitur facies, & me aut amabis, aut, quod contentus ſum, diliges. Et lib. j: Clodius tribunus pl. deſignatus valde me diligit, vel, vt ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. Idem ad Dolabellam: Quis erat, qui pu-

taret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum acceſſit, vt mihi nunc deniq. amare videar, ante dilexiſſe.

PERIRE, & INTERIRE plurimum differentiæ habet, quod perire leuior res eſt, & habet inuentionis ſpem, & non omnium rerum finem. Plautus Captiuis: Qui per virtutem perit, at non interit.

ALERE, & EDVCARE hoc diſtant: alere eſt victu temporali ſuſtentare; educare autem ad ſatietatem perpetuam educere. Plautus Menæchmis: Nam illic homo homines non alit, verum educat. Accius Andromeda: Alui, educaui; id facite gratum vt ſit ſeni.

Inter TOLLERE, & AVFERRE eſt diuerſitas: tollere eſt leuare, & erigere: auferre leuatum transferre. Virgil. lib. viij: Tollite cuncta, inquit, cœptóſque auferte labores. Turpilius Philopatro: Simul circumſpectat; vbi præter ſe neminem Videt eſſe, tollit, aufert, ego clam conſequor. Varro Sexageſi: Nunc quis patrem decem annorum natus non modo aufert, ſed tollit, niſi veneno?

HORRENDVM & HORRIDVM habent plurimam diuerſitatem: eſt enim horrendum, tætrum, & vitabile. Virgil. Æn. lib. iij: Concilium horrendum. Horridum plerumq. exſtans & prominens, & terenſtum. Virg. Æn. lib. iiij: --- Et glacie riget horrida barba. Plautus in Pſeudulo: Papillarum horridularum oppreſſiunculæ. Accius Medea: Vt triſtis turbinum toleraret hyemes, mare quum horret fluctibus. Lucill. Sat. lib. xvj: Hi

quos diuidiæ producunt, & caput vngunt Horridulum. M. Tul. de Rep. lib. j: Sed vt ille qui nauigat, quum ſubito mare cœpit horreſcere. Idem de Repub. lib. iiij: Horum in ſeueritatem dicitur inhorruiſſe primum ciuitas. Varro Epiſtola ad Cæſarem: Interea prope ad occidentem ſolem horreſcit mare. Siſenna Hiſtoriarum lib. iiij: Subito mare ſubhorreſcere, cæcoſque fluctus in ſe prouoluere.

Inter MERETRICEM, & PROSTIBVLVM hoc intereſt: meretrix honeſtioris loci eſt, & quæſtus: nam meretrices a merendo dictæ ſunt, quod copiam ſui tantummodo noctu facerent: Proſtibula, quod ante ſtabulum ſtent quæſtus diurni & nocturni cauſſa. Plautus in Ciſtellaria manifeſtiſſime diſcreuit: Intro ibo, nam meretricem adſtare in via ſolam, proſtibula ſane eſt.

GENITRIX a MATRE hanc habet diſtantiam, quod genitrix ſemper quæ genuerit, nuncupatur: mater aliquando pro nutrice ponitur. Virgil. lib. viij: — Geminos huic vbera circum Ludere pendentis pueros, & lambere matrem Impauidos. Plautus Menæchmis: Ita forma ſimili pueri, vt mater ſua Non internoſſe poſſet quæ mammam dabat, Neq. adeo mater ipſa, quæ illos pepererat.

PVDET, & PIGET hoc diſtat: pudet enim verecundiæ eſt; pigere pœnitentiæ. Plautus in Pſeud. Nimio id quod pudet facilius fertur, quam illud quod piget: Non dediſſe iſtum pudet; me, quia non accepi, piget. Idem Trinummo: Pol pudere, quam pigere præſtat totidem literis. Ac-

cius Neoptolemo: Dolet, pudetque Graium me, & vero piget. Idem Andromeda: Nec qui te adiutem inuenio; hortari pudet; non prodeſſe id piget. Turpil. Demetrio: Pudet, pigetque mei me. Pacuuius Duloreſte: — Quid quondam & mihi Piget paternum nomen, maternum pudet Profari. Salluſtius in Iugurthæ bello: Nam poſtea quæ fecerit, incertum habeo, pudeat an pigeat magis diſſerere. Varro Parmenone: Pudet me tui, & Muſarum agnoſcere, piget currere, & vna ſequi.

OSCVLVM, & SVAVIVM his intellectibus diſcernuntur, quod ab ore oſculum, ſuauium a ſuauitate dicitur. Varro de vita pop. Rom. Ideoq. hoc ab ore dicitur oſculum, non a ſuauitate, vnde ſuauium, quod ſimile ſit ſuauiunt.

Inter SACRIFICARE & LITARE hoc intereſt: ſacrificare eſt veniam petere: litare eſt propitiare, & votum impetrare. Virgil. Æneid. libro iiij: Tu modo poſce Deos veniam, ſacriſq. litatis, id eſt, impetratis. Plautus in Pœnulo: Si hercle iſtuc vmquam factum eſt, tum me Iupiter Faciat vt ſemper ſacrificem, neq. vmquam litem.

EXPLERI & SATIARI hanc habent differentiam: expleri eſt tantummodo plenum eſſe: ſatiari, ſupra modum & abundantiam. Lucretius libro iij: Atq. explere bonis rebus, ſatiareq. numquam. M. Tul. de Repub. lib. vj: Graues enim dominæ cogitationum lubidines infinita quædam cogunt, atq. imperant; quæ quia nec expleri, nec ſatiari vllo modo poſſunt, ad omne facinus impellunt eos quos illecebris ſuis incenderunt.

ARCVS, & ARQVVS hoc diſtant: arcus enim

ſuſpenſus fornix appellatur: arquus non niſi qui in cælo apparet, quam Irim poetæ dixerunt; vnde & arquati dicuntur, quibus color & oculi virent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Lucretius libro vj; Tum color in nigris exſiſtit nubibus arqui.

Fors & Fortuna hoc diſtant: Fors eſt caſus temporalis: Fortuna dea eſt ipſa. Accius Aſtyan. Itera in quibus partibus, namque audire volo, is eſt quem exopto, Et quo captus modo, fortunane an forte reperitur. Idem Andromeda: Multi iniquo, mulier, animo ſibi mala auſere in malis, Quibus natura praua magis quam fors, aut fortuna obfuit. Lucillius Satyr. lib. xiij: Cui parilem fortuna locum, fatumq. tulit fors. Idem in eodem: Aut forte omnino, ac fortuna vincere bello: Si forte & temere omnino, quid curſum ad honorem? Varro Epiſtola ad Fufium: Dices, o fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus hunc diem

Ferus & Ferox hanc habet diſtantiam: Ferus eſt ſæuus; ferox, fortis. Accius Tereo: Nouus nouo dabunt aduena animo audaci in medium proripit ſeſe ferox. Salluſtius in Iugurthæ bello: Ille animo feroci negat ſe totiens fuſum Numidam pertimeſcere. Virgilius Æneid. lib. ij: --- Ferus omnia Iupiter Argos Tranſtulit. Idem libro iiij: --- Et frena ferox ſpumantia mandit.

Antiquus, & Antiquior vt gradu, ita & intellectu diſtant: nam antiquum ſignificat vetus: Virgil. in Georg. lib. ij; Antiquaſq. domos auium. Antiquior, melior. Varro Rerum humanarum lib. xx: Neq. idonei ciues aliquid ha-

bent antiquius ſalute communi. Accius Phœniſſis: Ab dracontis ſtirpe armata exortus, genere antiquior. Lucillius libro xiiij: Quin potius vitam degat ſedatus quietam, Quantu antiquius quam facere hoc feciſſe videaris. M. Tull. de Amicitia: Hoc quidem eſt proprium amicitiæ, ſed antiquior, & pulchrior, & magis a natura ipſa profecta. Idem de Republ. lib. j: Sed quoniam plura beneficia continet patria, & eſt antiquior parens, quam ſiqui creauit; maior ei profecto quam parenti debetur gratia. Idem ad Cæſarem iuniorem lib. iij: Ego autem antiquiſſimum oriundum Scythis, quibus antiquior lætitia eſt quam lucrum.

FAVSTVM, & FESTVM his intellectibus diſcernuntur: etenim fauſtum quaſi a fauendo dictum, ac per hoc proſperum, & propitium, vnde contra infauſtum, minax, & inproſperum: feſtum vero ſollenniter lætum, & feriatum. Virg. Æn. lib. vj: — Feſtoſq. dies de nomine Phœbi. Et Terentius: --- O fauſtum, & felicem diem.

CVIVS, & CVIATIS hæc eſt differentia: cuius ad perſonam refertur hominis; cuiatis vnde ſignificat. Accius Telepho: Qui neq. cuiatis eſſet, vmquam potuimus Multa e rogitantes ſciſcere.

ANIMVS & ANIMA hoc diſtant: Animus eſt quo ſapimus; anima, qua viuimus. Accius Epigone: Sapimus animo, fruimur anima, ſine animo anima eſt debilis. Varro Andabatis: In reliquo corpore ab hoc fonte diffuſa eſt anima; hinc animus ad intelligentiam tributus.

VVLTVS, & FACIES hoc diſtant. Vultus

eſt voluntas, quę pro motu animi in facie oſtenditur; facies, ipſa oris ſpecies. Salluſtius in Catilina: Prorſus in facie vultuq. vecordia inerat. Lucillius Satyrarum libro j: Vultus item, vt facies, mors, citer, morbus, venenum. M. Tul. de offic. lib. j: Præclaraq. eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eademque frons.

SEBVM, & VNGVENTVM hanc habent diuerſitatem: Sebum fit ex adipe ruminantium. Lucillius Satyr. lib. iiij: Tiſiphone tinnete pulmonibus adirem, vnguem Excoctum attuli Eumenidibus ſanctiſſima Erinnys.

MVSSARE, & MVRMVRARE ita diſcernuntur: quod muſſare hominum ſit occulte quid, & preſſa voce loquentium, quod cælatum velint. Virgil. lib. xj: Quid fortuna ferat populi, ſed dicere muſſant. Et alibi: Flent mœſti, muſſantq. patres. Murmur autem maioris ſoni eſt proximi ad tumultum. Virgil. in Georg. lib. j: — Et reſonantia longe Litora miſceri, & nemorum increbreſcere murmur.

PRIORES & PRIMORES hanc habent diuerſitatem: priores enim comparatiui ſunt gradus; primores ſummæ quæq. res. Lucillius Satyr. lib. viij: Gallinaceus quum victor ſe gallus honeſte Suſtulit in digitos, primoreſq. erigit vnguis. Turpilius Demetrio: Sandalio innixa dicigitis primoribus. Varro Armorum iudicio: Vt in litore cancri digitibus primoribus ſtare. Lucil. Satyr. libro xx: Calphurni ſæuam legem Piſonis reprehendi, Eduxiq. animam in primoribus naris. Afranius Vopiſco: Apage ſis, cliuuntum animum in naribus, pri-

moribus vix perculi edepol. M. Tullius in Hortenſio: Qui illum neſcio quid, quod in primoribus habent, vt aiunt, labris. Idem *lib. j. de* Oratore: Quæiſti Rhetores ne primoribus quidem labris attigiſſent.

POESIS, & POEMA hanc habent diſtantiam: poeſis eſt textus ſcribtorum: poema, inuentio parua, quæ paucis verbis expeditur. Lucil. Satyr. libro viiij: Non hæc quid valeat, quidue hoc interſiet illud, Cognoſci: primum hoc, quod dicimus eſſe poema, Pars eſt parua poema: idem epiſtola, item quęuis non magna poema eſt illa: poeſis opus totum, totaq. illa ſumma eſt vna theſis vt annales Ennij. atque ſtoc vnum. Eſt maius multo eſt, quam quod dixi ante poema. Quapropter dico; nemo qui culpat Homerum Perpetuo culpat, neq. quod dixi ante poeſin Inuerſum vnum culpat verbum enthymemati malo cum. Varro Parmenone: Poema eſt λέξις ἔνρυθμος, id eſt, verba plura modice in quandam coniecta formam: Itaq. etiam diſthicon epigrammation vocant poema: Poeſis eſt perpetuum argumentum ex rhythmis, vt Ilias Homeri, & Annalis Ennij: Poetice eſt ars earum rerum.

FORA, & FORI vt gęnere, ita & ſenſibus diſtant: Nam neutro iudiciorum & litium ſedes eſt; maſculino ſpatia in nauibus apertiora, vel in gladiatorijs ludis.

DOCTVM, & PERITVM quum ſimile videatur, a M. Tullio diſcretum eſt, vt ſit peritum plus quam quod doctum: de offic. lib. iij: Itaque quum ſint docti a peritis, deſiſtunt facile ſententia.

Inter V r b e m, & C i v i t a t e m hoc intereſt: vrbs eſt ædificia, ciuitas, incolæ. Virg. Æn. lib. j: Vrbs antiqua fuit. Ennius Telepho: Et ciuitatem video Argiuum incendere. Pacuuius Atalanta: Nil ſollicita ſtudio, obſtupida ſuſpenſo animo ciuitas. M. Tul. de Rep. lib. j: Quam quum locis, manuq. ſæpſiſſent, eiuſmodi coniunctionem tectorum oppidum, vel vrbem appellauerunt, delubris diſtinctam, ſpatijſq. communibus: omnis ergo populus, qui eſt talis cœtus multitudinis, qualem expoſui, ciuitas eſt, omniſq. ciuitas eſt conſtitutio populi. Et ſecundo: Quo auctore & principe concitata ciuitas. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Deniq. quum varijs voluntatibus incerta ciuitas trepidaret, Pomponius cum vertice ſuperiorem locum inſcendit.

Inter C o g i t a r e, & D e l i b e r a r e hoc intereſt: cogitare eſt dubitare: deliberare, confirmare. Turpilius Boethuntibus: --- Quæſo cogita, ac delibera. Idem Philopatro: Certum ac deliberatum eſt me illis obſequi.

S c i v s, & C o n s c i v s hoc differunt, quod ſcius ſecum, conſcius cum alio ſcius eſt, licet conſcium indifferenter poſitum legerimus.

A v s p i c i v m, & A v g v r i v m his intellectibus diſcernitur, quod ſit auſpicium, auium inſpectio, & quæ ex volatu earum ſignificentur, & vocibus: augurium autem rerum omnium coniecturas prudenter, ac diligenter amplectitur.

M o n s t r a, & O s t e n t a ſimiliter intelleguntur, quod imminentia monſtrent & oſtendant.

Omen vero votum eſt mentis & vocis; vnde ſacrificantibus dicitur, bona omina habere; id eſt, vt circumſtantes & mente recta velint, & bona oribus proferant.

Portentvm non ſolum quod portendat, ſed quod etiam apportet, & faciat ex his ſignificationibus, quæ in auſpicijs, augurijs, extiſpicijs oſtenduntur.

Prodigivm autem ſemper peſſimum eſt, dictum quaſi porro adigendum. Virgil. libro iij: Sola nouum, dictuq. nefas, harpyia Celæno Prodigium canit, & triſtes denuntiat iras.

Inivria a Contvmelia hoc diſtat: iniuria enim leuior res eſt. Pacuuius Peribœa: Patior facile iniuriam ſi eſt vacua a contumelia. Cæcilius Fallacia: Facile erumnam ferre poſſum, ſi inde abeſt iniuria; Etiam iniuriam, niſi contra conſtant contumeliam.

Fvlmen, Fvlgvr, & Fvlgvritvm his intellectibus ſecernuntur: eſt enim fulmen telum ipſum quod iacitur; vt Virgil. Georgic. lib. j: Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra. Fulgur, ignis qui coruſcat fulmine, vnde & fulgere dicuntur, & fulgor; vt Virg. lib. v: —— Maculoſus & auro Squamam incendebat fulgor. Fulguritum, fulgure tactum, vel exuſtum.

Ivrgivm, & Lis hanc habent diſtantiam; iurgium leuior res eſt; ſiquidem inter beniuolos, aut propinquos diſſenſio vel concertatio iurgium dicitur; inter inimicos diſſenſio lis appellatur. M. Tul. de Rep. lib. iiij: Admiror, nec rerum ſolum,

ſed verborum etiam eligantiam: Si iurgant, inquit: beneuolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur. Et in ſequenti; Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, non litigare.

Avdacia, & Avdentia hoc diuerſa ſunt, quod audacia temeritatis eſt, audentia fortitudinis. Salluſtius Catilinæ bello: Audacia pro muro habetur. Virgil. Æneid. Audentis fortuna iuuat. Et ſæpe ſic.

Merx, & Mercatvra hoc diſtant: merx eſt ſpecies ipſa; mercatura actus ipſe, vel lucrum de merce: mercatus locus, in quo agitur mercatura. M. Tullius de Rep. lib. iij: pœni primi mercaturis & mercibus ſuis auaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum importauerunt in Græciam. Varro Sexageſi: Vbi tum comitia habebant, ibi nunc fit mercatus. Serenus Opuſculis: Ad mercatum eo villice: quid vis inde vehi, aut age? Cic. Tuſcul. lib quinto: Ita nos quaſi in mercatus quamdam celebritatem ex vrbe aliqua. Et de officijs: Ad quos quum tanquam ad mercaturam bonarum artium ſis profectus, inanem redire turpiſſimum eſt.

Svperstitionis & Religionis diſtantiam manifeſtiſſime diſcreuit M. Tullius de Deorum natura lib. ij: Non enim philoſophi ſolum, verum etiam maiores noſtri ſuperſtitionem religione ſeparauerunt: nam qui tota die precatus & immolabat, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati, quod nomen patuit poſtea latius: qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, &

tanquam relegerent, hi ſunt religioſi, ex eligendo: Sed vere ſuperſtitioſi proprietatem ex hoc habet, quod præ cultura Deorum ſuperſedeant cetera, id eſt neglegant: itidem & religioſi, quaſi relinquoſi omnium ceterorum ſacrificijs deſeruiant.

PEIVS & DETERIVS his ſenſibus diſcernuntur; quod ſit peius a malo, quod in vſu eſt, & creberrime frequentatur: Deterius vero a bono, vt minoris ſit meriti, quam id quod placet. Virgil. Georgic. libro quarto: Deterior qui viſus, eum, ne prodigus obſit, Dede neci. Idem libro octauo: Deterior donec paulatim ac decolor ætas. Hæc enim melioribus comparata ſunt.

Inter CIRCVM & GLOBVM hoc intereſt: circus eſt planities rutunda, vt circuitus: globus, ſoliditas vndiqueuerſum rutunda, vt eſt ſphæra, & ſtaminum glomera. M. Tullius de Deor. nat. lib. ij: Quumq. duæ formæ præſtantiſſimæ ſint, ex ſolidis globus; ſic enim ſphæram interpretari placet; ex planis autem circus, aut orbis. Virgilius libro quinto: — Mediaq. in valle theatri Circus erat. Et: Lucentemq. globum Lunæ, Titaniaq. aſtra.

MANVBIAS a PRÆDA hoc diſtare veteres æſtimauerunt; vt ſit præda, corpora ipſa rerum, quæ capiuntur: manubiæ, pecuniæ ex præda vendita redactæ, & ſic apud plurimos: nam & M. Tullium ita ſenſiſſe voluerunt, de lege Agraria: Prædam, manubias, ſectionem, caſtra denique Cn. Pompeij ſedente Imperatore cenſores.

PERVICACIA & PERTINACIA hoc diſtant; peruicacia eſt interdum bonarum rerum perſeue-

perſeuerantia: pertinacia ſemper malarum. Accius Myrmidonibus: Tu pertinaciam eſſe Antiloche hanc prædicas; Ego peruicaciam aio, & a me vti volo: Nam peruicacem dicis me eſſe, & vincere; Perfacile patior, pertinacem nil moror; Hæc fortis ſequitur, illam indocti poſſident; Tu addis quod vitio eſt, demis quod laudi datur.

SENSVS, & SENSA hoc ſeparantur: ſenſus enim ſunt qui ſentiunt: ſenſa, quæ ſentiuntur. Cicero de Orat. Et quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus. *. Nam primum manifeſtum eſt & ſapere nos, quum incitatio ſit, vel ſenſus.

IVVENTVS, & IVVENTA, & IVVENILITAS differunt hoc: iuuentus, iuuenes: iuuenta, ætas ipſa: iuuenilitas, quod ὁρμὴν, vel πάθος vocant Græci. Virgil. Georgic. lib. ij: Et patiens operis, paruoq. adſueta iuuentus. Salluſtius in Catilinæ bello: Ibique iuuentutem ſuam exercuit. Idem in Catilina: Scio fuiſſe nonnullos, qui ita exiſtimarent, iuuentutem, quæ domum Catilinæ frequentabat. Virgilius Georg. lib. iij: Interea, ſuperat gregibus dum læta iuuentus, Solue mares. Varro Tithono, περὶ γήρως: Quam dereliquit multi cupida iuuenilitas.

MORATA, quod eſt, MORIGERA, & MOROSA, hanc habent diſtantiam: quod moroſa eſt contrarijs & peruerſis moribus. Afranius Vopiſco: Dum morigeram, dum moroſam præbeo, Deinde aliquid dedita opera controuerſiæ Concinno, lædo interdum contumelijs. M. Tullius de ſenectute: At ſunt moroſi, & anxij, & iracundi, & difficiles ſenes. Plautus Aulularia: Dum-

EE

modo morata recte veniat, dotata eſt ſatis.

Inter VEGETVM, & VIGENS hoc intereſt; quod vegetum ſit incolume; vigens, forte: nam vegetum corporis, vigens etiam animi poſſumus dicere; vt in multis.

PROFESTI & FESTI dies diſcernuntur ſic: profeſti ſunt a feſtiuitate vacui. Afranius Priuigno: Quæ feſti facere nos ſolemus die, cotidiano opere promiſcit omnia, æque profeſto concelebras focum.

QVÆRERE, & REQVIRERE hoc differt; quoniam requirere eſt diu quærere. Afran. Fratrijs: Proin tu quum quæram, ne requiram te, vide.

SPECVLA, & SPECVLVM, ſicuti genere, ita ſignificantia differunt. Nam ſpecula deſpicientiam ſignificat. Virgilius libro x: — Vtq. leo, ſpecula quum vidit ab alta Stare procul campis meditantem prælia taurum. Speculum, quo imago redditur. M. Tullius in Clodium & Curionem: Sed credo, poſtquam tibi ſpeculum allatum eſt, longe te a pulchris abeſſe ſenſiſti. Varro Eumenid. Sed nos ſimul atque in ſummam ſpeculam peruenimus, Videmus populum furijs incinctum tribus.

CONFITERI, & PROFITERI hoc diſtat; quod profiteri voluntatis eſt; confiteri, neceſſitatis & coactus: quod ita poſitum ſæpius legimus. Cic. pro Manilio: Hic ego non ſolum confiteor, verum etiam profiteor. Honeſtius vel profiteri, quam confiteri.

VLCVS, & VVLNVS hoc diſtant; quod vl-

eius tecta & clauſa eſt malignitas. Virgil. Georg. lib. iij: Quam ſiquis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os, alitur vitium, viuitq. tegendo. Vulnus, hians & patens. Virgilius lib. nono: Produxi, preſſiue oculos, aut vulnera laui Veſte tegens.

QVARTVM, & QVARTO prudentes differre dixerunt. Varro diſciplinarum quinto: Aliud eſt quarto prætorem fieri, aliud quartum: & quartum locum ſignificat, & tres ante factos: quarto tempus ſignificat, & ter ante factum: Ennius recte: Quintus pater quartum fit conſul.

TVRPE, & FOEDVM quam habeant diſtantiam manifeſtum eſt: nam turpe leuior res eſt: fœdum vim habet maiorem. M. Tul. de officijs: Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt.

FORMÆ & FIGVRÆ quæ ſit differitas, M. Tullius manifeſtator eſt: nam formam integritatem ſpeciei voluit eſſe: figuram, formam noſtram: de officijs lib. j: Principio corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem, quæ formam noſtram reliquamq. figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promtu.

DIGNITATEM, & VENVSTATEM diſcerni voluit M. Tullius; vt dignitas viris, venuſtas feminis ſit attribuenda. De offic. lib. j: Venuſtatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem.

MONSTRA, & PRODIGIA, & PORTENTA hoc diſtant: monſtra, oſtenta & monita deorum. Virgilius libro iij: — Primumq. pa-

rentem Monſtra deum refero. Prodigia, deorum minæ, vel iræ. Virg. Æn. lib. iij: Sola nouum, dictuq. nefas Harpyia Celæno Prodigium canit. Et libro ſexto: Prodigijs acti cæleſtibus oſſa piabunt. Portenta, oſtenta quæ aliquid imminere ſignificant. Lucillius lib. xxvj: Niſi portenta, anguiſque volucres ac pinnatos ſcribitis.

CELARE & CÆLARE hanc habent diuerſitatem; quod eſt celare tegere, & abſcondere. Terentius in Andria: Bene diſſimulatum amorem & celatum indicans. Virgil. lib. vj: Secreti celant calles. Cælare, inſculpere. Virgilius Æneid libro j: — Cælataq. in auro Fortia facta patrum. Varro Agathone: Numnam cælatus in manu dextra ſcyphus, Cælo dolitus artem oſtentat Mentoris?

IGNOSCERE, & CONCEDERE quemadmodum inter ſe diſtant, aperit M. Tullius ad Cæſarem iuniorem lib. primo: Quod mihi & Philippo vacationem das, bis gaudeo: nam & præteritis ignoſcis, & concedis futura.

CONTEMNERE & DESPICERE eo diſtant, quod eſt deſpicere grauius quam contemnere. M. Tul. in Verrem actione ij: Quemque contemſerit, deſpexerit, liberum eſſe nunquam duxerit. Idem ad Cæſarem lib. iij: Amici nonnulli a te contemni, ac deſpici, ac pro nihilo haberi ſenatum volunt. Et de ſenectute: Contemni ſe putant, deſpici, illudi.

CVPIDITAS & CVPIDO diuerſa ſunt: nam cupiditas leuior eſt. Lucillius lib. xviiij: Cupiditas ex homine, cupido ex ſtulto numquam tollitur: quod cupiditas pars quædam ſit tempera-

ſior defluens ex cupidine.

Æmvlatio ab Imitatione hoc diſtat, quod imitatio ſimplex eſt, & liuorem atq. inuidiam non admittit: æmulatio autem habet quidem imitandi ſtudium, ſed cum malitiæ operatione. Virgilius lib. ſexto: Æmulus exceptum Triton, ſi credere dignum eſt, Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat vnda. M. Tullius in Cæſarianis: Quaſi quodam æmulo, atq. imitatore ſtudiorum & laborum meorum, & comite abſtracto.

Probatvm, & Spectatvm.*. Vis maioris eſt. Lucillius lib. xxvj: Tuam probatam & ſpectatam maxume aduleſcentiam.

Bellvm & Prælivm hoc differunt, quod prælia partes ſunt belli, hoc eſt in bello congreſſiones. Lucillius lib. xxvj: Vt Romanus populus victus vi, & ſuperatus prælijs Sæpe eſt multis; bello vero numquàm, in quo ſunt omnia. Virgil. lib. xj: Infantem fugiens media inter prælia belli.

Inter Cavere, & Vitare Lucillius eſſe diſtantiam voluit libro xxvj: & eſſe plus vitare: Quid cauendum tibi cenſere, quid vitandum maxume.

Vetvstiscere & Veterascere quid interſit, Nigidius Commentarior. Grammatices lib. x. deplanauit: Dicemus, quæ vetuſtate deteriora fiunt, vetuſtiſcere; inueteraſcere quæ meliora. M. Tul. ad Hirtium lib. vij: Quum enim nobilitas nihil aliud ſit, quam cognita virtus, quis in eo, quem veteraſcentem videat ad gloriam, generis antiquitatem deſideret?

NOCENS a NEFARIO, & IMPIO diſtare, vti nocens leuius videri poſſit, M. Tullius voluit; de offic. lib. ij: Nec tamen vt hoc fugiendum eſt, item habendum religioni, nocentem aliquando, modo ne nefarium, impiumque defendere.

INNVERE & ANNVERE hoc diſtant, quod eſt Innuere facie ſignificare. Terent. Adelphis: Si innuero, quin pugnus continuo in mala hereat. Non innueram: in iſtam partem potius peccato tamen. Annuere, concedere. Virg. lib. xij: Annuit his Iuno, & mentem lætata retorſit. M. Tull. in Hortenſio: Quod quum vterq. noſtrum annuiſſent, omneſq. ad id tempus, quod erat dictum, poſtero die veniſſemus. Poſitum eſt annuere, pro innuere. Plautus Aſinaria: Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat.

NOXA & NOXIA hanc habent diuerſitatem, quod eſt noxa peccatum leue. Virgil. Æn. lib. j: Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei. Noxia, nocentia. Virgilius lib. vij: --- Iræq. & crimina noxia cordi. M. Tullius in Hortenſio: Et ceteras quidem res in quibus peccata non maxime afferunt noxias, tamen inſci innat attingunt.

PLVS a MVLTO vetuſtas voluit diſcrepare, & poteſt videri hanc habere poſſe diſtantiam, vt ſit multum a plurimo minus, ac non ſupra modum: vt eſt Virgil. Georg. lib. primo: Multum adeo raſtris glebas qui frangit inertis. Plus, ſicut in pleriſque, quod maioris modi eſt, quam neceſſarium eſt; atq. ideo M. Tullius maius diſcreuit Epiſtola ad Catonem: Nec idcirco mihi deſide-

randam eſſe dignitatem meam, quod eam multi impugnarint; ſed eo magis recolendam, quod plures deſiderarint.

Inter Speratam, & Dictam, & Pactam, & Sponsam hoc intereſt; quod virgo prius quam petatur, ſperata dicitur. Plautus Amphit. Amphitryo vxorem ſalutat lætus ſperatam ſuam. Dehinc promiſſa; dicta, vel pacta, vel ſponſa dici poteſt. Virgil. Æn. lib. ij: Cui pater, & coniux quandam tua dicta relinquor? Et idem in alio loco: --- Et gremijs abducere pactas. Titinnius Quinto: Qui ex acta ætate ſponſa ſit deſponſa.

Mutuum a Fenore hoc diſtat, quod mutuum ſine vſuris, fenus cum vſuris ſumitur, & eſt accepti fetus, vnde & fenus dictum eſt, vt Græce τόκος, quaſi partus mutui ſumti. Plautus Aſinaria: Nam ſi mutuas non potero, certum eſt ſumam fenore. Vnde honeſtius mutuum, quod ſub amico affectu fiat meum tuum vſu temporis neceſſarij.

Simulare & Dissimulare habent diſtantiam: ſimulare eſt fingere ſcire, quæ neſcias: diſſimulare, fingere neſcire quæ ſcias. Salluſtius in Catilinæ bello: Cuius rei libet ſimulator, ac diſſimulator.

Inter Nutare, & Annuere, & Nictare veteres hoc intereſſe voluerunt, vt nutare capitis; annuere vel nuere, narium vel labiorum; nictare oculorum ſignificantiam eſſe decreuerint. Plautus Aſinaria: Neq. illa vlli homini nutet, nictet, adnuat.

Castitas & Pudicitia paria depu-

tantur; quum ſit Pudicitia, ab iniuria turpium libidinum libera: caſtitas & ab his continens ac remota; præterea & religioſa munditia, & puritas. Virgil. Georg. lib. ij: Caſta pudicitiam ſeruat domus. Et in Æn. lib. ij: Quique ſacerdotes caſti, dum vita maneret. Et libro ſeptimo: Præterea, caſtis adolet quum altaria tædis. Atq. ideo plus eſt caſtitas pudicitia, quod par ſit pudicitia cum alijs ceteris caſtitas.

PASCERE & ALERE hoc diſtant auctoritate, vt ſit alere, ſufficiendi generis curam habere: paſcere, natos cibo ſaginare. Varro Gerontodidaſcalo: Vbi graues paſcantur atq. alantur pauonum greges.

ORA vel ORÆ licet paria eſſe videantur, tamen vt genere, ita intellectibus diſtant: nam quoties in his neutrum genus tangitur, vultus vel facies noſtra ſignificatur. Virgilius: Os, humeroſque Deo ſimilis. Et libro xij: Ora citatorum dextra detorſit equorum. Quoties femininum, cuiuſliber rei fines. Idem libro primo: — Exire, locoſque Explorare nouos, quas vento acceſſerit oras.

Inter EXSTINGVERE, & inter OPPRIMERE intereſſe Cicero voluit, de amicitia; vt ſit maius opprimere, quam exſtinguere. Quamobrem primum danda opera eſt, ne qua amicorum diſcidia fiant; ſin tale aliquid euenerit, vt exſtinctæ potius amicitiæ, quam oppreſſæ videantur: quaſi quod exſtinguitur, poſſit reflammari; quod opprimitur, non queat.

MORBVM a VITIO prudentia veterum ſic voluit ſeparari, vt ſit morbus cum acceſſu vtique

aut temporis,aut contagij: Vitium,perpetua & inſanabilis, atq. inreuocabilis cauſſa.

Meminisse & In memoriam redire hoc differre Ariſtoteles putat; διαφέρει μνημονεύειν τῷ ἀναμεμνῆσθαι: & vult meminiſſe omnium eſſe animantium, vt cibi, potionis, ſomni, voluptatis: in memoriam reuocare quod exciderit, non niſi homines poſſe.

Diequarta, & Diequarto hoc differre prudentis volunt, quorum tamen auctoritas in obſcuro eſt, vt ſit diequarto temporis præteriti, diequarta futuri.

Mentiri & Mendacium dicere quemadmodum diſtent, P. Nigidius ſtudijs bonarum artium præcellentiſſimus manifeſtiſſime ſeparauit. Qui mentitur, ipſe non falſus, alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipſe fallitur. Quantum in ſe eſt, vir bonus præſtare debet ne mentiatur; prudens, ne mendacium dicat: alterum iudicet in homine, alterum non.

Festinare & Properare veteres voluerunt habere diſtantiam. Cato oratione quam de ſuis virtutibus ſcribſit: Aliud eſt properare, aliud feſtinare: Qui vnum quid mature tranſit, is properat, qui multa ſimul incipit, neq. perficit, feſtinat. Verum vtrorumque verborum ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt veritati, vt ſit ſæpe animi properare ſtudioſe ad res aliquas contendentis; feſtinare, corpore neceſſitatibus obſequendi. Virgil. lib. iiij: Et medijs properas Aquilonibus ire per altum. Idem Æneid. lib. ſecundo Feſtinate viri; nam quæ tam ſera moratur Segnities?

Matronæ & Matrisfamilias diſſimilitudinem hoc modo veteres docti ſeparant quidam, vt ſit matrona, quæ peperit ſemel; materfamilias; quæ ſæpius. Sed hæc definitio videtur abſurda. Ad hæc fidelis locupletiores matronam; quæ in matrimonio ſit mariti etiam ante ſuſceptos liberos, dictam, meliore tamen matris futuræ ſpe ma‘ nomine nuncupatam: matrem vero familias, quæ in familia, mancipioq. ſit patris, etſi in mariti matrimonio eſſet.

Avarvm & Avidvm ita diſcernuntur: auarum enim ſemper in reprehenſione eſt: auidum autem ab auendo, quod eſt etiam honeſte cupiendo, & a delectione intellegi poteſt, ac malis per hoc aliquando, aliquando bonis adiungitur cauſſis: Vt Virgil. in Georg. lib. ij: --- Paſcuntur oues, auidæq. iuuencæ. Salluſtius in bello Catilinæ: Laudis auidi, pecuniæ liberales erant.

Avdacia & Avdentia hoc differunt, quod audentia fortitudinis ſit, audacia temeritatis: vt Salluſtius: Audacia pro muro habetur: & apud veteres ſæpe ſic. Audentia. Virgil. Audentis fortuna iuuat. Et:--- Audentior ibo In caſus omnis, Quanquam & audaciam pro fortitudine poſitum legerimus. Virgilius libro viiij: Irim de cælo miſit Saturnia Iuno Audacem ad Turnum. Et: Aude hoſpes contemnere opes, --- Humanitatis ſit potius quam temeritatis.

Proſpicere & Reſpicere diſtant; vt aduorſum videre, proſpicere recte dicatur: reſpicere, quaſi retro aſpicere. Varro Manio: Sedens altus alieno ſumtu, neque poſt reſpiciens, neque

ante proſpiciens.

Fvror ab Insania diſtare Cicero Tuſcul. lib. iij. oſtendit: Itaq. non eſt ſcribtum, ſi inſanus; ſed, ſi furioſus eſſet: inſaniam enim cenſuerunt, id eſt inconſtantiam ſanitate vacantem, tamen poſſe tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum, atq. vſitatum: furorem eſſe rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem; quod quum maius eſſe videatur, quam inſania, tamen eiuſmodi eſt, vt furor in ſapientem cadere poſſit, inſania non.

Confidentiæ, & Fidentiæ diſcretionem M. Tullius pandit, Tuſcul. libro iij: Qui fortis eſt, idem fidens; quoniam confidens mala conſuetudine loquentium in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis eſt: Qui autem eſt confidens, is profecto non extimeſcit: diſcrepat enim a timendo fidens.

Invidia, & Invidentia. Cic. Tuſcul. lib. iij: Poſſet etiam in miſericordiam, poſſet in inuidentiam: non dixi in inuidiam, quæ tum eſt quum inuidetur: ab inuidendo autem inuidentia recte dici poteſt, vt fugiamus ambiguum nomen inuidiæ. Et lib. iiij: Vt ægritudini inuidentia; vtendum eſt enim docendi cauſſa verbo minus vſitato: quoniam inuidia non in eo qui inuidet, ſolum dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur.

Ægrotatio, & Ægritvdo. Cic. Tuſcul. lib. iij: Sed proprie vt ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo locum habet.

Iracvndvs, & Iratvs; Ebrivs, & Ebriosvs; Amator, & Amans, & alia,

quid inter ſe diſtent Cic. diſcreuit, Tuſcul. lib. iiij: Aliud iracundum eſſe, aliud iratum; vt differt ebrietas ab angore: neq. enim omnes anxij, qui anguntur aliquando: inter ebrietatem, & ebrioſitatem intereſt; aliud eſt amatorem eſſe, aliud amantem.

LÆTARI & GAVDERE diſtat: vt Cic. Tuſcul. lib. iiij: Atq. vt confidere decet, timere non decet; ſic quidem gaudere decet, lætari non decet; quoniam docendi cauſſa a gaudio lætitiam diſtinguimus. Vt autem innuit idem Cicero, gaudium in ſapiente, & in rebus bonis ſemper eſt, lætitia etiam in malis & turpibus rebus eſſe poteſt.

PERNICITATEM & VELOCITATEM Cicero diſcreuit Tuſcul. lib. quinto: Præſtans valetudine, viribus, forma, acerrimis integriſq. ſenſibus; adde etiam, ſi lubet, pernicitatem. Et Virgilius Georgic. lib. iij. hoc ſenſit: Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili; vt illud ſit celeritatis, hoc patientiſſimæ fortitudinis.

METVM, TIMOREM, FORMIDINEM, PAVOREM Cicero diſcreuit. Tuſcul. lib. quinto: In quem autem metus, in eum formido, timiditas, pauor, ignauia.

INNOCENS & INNOCVVM hoc diſtat, quod ſit innocens, non nocens; innocuum, inlæſum. Virgilius lib. x: —— Et ſedere carinæ Omnes innocuæ.

LEGERE & ELIGERE non ſub ea ſignificatione intellegi vult Varro de re ruſtica lib. j: Aprica prius debet deſcendere de vite; in vindemiam diligentius, vua non ſolum legitur ad bibendum, ſed etiam eligitur ad edendum. Vt ſit legitur, col-

ligitur, vt plerumque; eligitur, melior quæque de plurimis.

MISERARI & MISERERI ceteri his ſenſibus eſſe voluerunt, vt ſit miſerari, flere & lamentari; miſereri, miſerationem alienis caſibus exhibere; & actiuo ad primum affectum, paſſiuo ad ſecundum. Accius Euryſace: Ei mihi, vt etiam hæc erumna hæc mihi luctum addit luctibus. Alia perſona: Quid miſerari id me Euryſacem tuam ſolitatem memoras, formidas tibi: Te commiſerabar magis, quam miſerebar mei: & multis talia & aliquando vexata generibus.

ACEROSVM, & ACERATVM, vtrumque noue poſitum, ſed diſtanti proprietate ſignatum: acceroſum nanq. panem farre minus purgato, nec ſordibus a candido ſeparato dicendum veteres putauerunt. Lucillius lib. xv: Quæ gallam bibere, ac rugis conducere ventri Farre acceroſo, oleo decumano, pane cumano coegit: tunc Græci ἀυτόπυρον vocant. Aceratum vero eſt lutum paleis mixtum, vt laterarijs vſus eſt. Lucil. lib. viiij: Latere qui ducit habet nihil amplius. nam quam commune lutum a paleis cœnumque acceroſo.

MVLTVM & SATIS eo diſtant, quod multum infinitum eſt, ſatis finitum: Auaris illud, hoc parcis ſe continentibus applicandum eſt. Lucillius lib. v: Nam ſi, quod ſatis eſt homini, id ſatis eſſe potiſſet, Hoc ſat erat: nunc quum hoc non eſt, qui credimus porro Diuitias vllas animum mi explere potiſſe? Et libro xviij: Denique vt ſtulto nihil ſit ſatis, omnia quum ſint.

OMNE atque TOTVM volunt quidam eſſe

ſeiunctum, vt ab omni plus eſſe totum putent, quum indiſcretis inter frequenter poſitum legerimus, & vtrumq. cum ſignificantia vniuerſitatis. Lucretius lib. iij: --- Totum video per inane geri res. Virgilius in Bucol. Omnia vincit amor. Et idem Georg. lib. tertio: Omne adeo genus in terris hominumque, ferarumque, Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem. Idem Æn. lib. ſexto: --- Totamque infuſa per artus Mens agitat mo- e lem, & magno ſe corpore miſcet. Quid quod totum, quod plus putatur, non pro cuncto alicubi accipi poteſt? Virg. Georg. lib. iij: --- Totaſque Aduoluere focis vlmos, ignique dedere: vt ſit totas, integras; non omnes, quæ in mundo ſunt, vlmos.

NITI, & OBNITI quum ex vno ſit intellectu, acceptis tamen præpoſitionibus fit diuerſum: niti enim poteſt videri, aut aliquam gratiam, aut honorem, aut vtilitatem erumnoſo tendere ſine labore: quanquam in aliquibus grauius audiatur, vt ſint enixæ, pariendi labore defunctæ. Inniti autem incumbere manifeſtum eſt. Virgil. libro vj: Ille, vides, pura iuuenis qui nititur haſta. Obniti vero eſt contra aduerſa obluctari. Virgilius ſæpe: Vſque adeo obnixi non cedere. Et alibi: Obnixi torquent ſpumas, & cærula verrunt. Terentius Andria: Pedibus manibuſq. obnixe omnia facturum.

ILLIX & ILLEX hoc diſcernuntur; ab illiciendo illix; illex vero, a quo lex non ſeruetur. Plautus Pœnulo: Qui illi malæ rei tantæ fuimus

illices. Idem Perſa: Iniure, illex, (hoc eſt, viuens ſine lege, ſine iure) labes populi.

Ergastilvm, & Ergastilvs vt genere, ita intellectibus differunt: nam neutro carceris locus eſt; maſculino cuſtos pœnalis loci. Lucil. lib. xv: Non ergaſtilus vnus & alius iudicem appoſuit, vt nemo ſententiam libere, quaſi ergaſtilus poſſit dicere.

Fremere & Frendere hoc diſparantur, quod eſt fremere, magnum ſonare. Virgilius Georgic. lib. ij: Fluctibus, & fremitu aſſurgens, Benace, marino. Frendere alicubi cum gemitu, vel iracundia miſerum, aut minax ſonare. Virg. Æn. lib. iij: Luminis ecfoſſi fluidum lauit inde cruorem Dentibus infrendens gemitu. Pacuuius Antiopa: Frendere noctes miſera, quas perpeſſa ſum. Plautus: Nec machæram audes dentes frendere. Pacuuius Antiopa: Fruge frendo ſolas, ac ſic probore. Accius Troadibus: Saxo fruges frendas.

Fora & Fori, vt genere, ita & intellectibus diſcernuntur: neutro enim loca ſunt, quibus ius dicitur; maſculino, ſpatia in nauibus, vt Virgil. lib. vj: Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant, Deturbat, laxatq. foros; ſimul accipit alueo Ingentem Æneam. Vel locus apertus ac patens; vnde & gladiatores foros facere dicuntur, quum longo circuitu ſectantur.

Edvcere & Edvcare hanc habent diſtantiam: educere eſt extrahere: educare, enutrire, & prouehere. Varro Cato, vel de liberis educandis: Educit enim obſtetrix, educat nutrix, inſtituit

pædagogus, docet magiſter.

ABORSVS & ABORTVS ſignificationes varias habent: Aborſus enim ille dicendus eſt, qui eſt in primis menſibus, quum conceptui exordium factum eſt: abortus prope tempus pariendi: tunc enim moritur quod naſcitur. In plurimis hæc reconditis inuenimus.

INCIPIT DE IMPROPRIIS.

EDOLARE fabrorum verum verbum, quum materiarum complanatur aſperitas. Vſi ſunt eo laudandi ſcribtores vetuſtatis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Vimarco: Quum Quintipor Clodianus tot comœdias ſine vlla fecerit Muſa, ego vnum libellum non edolem, vt ait Ennius.

SVLCVS, omne quicquid in longitudine aculeatum eſt, dici poteſt veterum auctoritate doctorum. Varro Vimarco: — Et pater Diuum triſulcum fulmen igni feruido Actutum mittat in tholum macelli. Virgil. Æn. lib. ij: — Et linguis micat ore triſulcis.

PENVLAM abuſiue, omne quicquid tegit, nobiliſſimi veteres tranſtulerunt. Varro Manio: Et quum corrigia diſruptas tonat haridum, reliquum pedem penula ſcortea pertegere.

VITREVM, pertenue & perlucidum quicquid eſt, auctoritate veterum dici poteſt. Varro Modio: Quam ſtorum vitreæ togæ oſtentant tunicæ clauos.

TELA etiam lapides dici poſſe auctoritas docuit, & omnia quæque iaciuntur. Siſenna Hiſtor. lib.

libro iij: Manualis lapides diſpartit, propterea quod is ager omnis eiuſmodi telis indigebat.

Silentium fieri conſuetudine ſumtum eſt: Siſenna de contrario Hiſt. lib. iiij. oriri: De contrario ſilentium oritur.

Cæcum, non ſolum oculis captum, ſed & inſidioſum, & occulte malum, & tacitum vel latens quid, dicendum veteres æſtimauerunt. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Subito mare perſubhorreſcere, cæcoſq. fluctus in ſe prouoluere leniter occœpit. Virgil. Æn. lib. vj: Cæca regens filo veſtigia.

Labra non hominum ſolum, ſed & margines vel fines dici poſſe auctoritas perſuadet: nam & labruſcam genus eſſe erraticæ vitis volunt, quæ in ſæpibus, & in labris agrorum, & in terminis naſcitur; vt Virgil. in Bucolicis: Syluestris raris ſparſit labruſca racemis. Siſenna Hiſt. libro iiij: Innoxos trementibus artubus repetente extra his, atq. labro ſummo fluminis, cælo albente. Virgil. lib. viij: Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis.

Interfici & Occidi & inanimalia veteres poſſe vehementi auctoritate poſuerunt. Plautus in Menæchmis: Occiſa eſt hæc res. Lucillius: Durum molle voras, fragmenta interficis panis. Virgilius Georgic. lib. iiij: Fer ſtabulis inimicum ignem, atq. interfice meſſes. Salluſtius Hiſt. lib. ij: Multiq. commeatus interierant inſidijs latronum. Plautus Mercatore: —— Mihi harum ædium Interemtus, interfectus eſt. Lucillius: Intereunt, labuntur, euntur omnia vorſum. M. Tullius Oeconomico: Nullo modo facilius arbitror

poſſe neq. herbas areſcere & interfici, neq. terram ab ſole percoqui. Idem ad Hirtium lib. viiij: Dicis quaſi iſtuc intereat, neſcio; niſi tamen erat mihi iucundum, ſeueritus nequi caſum perimeret ſuperioris.

GANNIRE quum ſit proprie canum, Varro aſinos rudere, canes gannire, pullos pipare dixit; & Lucret. lib. v: — Alio pacto gannitu vocis adulent. Etiam humanam vocem nonnulli gannitum vocauerunt. Afranius Proſa: Gannire ad aurem numquam didici. Lucillius libro vij: Eodem pactolo gannis.

DOTATAM non a dote dici, ſed ab omni qualibet copia Cicero de Orat. lib. j. auctor eſt: Cuius artem quum indotatam eſſe, & incomitatam, & incomtam videres, verborum eam dote locupletaſti & ornaſti.

PVTIDVM & ſenſibus & auribus probari Cicero de Orat. lib. iij. ſcribit: Quoniam hæc ſatis ſpero vobis quidem certe maioribus natu moleſta & putida videri.

CINNOS, ac FVCVM, quod eſt alius coloris, etiam non talium rerum Tullio auctore dicimus, de Orat. lib. iij: Atq. eo citius in oratoris aut poetæ cinnis ac fuco offenditur.

ABDICARE non ſolum de patris facto poteſt dici, quod eſt familia abijcere, ſed rem quamlibet negare. Pacuuius Atalanta: Mortem oſtentant, regno expellunt, conſanguineam eſſe abdicant.

EQVISONES, non equorum tantum moderatores aut magiſtros, ſed omnis quibus regimen

conceditur cuiuſlibet rei, dici poſſe veteres probauerunt. Varro Marcipore: Hic in ambiuio nauem conſcendimus paluſtrem, quam nautici equiſones per viam conducerent loco.

MERIDIEM mediam dici partem omnes putant ſolum eſſe dicendum, quum & noctis eſſe eam temporis partem doctorum auctoritas dixerit. Varro Marcipore: Repente noctis circiter meridie, Quum pictus aer feruidis late ignibus Cæli choreas aſtricas oſtenderent. Nos in epiſtolis, quæ inſcribuntur, a doctrinis de peregrinando & vigilia: Igitur aliquando, & moracium cogitationum priuſquam in meridie & torpitudinem pelleret.

RHEDAM pro curru. Varro Marcipore: Dixe Regi Medeam aduectam per aera in rheda anguibus.

FASCEAM pro cortice. Varro Gerontodidaſcalo: In quibus Lybiſſa citrus faſcijs cingit forem.

LIBRVM pro cortice. Virgil. Georg. lib. ij:
—— Vdoque docent inoleſcere libro.

VISCVM poſitum pro rete, a tenacitate. Varro Parmenone: Lepuſculi timentis hoc quadrangulum Dedit Diana, rete nexile, arcyas, Viſcum fugæ, lineamque compedam.

CALCAR pro impetu. Varro Seſquiulixe: Ventus ſuccaſu vehementius ſufflare, & calcar admouere.

EBRIOS, & IEIVNOS non vinulentos, aut ſine cibo, ſed expletos qualibet re poſſumus dicere. Varro Eumenid. Et ceteri ſcholaſticis auris au-

ribus ſcholica dape, aqua ebrijs feſticc ἀπεραντολογία conſurgiā conſurgimus ieiunis oculis.

GIBBERVM pro exſtanti, & eminenti. Varro Eumenid. Item tragici prodeunt cum capite gibbero, quum antiqua lege ad frontem ſuperficias accedebat.

TORRERE non ſolum ignis, ſed etiam frigus poteſt auctoritate. Varro Eumenid. --- Capite aperto eſſe iubet, ante lucem ſuſcitat, Frigore torret, venatum eijcit ieiunio vellicem. Cuius auctoritatis grauitatem ſecutus Maro a vero non aberrauit, Georgic. lib. j: --- Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

ÆDIFICANDI manifeſta eſt ſignificatio; ab eo tractum eſt, vt quæque fabricantur qualibet opera, ædificari dicantur. Virgil. Æn. lib. ij: Inſtar montis equum diuina Palladis arte Ædificant.

SQVALERE non ſordium plenum eſſe tantummodo, vt nunc conſuetudine perſuaſum eſt, ſed honeſta re abundare, & refertum eſſe veteres honeſta auctoritate poſuerunt, duciq. hanc ſignificantiam a ſquamis putant: vt enim eſt in corporibus ſordium alta congeries, quæ ſqualere dicuntur; ita quod fuerit qualibet re denſatum, oneratum, inculcatumque, ſqualere voluerunt. Virgilius libro x: Per tunicam ſqualentem auro. Accius Pelopidis: Eius ſerpentis ſquamæ ſqualido auro & purpura textæ.

TRANSGRESSVS a pedum gradu proprie dicitur, ſed auctoritas vetuſtatis liberiorem loquendi vſum dedit, vt Salluſtius Hiſt. libro j. & de his qui nauigaſſent, & de ipſis nauibus, eo verbo vti

voluit, in quibus gradus non ſit deſertio: Nactus obſcuram noctem, æſtu ſecundo. * Ac inde qui: Tranſgreſſos omnis recipit mons præceptus a Luſitanis. Alibi de ſcaphis: Earum alię paulum nimio progreſſæ inter cum ſicco onere, quum pauor corpora agitauerat, deprimebantur. Lucretius: Præter radit enim vox fauces ſæpe, facitque Aſperiora foras gradiens arteria clamor.

BIBERE recte dici ea omnia quæ hauſtus habent, vt animalia, & terræ; vt Virg. in Bucolic. --- Sat prata biberunt. Verum auctoritate literata etiam arida, ac ſicca, & quibus hauſtus non ſit, bibere poſitum inuenimus. Virgil. lib. xj: Haſta ſub exertam donec perlata papillam Heſit, virgineumque alte bibit acta cruorem.

LIBIDINEM, & ADPETITVM, vel ÆMVLATIONEM etiam honeſte rei poſſumus dicere, vt ſit libido omne quod libuerit. Salluſtius in Catilinæ bello: Magiſq. in decoris armis, & militaribus equis, quam in ſcortis atq. conuiuijs libidinem habent.

VSV, id eſt, vtendo; vnde & vſurpare dictum eſt obtinere quicquam poſſit veteres vſu perire, hoc eſt non vtendo aliquid poſſe. Plautus Amphit. Es profecto, caue ſis ne tu te vſu perduis.

FVRTVM etiam non ablata res, ſed omne quicquid occulte geritur; auctoritate veterum dici poteſt. Virgilius Georgic. lib. iiij: Vulcani, Martiſque dolos, & dulcia furta. Plautus Amphitryone: Manifeſtum hunc obtorto collo teneo furem flagitij.

INGREDI non ſolum, vt eſt manifeſta eius

verbi ſignificatio, ſed & venire, ac ſe oſtendere auctoritate Plauti poſſumus dicere, in Amphit. Nihilne te pudet, ſceleſta, populi in conſpectum ingredi?

OBSEQVIA non ſolum minorem maioribus exhibere, ſed & minoribus per vicem, veterum excellens auctoritas voluit. Plautus Aſinaria: Ego ſane cupio obſequi gnato meo.

VERSVTOS non ſolum ad malitiam callidos, verum & recte peritos intelligi poſſe Plautus informat in Aſinaria: Nec magis verſutum, nec quo caueas ægrius: Eidem homini, ſiquid recte curatum velis, Mandes.

DEVORARI non ſolum cibus gutture, ſed & vox auribus poteſt. Plautus in Aſinaria: Auſcultate, atq. operam date, & mea dicta deuorate. Et in Aulularia: Nimium libenter edi ſermonem tuum.

BICIPITEM quod incorporatum eſt poſſe dici Var. de vita pop. Rom. lib. iiij. aperuit: In ſpem adducebat non plus ſoluturos quam vellent.* Iniquus equeſtri ordini iudicia tradidit, ac bicipitem ciuitatem fecit, diſcordiarum ciuilium fontem.

DEFÆCATA, omnia puta, & inturbata, & ſine ſordibus poſſumus dicere, vt vinum ſine fæcibus. Plautus in Aulularia: Nunc defæcato demum animo egredior domo.

MALITIAM veteres, vt dolum medium, ponendam eſſe dixerunt, quaſi ſit & bona. Plaut. in Aulul. Certo edepol equidem te ciuem ſine mala omni malitia. Adeo vt improbum propoſuerit malo, quod leuius putatur. In eadem: --- Quid fa-

ctis? neq. malis, neq. improbis.

Belvam indifferenter poſuit auctoritas veterum. Plautus Aulularia: --- Quo quidem agno ſat ſcio Magis curioſam nuſquam eſſe vllam beluam.

Quum ſit Grocire coruorum, Plautus in Aulularia Cantare eos dixit: Non temere eſt quod coruus cantat nunc mihi ab læua manu.

Rostrvm hominis dici non debere conſuetudo præſumſit. Apud Plautum in Menæchmis poſitum: Apud menſam plenam homini roſtrum deliges. Nouius Pedio: Nec vmquam vidit roſtrum tragœdia tantum Titi. Lucil. Sat. lib. quinto: Ne deſignati roſtrum prætoris pedeſque Spectes. Idem libro nono: Arripio, & roſtrum, labeaſque hoc Zepheri atq. in Percutio, denteſq. aduorſos diſcutio omnis. Varro Periplu libro ij. περὶ φιλοσοφίας: Itaque videas barbato roſtro illum commentari, & vnum quodque verbum ſtatera auraria pendere. Idem Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Roſtrum in protrudendum ceſſerent.

Fatvm, ſicuti communiter intelligitur, ſignificantiam decreti habet; a doctis tamen indagationes inuenimus poſitum eſſe pro voluntate. Virgil. lib. vij: Heu ſtirpem inuiſam, & fatis contraria noſtris Fata Phrygum. Nec enim Iuno, aut quiſquam Deorum fatum habet, quod ipſi faciunt. Et in eodem: Filius huic fato diuum, proleſque virilis Nulla. Et in alio: Et ſic fata Iouis poſcunt, hic terminus heret.

Rictvm ferarum dici volunt, quum Titinnius auctor ſit etiam hominis dici debere: Caue,

exporge frontem, labeat ſemper facto rictus. Item Pomponius Proſtibulo: Quis hic eſt? quamobrem hic proſtat? rictum & labeas quum conſidero. Lucillius Satyr. lib. iij: Malas tollimus nos, atque vtimur rictu. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Ante auris modo ex ſubolibus paruuli intorti dimittebantur, ſed cincinni oculis ſuppætulis, nigellis pupulis, quam hilaritatem ſignificantes animi, rictus paruiſſimus, vt refrenato riſu roſeo.

STVPRVM, quod cum viduis committitur, hoc ſolum dici putant: veteres pro adulterio & vitio ponunt. Plautus Amphit. Stupri, dedecori a viro argutam meo. Salluſt. Hiſt. lib. iij: Ac ſtatim fugitiui contra præceptum ducis rapere ad ſtuprum virgines matronaſque.

THESAVRVM etiam copiam peſſimæ rei dici poſſe Plautus voluit in Amphit. --- Qui domi vxorem meam Impudicitia impediuit, teneo theſaurum ſtupri.

COMPOTEM in bonam partem ſolum accipi putatur, quum & in malo poſitum ſit. Plautus Epidico: Cedo manum. accipe erumnarum & miſeriarum compotem. Næuius Danae: Eam nunc eſſe inuentam probri compotem ſcis.

VIVA poſſe dici ea quæ neq. anima, nec ſpiritu moueantur, Virgilius auctor eſt Æneid. lib. j: Intus aquæ dulcis, viuoq. ſedilia ſaxo, Nympharum domus.

INDOLEM adoleſcentium tantum conſuetudo dicit quaſi noue ſubſole: indoles autem eſt crementum: veteres autem ſenum dixerunt. Plautus in Milite: Si albet capillus, hic videtur neuti-

quam ab ingenio ſenex, Ineſt in hoc emuſſitata ſua ſibi ingenua indoles.

ALACRITATEM in malis habendam Cicero Tuſcul. oſtendit: Vir igitur temperatus, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate vlla, ſine libidine, nonne beatus?

CATVLI non ſolum canum diminutiue, verum omnium animalium appellantur. Virgilius Georg. lib. iij: Tempore non alio catulorum oblita leæna. Et alio loco, de ſerpentibus: Quum poſitis nouus exuuijs, nitiduſque iuuenta Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens. Plautus Truculento: Iam hercle ego hic te mulier, quaſi ſus catulos, pedibus proteram. Lucretius lib. quinto: At catuli pantherarum, ſcymniq. leonum. Lucil. Sat. lib. iiij: Concurſaret agros catulos, fetumq. ferat. Idem lib. vij: --- Rate ad catulos accederet inultum.

COMPRESSVS cum virgine admiſſus dicitur: Plautus in Truculento etiam coitum cum meretrice compreſſum dici vult: Nunc ad amicam decimo menſe poſt Athenas Atticas Viſo, quàm grauidam hic reliqui meo compreſſu, quid ea agat.

OPIFICEM non ex ope poſſe dici Cicero Tuſcul. lib. v. auctor eſt: Aduena quidam & ignobilis verborum opifex inſinuaſſe in antiquam philoſophiam videtur.

SEMINA pro virgultis, vel malleolis, vel ſurculis dici poſſe auctoritatem Virgilius dedit in Georgic. lib. ſecundo: Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Sæpius ad capita, & duros ia-

ctare bidentis.

SVMEN proprie a ſugendo dictum: nam & mulieris mammam ſumen veteres dici volunt. Lucil. Satyr. lib. quarto: Quod ſi nulla poteſt mulier tam corpore duro Eſſe, tamen tenero maneatq. ſucuſſa lacerto, Et manus vberi lactanti in ſumine ſidat.

EXVVIAS & SPOLIA non ſolum hominum tegmina, aut veſtes dici poſſe, Virgilius auctor eſt, Georgic. lib. tertio, dicens de ſerpente: Quum poſitis nouus exuuijs, nitiduſque iuuenta Voluitur. Accius Bacchis: Tunc pecudum exuuias læuo pictas lateri accommodant. Lucretius: —— Nam ſæpe videmus Illorum ſpolijs vepres volitantibus auctas.

DIVORTIA non coniugij diſtractionem ſolum, ſed etiam omnium inflexionum, quæ a recto detorquentur, Virg. auctor eſt lib. viiij: Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota. Huc illuc.

VIRGINES non ſolum feminæ dicuntur, verum etiam pueri inueſtes: nam & quicumq. ex ephebis exceſſerat, deuirginari dicebantur. Varro περὶ ἐξαγωγῆς: Quam ſympathiam lumbi ad oculos haberent, quid imaginum intereſſet, puer vtrum eſſe deuirginatum vſurus, an monuce ἐφόδους purus, dum cogito.

ENIXAS non in partu ſolum poſſumus dicere, ſed etiam omni labore exercitas, auctore Virgilio Æneid. libro iij: Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemque ſuperbum Seruitio enixæ tulimus.

PRANSI non ſolum qui panderent dicuntur, ſed etiam quibus nihil deſit. Varro Flaxtabu-

lis, περὶ ἐπαρχιῶν: Quare, o Marce, pranſum ac paratum eſſet, hoc minime oportet.

O s, roſtrum, vel faciem hominum tantum dici putant; vt de roſtro Virgil. lib. viiij: --- Donec Rutuli clamantis in ore Condidit aduorſo. De facie, idem Æneid. lib. primo: Os humeroſque Deo ſimilis. Quum auctoritate veterum & pecudum & ferarum dici poſſit. Virgilius libro xij: Ora citatorum dextra detorſit equorum. Os etiam alicuius rei & omne patens accipi poteſt. Virgil. Georgic. lib. iij: Quam ſiquis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os. Et de leone libro xij. idem: Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento. Idem lib. ij: --- Et ingentem lato dedit ore feneſtram. M. Tullius de ſupplicijs in Verrem: Nam in ipſo aditu, atq. ore portus.

D o r s a, & T e r g o r a, hominum vel aliorum animantium dici tantum conſuetudo putat, quum & aquarum dici poſſit. Virgil. in Georg. lib. iij: Vndaq. iam tergo ferratos ſuſtinet orbes. Et in Æn. lib. j: Dorſum immane mari ſummo.

Omne caſtum veteres incorruptum ſub V i r g i n i s vocabulo appellauerunt. Cicero in Orat. Philoſophia caſta, verecunda, virgo incorrupta.

N i d o s non ſolum domicilia auium, ſed & fetus earum Virgilio auctore dicere poſſumus, in Georg. lib. quarto: --- Ipſaſque volucres Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam.

I m b r e s conſuetudo agmen cæleſtium aquarum, & pluuiarum induxit ſolum dici, quum auctoritas variet. Virg. omnium aquarum dixit, in Georgic. lib. iiij: --- Ipſe feracis Figat humo plantas,

& amicos irriget imbres.

PECVDES non ſolas quadrupedes, ſed etiam alia animalia dicere Virgilio auctore poſſumus, in Georgic. libro quarto: Quem mihi vix frugum, & pecudum cuſtodia ſollers. Et: Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent. Varro Sexageſi: Neq. quaſſagipennas anates, tremipedas, buxeis roſtris pecudes, paludibus nocte nigra ad lumina lampadis ſequens.

PACEM PETI & a dijs poſſe Virgilius ſignificat in Georgic. lib. iiij: --- Tu munera ſupplex Tende petens pacem. Et in Æneid. libro iij: Hic Helenus cęſis primum de more iuuencis Exorat pacem diuum. Plaut. Amphitr. Vt Iouis ſupremi multis hoſtijs pacem expetam.

PROFVNDVM non ſolum in imum altum, ſed etiam ſummum dici poſſe auctoritas vſurpauit. Virg. Æn. lib. j: Ni faciat, maria, ac terras, cælumq. profundum.

PROCACITATEM non animantium ſolum, a procando, & poſcendo dici poſſe Virgilius auctoritatem dedit, lib. j: --- Penituſq. procacibus Auſtris; quod eſt, ſæuientibus, procelloſis.

PVTIDVM non ſolum ab ore fœtido, & graui, quod naribus probetur; ſed & quod auribus triſte, inſuaue, auſterum, rancidum eſt, putidum dici poſſe auctoritas vetuſtatis admiſit. Cicero in Oratore: Quonam igitur modo audiretur Myſus, aut Phryx Athenis, quum etiam Demoſthenes agitetur putidus?

DEVOTVM ad proſperum tantum vſus trahit; ſed auctoritas & aduerſum ſignificare voluit. Vir-

gilius in Æneid. lib. primo: Præcipue infelix peſti deuota futuræ.

Reos non ſolum crimini & culpæ obnoxios, ſed etiam honeſti vel voti debitores promiſſi, auctoritas voluit. Virgil. in lib. v: Conſtituam ante aras voti reus.

Dapes non tantum opiparos apparatus, aut religioſos, ſicuti plerumque, ſignificare, ſed & vitabilis, & infandos cibos, auctore Virgilio poſſumus dicere, in Æneid. lib. iij. Cyclopem deſcribens hoſtes ad humana viſcera: Nam ſimul expletus dapibus, vinoq. ſepultus. Et in Bucolic. Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

Domum conſuetudo hominum tantum habitacula dici putat, quum auctoritas & templum, & nidos domum duxerit. Virgilius libro ſexto: Oſtia iamq. domus patuere ingētia centum Sponte ſua. Et in Georg. lib. ſecundo: Antiquaſq. domos auium cum ſtirpibus imis Eruit.

Incestum vſu dicitur flagitium in affines admiſſum; ſed & inceſtare, funere polluere, auctore Virgilio poſſumus dicere, libro ſexto: Præterea iacet exanimum tibi corpus amici, Heu neſcis, totamq. inceſtat funere claſſem.

Revocare pedem quum hominum, & aliquarum animantium dici manifeſtum ſit, Virgilius lib. nono etiam fluuiorum dici poſſe oſtendit: --- Cunctatur & amnis Rauca ſonans, reuocatq. pedem Tiberinus ab alto. Et Plautus remos nauium pedes dixit.

Mvrices vetuſtas etiam ſaxorum aſperitates, tela omnia voluit poſſe dici. Virgilius libro v:

-- Et acuto in murice remi Obnixi crepuere.

DENTES non ſolum quibus cibus atteritur, ſed omne quibus aliquid exſecari vel teneri poteſt, Virgilius dici voluit; vt in Georg. lib. ij. de falce: — Et curuo Saturni dente relictam Perſequitur vitem attondens, fingitq. putando. Et in Æneid. libro ſexto: — Tum dente tenaci Anchora fundabat nauis.

LOCVPLETIS non magnarum opum tantummodo, ſed & ad quamlibet rem firmos & certos M. Tul. dici voluit, ad Cæſarem iuniorem lib. ij: Nihil omnino certi, nec locupletem ad hoc auctorem habebamus. Et de offic. lib. iij: Accedit eo teſtis locuples Poſidonius.

MONVMENTA & templa dici poſſe, M. Tullius auctor eſt, in Verrem act. ij: Auſum eſſe in æde Caſtoris, celeberrimo clariſſimoq. monumento, *quod templum in oculis, cotidianoque aſpectu populi R.* poſitum eſt.

PROMERITVM etiam in mala parte poſuit Plautus in Amphit. Quid mali ſum ere tanta ex re promeritus?

PALLOREM, vetuſtatem, & neglegentiam Lucillius libro xxx. voluit dici poſſe: Lana opus omne perit, pallor, tiniæ omnia cædunt.

BONVS & fortis, & pius dici poteſt. Lucillius lib. xxx: Caluus Palantino quidam vir nobilis bonus bello. Virgil. in Georgic. lib. ij: — Et bona bello Cornus.

MVLTARE quum ſit condemnare, poſitum eſt augere, voti compotem reddere. Nouius Colace: Et aſſeri laudes ago quum voti me multatis

meis, Quod præter quam vellem audiebam, hoc mihi Ennius.

DISCIPLINOSVS etiam peſſima arte poteſt dici. Cato de re militari: Quam gladiator diſciplinoſus.

PROPITIOS & homines placatos dici vetuſtas voluit. Lucil. lib. xxvij: In bonis porro eſt viris, ſi irati, ſeu cui propitij Sunt di, diutius eadem vna maneant in ſententia, Nam cum benignitate ſolicito propoſitos. Terentius in Adelphis: --- Quam vt ea, quæ parentes propitij.

CACHINNARE non riſu tantum, ſed & de ſono vehementiore vetuſtas dici voluit. Accius Finidis: Simul & circum magna ſonantibus Excita ſaxis ſæua ſonando Crepitu clangente cachinnant.

TACERE etiam ea poſſumus dicere, quæ ſine voce, vel ſono ſunt. Virgil. Æn. lib. iiij: --- Totumq. pererrat Luminibus tacitis. Et: Quum tacet omnis ager.

AFFARI non ſolum reſpondere, vel fabulari, ſed etiam rogare poſitum. Accius Tereo: Deum Cadmo generatum Semela affare, & famulanter pete. Virgil. Æn. lib. iiij: I ſoror, atq. hoſtem ſupplex affare ſuperbum.

FASTIGIA conſuetudine ſummæ altitudines dici putantur, quum ſint & imæ; ſignificant & finis. Virgil. Georgic. lib. ij: Forſitan &, ſcrobibus quæ ſint faſtigia, quæras. M. Tull. de offic. lib. iij: Sed quoniam operi inchoato, prope tamen abſoluto, tamquam faſtigium imponimus.

NVMERVM & de his quæ non numerantur,

ſed admetiuntur, dici auctoritas voluit M. Tul. de offic. libro iij: Si, exempli gratia, vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit.

FERVOR quum ex igni ſit, & ex flammis, ex contrario & frigoribus poſitus inuenitur, vt ſit feruere, non ſolum ex incendio calere, ſed ex quibuſcumq. moleſtijs perturbari; vnde & iactus marini, & exæſtuatio animi ſub hac ſignificantia recte poſiti ſentiuntur. Virgil. Georg. lib. j: Omnia tunc pariter vento, nimbiſque videbis Feruere.

TEMPLVM & ſepulchrum dici poteſt veterum auctoritate. Virgilius Æneid. Præterea fuit in tectis de marmore templum Coniugis antiqui.

VESTIGIA conſuetudine ſigna impreſſorum pedum dicimus. Lectum inuenimus partes extremas pedum dicta veſtigia. Virgil. lib. v: --- Veſtigia primi Alba pedis, frontemq. oſtentans arduus albam.

PARERE etiam viros dici poſſe Cæcilius auctor eſt: Calchiſſat hic vicinus ſe aſperiſſe & vobis. Datum id prudenter, & natum ab Homero: *Ἀντὰρ γλαῦκος ἔπικτεν ἀμύμονα βελλοροφόντην.* Parere etiam dictum ea, quæ non concipiant. Virgil. lib. xj: Ite, ait, egregias animas, quæ ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo.

VIROS etiam de animalibus poſſe dici Virgilij auctoritas iubet, in Bucol. Vir gregis ipſe caper deerrauerat. quum poſſet maritum dicere; ſicut in Georg. lib. iij: Quem legere ducem, & pecori dixere magiſtrum.

GRVNDIRE quum ſit proprie ſuum, vt Labe-

tius in Sedicito:--- Grundiêtem aſpexi ſcropham. Et Claudius lib. xvj: Agni grundibant grumiter pecus ſuillum: Etiam Hominum eſſe grunditum Cæcilius in Imbris deſignauit: --- Cruento ita ore grundibat miſer.

Insaniam non hominibus ſolum, aut animalibus, verum & his quæ ſine anima ſint. Virgilius in Bucolicis: Huc ades, inſani feriant ſine litora fluctus.

Eligantes non ſolum, vt conſuetudine, ab eligantia ingenij, aut cultus electione & dilectu plerumque dici poteſt; ſed a veteribus etiam vitio datur. M. Tullius in Clodium, & Curionem: Tu eligans, tu ſolus vrbanus, quem decet muliebris ornatus, quem inceſſus pſaltriæ; qui leuare vultum, mollire vocem potes. Cato Carmine de moribus: Auaritiam omnia vitia habere putabant, ſumtuoſus, cupidus, eligans, vitioſus.

Amarvm non ſolum ex ſapore triſte, ſed quacumque cauſſa terribile, & impenſum Maronis auctoritate dicimus, Æn. lib. x: Hoſtis amare, quid increpitas, mortemque minaris?

Mvltitvdo quum ſit numeri populorum, vt quidam putant, Varro pro multo non abſurde etiam adſcripſit de vita pop. Rom. lib. ij: Nihilo magis propter argenti facti multitudinem hijs erat furandum, quod propter cenſorum ſeueritatem nihil luxurioſum habere licebat.

Sangvinvlentvm corporum poteſt eſſe. Lectum eſt & de incorporeis. Varr. de vita pop. Rom. libro iiij: Itaque propter amorem imperij magiſtratus gradatim ſeditionibus ſanguinulentis,

aut dominatus quo appellerent.

Pondvs pro numero. Var. de vita pop. Rom. lib. iiij: E Grecia Aſias in villas comportaſſe magnum pondus omnium artificum.

Carere etiam re bona poteſt dici. Turpilius Demetrio, dolentis perſona: Meos parentis careo.

Avdiendi ſenſum etiam his rebus Virgilius dedit, quæ nec aures habent, nec ſenſum; Georg. lib. j: --- Et fruſtra retinacula tendens Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Cavi proprietas eſt, ſinuoſi, & concaui, ac per hoc ſine dubitatione corporalis. Virgilius vero etiam de incorporalibus, quæ ſunt inania tantum, vel obſcura, dici poſſe teſtatur lib. vj: Et ni docta comes tenuis ſine corpore vitas Admoneat volitare caua ſub imagine formæ. Et libro decimo: Tum dea nube caua tenuem ſine viribus vmbram.

Lavare quum ſit eluere, & emaculare, & aquis ſordida quæque purgare, vetuſtatis auctoritas poſuit etiam polluere. Virgil. Georgic. lib. iij: --- Lauit ater vulnera ſanguis. Et x: --- Lauit improba teter Ora cruor. Plautus Pſeudulo: ---Eas lachrymis lauis. Ennius Hecuba: Eu me miſeram, interij, pergunt lauere ſanguen ſanguine. Varro ἑκατόμβῃ. Pater vt cruore laueret ararum aggerem. Afranius Suſpecta: Viden tu lauere lachrymis me tuum collum, pater.

Animas pro corporibus. Virgilius lib. xj: Ite, ait, egregias animas, quæ ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo, decorate ſupremis

Muneribus. In quo etiam hoc nouum eſt, quod Patriam poſuit pro regione, vel terra; quum patria ſit ciuitas, vel vrbs parentum.

INCIPIT DE CONTRARIIS GENERIBVS VERBORVM.

Avcvpavi, actiuum poſitum pro paſſiuo. Titinnius Veliterna: Id ego aucupaui, plenas auris affero. Plautus Truculento: Lepide ecaſtor aucupaui, atq. e mea ſententia. Idem Menæchmis: Vt concedamus ex inſidijs aucupa. Ennius Medea: --- Fructus verborum aures aucupant. Pacuuius Chryſe: Incipio ſaxum tentans ſcandere verticem In ſummis, dein omnis partes proſpectum aucupo. Accius Aſtyanacte: Nunc in conſilio id reges Argiuum aucupant, Id quærunt. Idem Medea: Ego me extollo in abietem, alte ex tuto proſpectans aucupo.

Vagas, pro vagaris. Plautus in Milite: Te alloquor vitij, probrique plena, quæ circum vicinos vagas. Serenus in Opuſculis: Rure puellâ vagat virido. Pacuuius Medo: Quid tandem vbi ea eſt, quod receptat? exſul incerta vagat. Accius Bacchis: Deinde omnis ſtirpe cum inclyta Cadmeide Vagant matronæ percitatæ tumultu.*.vecordi vagas inſania. Turpilius Leucadia: Vultu vecordi vagas inſania. Accius Tereo: Fama nam nobilitas lata ex ſtirpe præclare vagat. Idem Medea: Vagant, pauore pecuda in tumulis deſerunt. Ennius Hectoris Lytris: Conſtitit credo Scamander, arbores vento vagant: Pacuuius Peribœa: In triplici per-

timefactus mærore animi errans vagat. Var. Pſeudulo Apolline, περὶ θεῶν ἀναγνώσεως: Quum ſex pueri, & puellæ pariter item ſex, aut ſeptem ſin vero, quę cum choro pari vagarunt. Idem Hercules tuam fidem: Per maritimas oras vagat, ſuffragantur. Pomponius Pappo præterito: Populis voluntas hæc eſt, & vulgo datas.*.

REFRAGABVNT, pro ſuffragabunt.*. poſt ſcio. Siſenna Hiſt. lib. xxiij: Multi populi, plurimæ contionis dictaturam omnibus animis & ſtudijs ſuffragauerunt.

MERET, pro meretur. Plautus in Menæchmis: --- Item huic vltro fit vt Meret, potiſſimus noſtrę domi vt ſit. Idem in eadem: Adibo, atque hominem accipiam dictis quibus meret. Turpilius Philopatro: Vtinam poſſim tibi referre gratias vt de me meres. Idem Hetæra: Meres, merito vt diligare.

AVSPICAVI, pro auſpicatus ſum. Plautus in Perſa: Lucro faciendo ego auſpicaui. Idem Sticho: Ea ego aucupaui in re capitali mea. Atta Lucubratione: --- Cum primo luci hodie vt exornata ſit, Atque vt auſpicetis; cras eſt communis dies. Cæcilius Plocio: Inſanum auſpicium aliter hiſtrionum eſt, Atq. vt magiſtratus, publice quum auſpicant. Næuius belli Pœnici lib. iiij: Virum Prætor aduenict, auſpicat auſpicium proſperum.

DELVCTAVI, pro deluctatus ſum. Plautus in Trinummo: Cum hiſce erumnis deluctaui. Idem in Vidularia: Quid multa verba? plurimum luctauimus. Terentius Hecyra: Dicitque illi annulum ſeſe, dum luctat, detraxiſſe.

Scrvto. Plautus in Aulularia: Poſtremo hunc iam perſcrutaui.

Avgvro. Accius Oenomao: --- Atque ea coniectura auguro. Idem Amphit. Si ſatis recte, aut vera ratione augurem. Ennius Menalippo: --- Certo hic eſt, nullum quin monſtrum ſiet: Hoc ego tibi dico,& coniectura auguro. Pacuuius Chryſe: Propemodum animus coniectura de errore eius augurat. Cicero ad Caluum, Præſentit animus & augurat quodammodo, quæ futura ſit ſuauitas. Virgil. lib. vij: --- Hunc illum poſcere fata Et reor, &, ſiquid veri mens augurat, opto. M. Tullius de Repub. lib. iiij: Cui quidem vtinam vere, fideliter, abundiente augurauerim.

Assensit eſt & paſſiuum. Accius Neoptolemo: Vbi nihil contra rationem & quam habuit, aſſenſit ſilens. Idem Erigona: Aſſentio; age nunc tu tuam progeniem & ordinem. Pomponius Sponſa Papipol: Magis vbi cognorit, omnis vna aſſentiant.

Cvnctant, pro cunctantur. Accius Alpheſibœa: Ita territa membra animo ægroto Cunctant ſufferre laborem. Ennius Ambracia: Bene mones: tute ipſe cuncto, vide fortem virum. Idem Hectoris Lytris: Qui cupiant dare arma Achilli, vt ipſi cunctent.

Accinge, pro accingere. Pomponius Maccis geminis: Iam ego mihi adero; dum ego reuortor, age anus accinge ad molas.

Contempla. Accius Philocteta: Contempla hanc ſedem, in qua ego nouem hyemes ſaxo ſtratus pertuli. Næuius Danae: Contemplo

placide formam & faciem virginis. Titinnius Fullonibus: Aſpecta formam, atque os contempla meum. Ennius Medea: Aſta, atque Athenas, antiquum, opulentum oppidum Contempla. Plautus Aſinaria: Meum caput contemples.

ALTERCATA eſt, paſſiuum. Pacuuius Iliona: Cur illa que etur hic meum altercas? tace.

AMPLEXA, pro amplexare. Accius Alcmæone: Poſtremo amplexa, fructum quem dij dant cape. Cic. de Orat. libro iij: Nec voluptatem tuentur, quam amplexari poſſunt.

CRIMINAT. Ennius Satyr. lib. iiij: Nam is non bene vult tibi, qui falſo criminat apud te.

DIGNAVI, pro dignatus ſum, vel dignum duxi. Accius Meleagro: Remanet gloriâ apud me, exuuias dignaui Atalantæ dare. Pacuuius Hermiona: Quum neq. me aſpicere æquales dignarent meæ.

MISERARENT, pro miſerarentur. Accius Athamante: Atque ita de illis merui, vt iure hæc numquam miſerarent mala.

LARGI, pro largire. Lucillius lib. xiiij: Quod viſcus dederas, tu quidem hoc eſt viſcera largi. Accius Diomede: Benigne & pro beneficio largi, atq. ampliter. Cato Lege Bæbiâ: Pecuniam inlargibo tibi.

INTVI, & CONTVI, pro intueri. Turpilius Pedio: Tamen oculis longa intercapedine appetunt cupide intui. Pomponius Maccis geminis: Incœpi contui, conſpicio coleatam cuſpidem.

PROFICISCERET, proficiſceretur. Turpilius Hetæra: Hortatur hominem, quamprimum

proficiſceret.

Sortirent, pro ſortirentur. Varro Rerum humanar. lib. xx: Quum venerint cenſores, inter ſe ſortiant.

Moderant, pro moderantur. Pacuuius Periboea: Neque tuum te ingenium moderat, neq. fraternum ira exſilium leuat.

Sortivnt. Ennius Creſphonte: An inter ſe ſortiunt vrbem, atque agros?

Pollicere, pro polliceris. Var. Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῆς: Nam in omnibus legi, πολιτε καθ' ὑπέρβατον: Ne dares, ne polliceres quod datum eſt.

Popvlat eſt & paſſiuum populatur. Virgil. Georg. lib. j: --- Populatque ingentem farris aceruum Curculio. Cæcilius Aſoto: Iamdudum depopulat macellum. Ennius Ambracia: Agros audaces depopulant ſerui dominorum dominis. Quadrigarius: Agrum Nolanum populare cœperunt. Accius Aſtyanacte: Qui noſtra per vim patria populauit bona. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Protinus agros populabundus ad Nuceriam conuertit.

Pvnitvr aliquem, pro punit. M. Tul. de Offic. lib. j: Neq. ad eius qui punitur aliquem, aut verbis fatigat, ſed ad Reip. vtilitatem referri. Et Tuſc. lib. j: Quum multi inimicos etiam mortuos puniuntur.

Rvminat. Virgilius in Bucolicis: Ilice ſub nigra pallentis ruminat herbas.

Fabricantvr. M. Tul. de offic. lib. j: Vt enim pictoris, & hi qui ſigna fabricantur. Plautus Aſinaria: Fabricare quiduis, quiduis commi-

niſcere. Cic. de Orat. lib. iij: Capitolij faſtigium illud, & ceterarum ædium non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt.

PALPATVR. Lucillius lib. xxviiij: Hic me vbi videt, ſubblanditur, palpatur, caput ſcabit.

LVCTANT, pro luctantur. Ennius lib. viiij: Viri validis viribus luctant.

BELLANTVR, pro bellant. Virgilius lib. x: --- Et pictis bellantur Amazones armis.

PARTIRET, pro partiretur. Lucillius libro xxviiij: Quid quas partiret ipſe pro doctrina boni? Plautus in Aſinaria: Hanc quidem, quam nactus, prædam cum illis partiam.

IMPERTIT. Lucillius lib xxvij: Soſpitat, impertit ſalutem plurima, & pleniſſima.

COHORTARENT. Quadrigarius Annal. lib. v: Et dicerent caſtra capta eſſe, atque hos cohortarent, vti maturarent.

MODERANT, pro moderantur. Accius Epigonis: Viden vt te impietas ſtimulat, nec moderat metus? Pacuuius Peribœa: Neque tuum te ingenium moderat, neque fraternum ira exſilium leuat.

COMMISERESCIMVS. Virgilius Æneid. lib. ij: His lachrymis vitam damus, & miſereſcimus vltro. Ennius Hectoris Lytris: Per vos, & voſtrum imperium & fidem Myrmidonum vigiles commiſereſcite.

PRÆLIANT. Ennius Achille Ariſtarchi: --- Ita Mortales inter ſeſe pugnant, preliant.

COMPLECTITE. Pomponius Fullonibus: Quin ergo, quando conuenit, complectite? Mi

frater ſalue. O ſoror ſalue mea.

EXPERGISCERET, pro EXPERGISCERETVR. Pomponius Agamemnone ſuppoſito: Nequis miraretur, quum tam clare tonuerit, Vt, ſiquis dormitaret, expergiſceret.

LABASCOR pro labo. Accius: Nullum eſt ingenium tantum, neque cor tam ferum, Quod non labaſcatur lingua, mitiſcat mala. Varro Rerum diuinarum lib. vij: Poſtquam vidit miſericordia labaſci mentem infirmam populi.

CONGREDIAS. Plautus in Epidico: Quid ſi adeam? Haut ſcio an congredias, ſi hæc eſt.

CERTATVR, pro certat. Pacuuius Armorum iudicio: An quis eſt, qui te eſſe dignum, quicum certetur, putet?

FRVSTRO, pro fruſtror. Pomponius Maiali: Miſeret me eorum, qui ſine fruſtis ventrem fruſtrarunt ſuum.

IMITAT. Varro Epiſtola Latina lib. ij: Tuum opus nemo imitare poteſt. Liuius Achille: Si malos imitabo, tum tu pretium pro noxa dabis.

EXSECRARENT. Afranius Incendio: Experiurabant, exſecrabant ſe ac ſuos.

PROGREDI, pro progredere. Nouius Vindemiatoribus: Quid ſtas? age moue te inanem, i prius, progredi.

CONSOLARE. Varro Oedipothyeſte: Per idem tempus Oedipus Athenas exſul venire dicebatur, qui conſolaret.

MINITAS, pro minaris. Næuius Danae: Etiam minitas? mitte ea, quæ tua ſunt magis quam mea. Plautus in Amphit. Quid minitabas te facturum,

ſi iſtas pepuliſſem fores?

MVTVET, mutuum ſumat. Cæcilius Aſoto: Ad amicos curret mutuatum, mutuet mea cauſſa.

PERCONTAT. Nouius Maleuolis: Si percontaſſem, malum hoc me pręteriſſet. Næuius Belli Punici lib. ij: Blande & docte percontat. Æneas quo pacto Troiam vrbem liquerit.

OMINAS. Pomponius Cretula, vel Petitore: Bene eueniat. Ita ſit; & tibi bene ſit, qui recte ominas.

SVAVIES. Pomponius Munda: Ego illam non amplectar? ego non ſuauiem? Nouius Quæſtione: Mammas teneas, pedes extollas, ſuauies, congemit.

PACISCVNT. Næuius Belli Pœnici lib. vij: Id quoq. paciſcunt, vt mœnia ſint quæ Lutatium reconciliant. *. Captiuos plurimos Sicilienſes paciſcit, obſides vt reddant.

CONVIVANT, pro conuiuantur. Pomponius Munda: Si colendis conuiuant, idibus cænant foris. Ennius Satyr. lib. j: Malo hercle ſuo magno conuiuat, ſine modo.

MIRABIS. Pomponius Patruo: Mirum facies, fatuæ ſi ſtudium mirabis diu.

VRINANTVR. Cicero in Acad. lib. ij: Siquando enim nos demerſimus, vt qui vrinantur, aut nihil ſuperum, aut obſcure admodum cernimus.

MISERETE. Ennius Hecuba: Miſerete manus, date ferrum, qui me anima priuem.

OPINO, pro opinor. Plautus Bacchid. Præneſtinum opino eſſe, ita erat glorioſus. Pacuuius

Chryſe: Inueni opino eſſe optumum, Oreſtes vt heres ſed tamen. Ennius Eumenid. Tacere opino eſſe optumum, & pro viribus Sapere, atq. fabulari; tu te noueris. Cæcilius Aſoto: Nihil fore opino inter me atque illum.

PROMERES, promereris. Plautus in Trinummo: --- Nam retinere nequeo, quin dicam ea quæ promeros.

OPITVLA. Liuius Equo Troiano: Da mihi haſce opes, quas peto, quas precor, corrige, opitula.

FITE, imperatiuo modo. Cato de præda militum diuidenda: Tu diues fite. Craſſus lib. xvj. Iliados: --- Socij nunc fite viri. Liuius Odyſſea: Fit quoque fitum eſt.

POENITEBANT. Pacuuius Armorum iudicio, prologo: Nunc pœnitebunt, libunt liberi grato ex loco.

PARTIRET, pro partiretur. Afranius Diortio: Quum teſtamento patria partiſſet bona. Lucillius lib. iij: Tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum Partiſſes. Accius Chryſippo: Æternabilem diuitiam partiſſent. Ennius Telam. Eandem me in ſuſpicionem ſceleris partiuit pater.

RECORDAVIT. Quadrig. Annal. lib. iij: Is vbi dacium cognouit, & patria eum recordauit.

POTI, pro potiri. Pacuuius Iliona: Vſi honere credo adhuic ſceptrum patientur poti.

PRÆSTOLAT, pro præſtolatur. Turpilius Pedio: Ego præſtolabo illi, eo citante opitium. Liuius Tereo: Nimis pol imprudenter ſeruus præſtolaras.

REVORTIT. Pomponius Maiali:--- Cœnam quęritat; Si eum nemo vocat, reuortit męſtus ad menam miſeri.

RHETORICASTI, pro rhetoricatus es. Nouius Aſinio: Age nunc, quando rhetoricaſti, reſponde quod te rogo.

TVTANT. Plautus in Mercatore: --- Inuoco Vos lares viales, vt me tutetis. Næuius Lycurgo: Tuos qui celſos terminos tutant. Pomponius Partis: Non erat quod corpus tremulum famula tutaret toga. Pacuuius Peribœa: Tu mulier tege te, & tuta templa Liberi.

PATITOR, pro patere. Plautus in Aſinaria: --- Patitor tu item, quum ego te referiam.

COPVLANTVR, pro copulant; paſſiuum, pro actiuo. Plautus in Aulul. Adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras.

PRÆSAGITVR, pro præſagit. Plautus Bacchidib. Occidi. Animus iam ſtoc dicto plus pręſagitur mali.

EXPALPABITVR, pro expalpabit, quod eſt extorquebit. Plautus in Vidularia: --- Seruus a patre argentum expalpabitur.

REDDIBO, pro reddam. Plautus in Caſina: --- Ruri reddibo. Idem in Menæchmis: Saluum tibi ita vt mihi dediſti reddibo.

LVDIFICATA ero hominem, pro *ludificauero. Plautus Milite: Ni* ludificata lepide ero, culpam omnem in me imponito.

OSCVLAVI. Titinnius Ilarubra. Laudor, quod oſculaui priuignæ caput.

EXPEDIBO, pro expediam. Plautus in Tru-

culento: --- Ego expedibo, Rem perdidi apud vos. Pacuuius Peribœa: --- Mane, Expedibo; fac tu mihi contra quod rogo reſpondeas.

Mandvcatvr, pro manducat. Pomponius Pappo agricola: Neſcio quis ellam vrget, quaſi aſinus, vxorem tuam; Ita opertis oculis ſimul manducatur, ac molit. Lucillius Satyr. libro quarto: Aſſequitur neque opinantem, in caput inſilit, ipſum Commanducatur totum. Idem libro xiiij: Quum illud quid faciat, quod manducamur in ore. Afranius Fratrijs: --- Facile manducari qui poteſt.

Miseretvr, pro miſeret. Turpilius Epiclero: Quam matris tunc patris me miſeretur magis. Pacuuius: At accepiſti me iſtoc verbo, miſeretur tui.

Mvnerat, pro muneratur. Turpilius Thraſyleone: Dat vltro, ac munerat, quod ab illo abſtulit.

Rixat, pro rixatur. Varro Armorum iudicio: Illic viros hortari vt rixarent, pręclari philoſophi. Idem Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: Dormit alius, nimirum vigilant, clamant, calent, rixant. Idem de Re ruſtica lib. j: Ne familię rixentur cum vicinis.

Adivtatvr pro adiutat. Pacuuius Duloreſte: Illum quæro, qui adiutatur. Afranius Inimicis: Hoc obſecro igitur agite, & me adiutamini. Lucil. lib. xxvij: Nec ſi paulo minus vſuras, & magna adiutatus diu.

Pignerarētvr, pro pigneraret. M. Tullius de Republ. lib. j: Sed vt plurimas & maximas noſtri animi, ingenij, conſilij partis ipſa ſibi

ad vtilitatem ſuam pigneraretur.

MVRMVRARI, pro murmurare. Varro in Εὕρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γεγαμηκότων: Ita vti ſoliti eramus Romæ in balneis, plodere cœpimus & murmurari. Quadrig. Annali libro viij: In eo loco populus murmurari cœpit. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Hoc Græcis renuntiato, vt facile intelligeres, nos ab his amari, commurmurantur aucto. Idem Virgula diuina: Præſertim quum ventrem meum coerceam, nec murmurari patiatur.

EXCALCEATVR, pro excalceat. Varro Pſeudulo Apolline, περὶ θεῶν ἀναγνώσεως: Quod in eius Dei templa calceati introeunt: nam in oppido quæ eſt ædes Apollinis, & quæ ibi ad Herculis, vt introeat nemo ſe excalcietur.

NVTRITVR, & NVTRICATVR, pro nutrit, & nutricat. Varro Teſtamento, περὶ διαθήκης, εμεα φιλοφθονία: Natis quos Menippea hæreſis nutricata eſt, tutores do, Qui rem Romanam, latiumque alciſcere vultis. M. Tul. de Deor. natura lib. ij: Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens, vt ita dicam, atq. educator, & altor eſt mundus, omniaq. ſicut membra & patris ſuas nutricatur & continet. Afranius Vopiſco: Nam nutricatur oliua. Lucillius l.xxx: Senſu nutricatum ſine, caput opprimit ipſe.

VOLAM, pro velim. Lucillius lib. xxviij: Eidola atque atomos vincere Epicuri volam. Plautus in Aſinaria: Atque audin etiam? *ecce, ſiquid te volam. Et in eadem. Meo modo loquarque* volam. volam, quoniam intus non licitum eſt mihi.

COMMANDVCATVR. Lucillius libro iiij:

Aſſequitur nec opinantem, in caput inſilit, ipſum Commanducatur totum complexa. Idem lib. xv: Villicum Ariſtocratem, mediaſtrinum, atq. bubulcum Commanducatus corrupit, ad incita adegit.

Esvribo, pro eſuriam. Pomponius Augure: Immo mane, non eſuribis diutius, quare roga. Nouius Mortis & vitæ iudicio: Ita vobis otioſus ſum mihi algebo, & mihi eſuribo.

Fatiscvntvr, pro fatiſcunt. Accius Epinauſimache: Tamen haut fatiſcar, quin tuam implorem fidem. Varro Antiquitate humana lib. xiiij: Altera ita & altera vulneribus fatiſcuntur. Accius Duloreſte: Vereor, ſi numquam fatiſcar facere quod quibo boni.

Consecrabor. Plautus in Perſa: Sed quis hic anſatus ambulat? magnifice conſecrabor.

Frvticari, pro fruticare. Cic. ad Attic. lib. xv: Exciſa enim eſt arbor, non euulſa; itaque quam fruticetur vides.

Exsvgebo. Plautus in Epidico: Iam ego me vortam in hirudinem, Atque eorum exſugebo ſanguinem.

Copvlantvr, pro coniungunt. Plautus in Aulul. Adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras.

Invenibo, pro inueniam. Pomponius Buccone adoptato: Sæpe annuit, inuenibit ſæpe.

Poenivntvr. M. Tullius Tuſcul. lib. j: Tenendum eſt igitur nihil curandum eſſe poſt mortem, quum multi inimicos etiam mortuos puniuntur.

Sacrificantvr, pro ſacrificant. Varro

Antiquitatum, rerum diuinarum libro xiiij: Viri nubtis ſacrificabantur in cubiculo viduæ. Sacrificari. Varro Manio: Non maledicere, pedem in focum non imponere, ſacrificari. Idem, Cato vel de liberis educandis: Quum primo cibo & potione initiarent pueros, ſacrificabantur ab edulibus Eduſæ, a potione Potinæ nutricis.

Discrepvit pro diſcrepauit. Cic. de Orat. lib. iij: Nihil ſane ad rem pertinet, ſi qua in re diſcrepuit ab Antonij diuiſione.

Spolior, pro ſpolio. Afranius Crimine: Quos impune depopulatur & diſpoliatur dedecus. Quadrigarius Annal. Ita per ſexenium vagati Apuliam, atque agrum Campanum, quod his per militem licebat, exſpoliabantur.

Verecvndatvr. M. Tullius in Hortenſio: Hi noſtri amici verecundantur capti ſplendore virtutis.

Convertitvr, pro conuertit. Plautus in Amphit. Sed fugam in ſe tamen nemo conuertitur.

Rvminatvr. Varro Sexageſi: Erras, inquit, Marce, accuſare nos ruminaris antiquitates. Idem Vimarco: Odyſſean enim Homeri ruminari incipis.

Precantvr. Varro Eumenid. Ego medicina Serapi vtor, cotidie precantur, intellego recte ſcribtum eſſe Delphis, Theo Hera.

Miras, pro miraris. Varro Eumenid. Hoſpes quid miras animo curare Serapim? Quid quaſi non curat tantidem Ariſtoteles. Idem eiſdem: Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem.

Nolitote, pro nolite. Siſenna Hiſt. lib. iij:

Nolitote

Nolitote mirari, quam deſperata voluntate ad vnam belli faciendi viam.

Gliscitvr pro gliſcit. Sempronius Aſellio Hiſt. lib. iiij: Vt maior inuidia Lepido gliſceretur.

Ignescitvr, pro igneſcit. Laberius Colace: Figura humana inimici ardore igneſcitur.

Lvxvriabat, pro luxuriabatur. Tubero lib. xiiij. Hiſtor. Pare omnis luxuriabat. Virgil. Georg. lib. iij: Luxuriatq. toris animoſum pectus.

Focilatvr. Varro de vita populi Ro. lib. ij: Propter ſecundas ſublato metu, non in communi ſpectant, ſed ſuum quiſq. diuerſi commodum focilantur.

Emvngerentvr. Varro Cato, vel de liberis educandis: Eam ſunt conſecuti corporis ſiccitatem, vt neq. ſpuerent, neq. emungerentur.

Libertatem vti, pro vti libertate. Titinnius in Quinto: Item vti eum oportet libertatem qui ſapit. Nouius Zona: Atq. facilitatem video vteris vulgariam. Lucillius Satyr. lib. xiiij: Quem metuas ſæpe, interdum quem vtare libenter.

Sic Potior illam rem, pro illa re potior. Terentius Adelphis: — Ille potitur gaudia. Lucretius lib. iij: Adde Heliconiadum comites, quorum vnus Homerus Sceptra potitur. Næuius Lycurgo: Dic quo pacto eum potiti, pugna, an dolis? Accius Phœniſſis: Natus vt tute ſceptrum potiretur patris. Pacuuius Atalanta: Regi vt memorabis, nunc regnum potitur tranſmiſſu patris.

Sic & Opvs est illam rem, pro illa re.

Plautus Ciſtellaria : Malum aufer , bonum mihi opus eſt. Et in Captiuis: Iam maritimi omnes milites opus ſunt tibi. Lucretius lib. ij: Scire licet nihil principijs opus eſſe colores. Turpilius Lindia: Me vis potiri? fac ego potiar quod volo.

Sic & GALLET ILLAM REM , pro illa re. Pomponius Pictoribus: Mirum in hæc Marſa eſt, in colubras callet canticulum. Afranius Epiſtola: Quamquam iſta hæc malitioſa non tam calleo, Tamen non fefelli.

INCIPIT DE MVTATA DECLINATIONE.

APRICATIO, pro apricitas. M.Tul. de ſenectute: Vbi enim poteſt illa ætas aut caleſcere apricatione melius, vel igni?

ITINER dictum pro iter. Varro Pranſo parato: Luna ſpectant Adria ſe itiner longum ſermone leuare. Plautus in Mercatore: Quin tu ergo itiner exſequi meum me ſinis? Equidem mutata declinatio non eſt: ab eo quod eſt iter iteris facit; ab eo quod eſt itiner itineris. Lucretius libro ſexto: Obuia diſcutiat plagis, itinerque ſequatur. Accius Oenomao: Coniugium Tiſis patere ad te itiner tendere. Idem Meleagro: Labore aut minuat itiner ingreſſum via. Turpilius Thraſyleone: Age, age, egredere; atque vtinam iſtuc perpetuum itiner ſit tibi.

FESTINEM, pro feſtinantem. Titinnius in Quinto: Nunc hoc vror; nunc hæc res me facit feſtinem.

Lacte nominatiuo caſu, ab eo quod eſt lac. Ennius lib. xj: Et ſimul erubuit, ceu lacte & purpura mixta. Hemina Annal. lib. quarto: Ex Tiberi lacte haurire. Cæcilius Titthe: Præſertim quæ non peperit, lacte non habet. Varro Andabatis: Candidum lacte papilla quum fluit.

Mansvete, & Mansves, pro manſuetum, vt ſit nominatiuus manſues. Plautus Aſinaria: Reddam ego te ex fera fame manſuetem. Accius Meleagro: Nunc ſi me matrem manſues miſericordia Capſit. Varro ὄνος λύρας: Non vidi ſimulachrum leonis ad Idam e loco, vbi quondam ſubito eum quum vidiſſent quadrupedem galli tympanis adeo fecerunt manſuem, vt tractarent manibus?

Qvæsti, vel Qvæstvis dictum pro quæſtus. Titinn. Fullonibus: Ni nos texamus, nihil eſt fullones vobis quæſti. Plaut. Aulul.— Nam hic apud nos nihil eſt quæſti furibus. Nouius: Per Deam ſanctam Lauernam, quæ cultrix quæſtuis ſit. Terentius Hecyra: Numquam animum quæſti gratia ad malas inducam partis. Pomponius Piſtore: Nam plus quæſti facerem, quam quadrinas ſi haberem molas. Turpilius Demiurgo: Mulier meretrix; quæ me quæſti cauſſa cognouit ſui. Idem Hetæra: Simulari me a ſe amari quęſti gratia. Cæcilius Venatore: Satine huc ordini, etſi nihil egi quæſti, quia ſunemuli? Varro Cato, vel de liberis educandis: Non inſinuarum manu opificio; quibus almelino quid faciunt aut palma; nam liberti quæſtuis cauſſa deribebant ſuas res pueris.

Tvmvlti, pro Tvmvltvs. Plautus Ca-

ſina : --- Quid intus tumulti fuit? Terentius in Andria: Nihil ornati, nihil tumulti. Pomponius Piſcatoribus: Quid hoc eſt tumulti? Accius Æneadis, vel Decio: Nihil neq. pericli, neq. tumulti eſt quod ſciam. Idem Nyctegreſia: Cuius vos tumulti cauſſa accierim, eo quod parum diuorti.

VICTI, pro victus. Plautus Captiuis: Pro victi cotidiani ventrem ad me afferas.

ÆSTI, pro æſtus. Pacuuius Chryſe: --- Æſti forte ex arido.

SENATI, vel SENATVIS, pro ſenatus. Plautus Epidico: --- Senati qui columen cluent. Salluſtius Catilinæ bello: Igitur Senati decreto Q. Martius Rex Feſulas, Metellus Creticus in Apuliam, circumque ea loca miſſi. Siſenna Hiſt. libro iij. Lucius Calpurnius Piſo ex Senatiſconſulto duas nouas tribus. Idem: Simul & Senatuiſconſultis clariſſimis amplificati. Varro de vita populi Ro. lib. j: Poſteaquam Q. Fabio Maximo dictatore. *.

VAS, pro vade. M. Tul. de offic. lib. iij: Vas factus eſt alter eius ſiſtendi, vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi.

SVMTI, pro ſumtus. Plautus Trinummo: Quod ebibit, quod comeſt, quod facit ſumti. Turpilius Philopatro: Ecce autem tuo more, vti ſoles, videre mihi Ægre id pati, quia hos dies compluſculos Inter capedo ſumti faciendi fuit. Lucillius lib. xxx: Quid dare, quid ſumti facere, ac præbere potiſſet. Cæcilius Plocio: Quid hoc futurum obſonio, & vbi tantum ſumti factum? Var-

ro Vimarco: Quum nouiſſime mutaret, quantum ſumti fecerit.

Iteris poſitum pro itineris, & quidem recte; ab eo quod iter iteris facit, itiner itineris. Næuius Lycurgo: Ignoti iteris ſumus, tute ſcis. Accius Oenomao: Preſto etiam aſſum, exprome quid fers; nam te longo itere cerno vadere. Idem Telepho: Studiumque iteris reprime. Varro κύκνῳ, περὶ ταφῆς: Tua templa ad alta fani properans citus itere.

Exerciti, vel Exercitvis, pro exercitus. Accius Armorum iudicio: In quo ſalutis ſpeſq. ſupremas ſibi ſumma exerciti. Idem Epinauſimache: --- Contra, quantum obfueris, ſi victus ſies, Conſidera, & quo reuoces ſummam exerciti. Varro de vita populi Ro. libro ij: Quibuſcum turpe fecerant fœdus ſine publico conſilio, dederunt hoſti quotquot. *. Decius Imperator pro exerciti ſalute ſe dis manibus deuouit.

Aspecti, pro aſpectus. Accius Aſtyanacte: Abducite intro, nam mihi miſeritudine Commouit animum excelſa aſpecti dignitas. Idem Alpheſibœa: Odiorum hoſtificumque diem ouium turbam aſpecti atque horribilem.

Scribtio, pro ſcribtura. Cicero de Orat. lib. ij: Illud autem eſt huius inſtitutæ ſcribtionis, ac temporis.

Lvcti, pro luctus. Accius Pelopidis: Ceſſo hinc ire, & rapere lucti veſtem in leto coniugis. Idem Nyctegreſia: Tunc, quod ſupereſt, ſocium mittis leto, an lucti pœnitet?

Salti, pro ſaltus. Accius Menalippo: Hic

Menalippum interea traiectus nemorum in ſalti faucibus.

PARTI, & PARTVIS, pro partus. Pacuuius Atalanta: Vbi ego me grauidam ſentio aggrauaſcere Propinquitate parti. Varro Andabatis: Candidum lacte papilla quum fluit, ſignum putant Partuis, quod hic ſequatur mulierem e partu liquor.

FRONS, pro fronde, vt Virgil. Georgic. lib. ij: Præterea quum frons tenera, imprudenſq. laborum. Varro Parmenone: Cęditur lotos, alta frons decidit Palladis platanos ramis.

IBVS pro ijs minus Latinum putat conſuetudo, quum veterum auctoritate plurimum valeat. Titinnius Gemina: Eu ecaſtor, ſi moratæ ſitis ambæ ibus vt pro ego maioribus. Plautus Milite: Latrones, ibus denumerem ſtipendium. Pomponius Pappo agricola: Nunc quando voluiſti facere, fac voluptati ſies ibus.

EXCELSITAS. M. Tullius de offic. libro iij: Etenim magis eſt ſecundum naturam excelſitas animi & magnitudo.

CAMPANS, pro Campanum. Plautus Trinummo: Credo ego iſtuc, Staſime; ſed Campans genus Multo Syrorum iam antidit patientia.

PERNICI, pro perniciei. M. Tull. pro S. Roſcio: Quorum nihil pernici cauſſa diuino conſilio, & vi ipſa ac magnitudine rerum factum putemus. Siſenna Hiſt. lib. vj: Romanos in re cerne pernici cauſſa veniſſe.

HEREM, pro heredem. Næuius Gymnaſtico: Atque meis bonis omnibus ego te herem faciam.

GELV ars monoptoton eſſe vult; contra ſentit auctoritas. Lucretius lib. v: Aſſiduuſque geli caſus mortalibus aufert. Idem lib. vj: Deniq. ſæpe geli multus fragor, atq. ruina.

VAPOR & VAPOS, & TIMOR & TIMOS, & LABOR & LABOS, ita ſunt vt color & colos. Lucret. lib. vj: Peruolitant: permanat odos, friguſque, vapoſque. Næuius Lycurgo: Iam ibi nos duplicat aduenientis timos, pauos. Accius Andromeda: Qui neq. terræ eſt datus, nec cineris cauſſa vmquam euaſit vapos. Varro Manio: Sternit iuuencus, quam labos mollem facit.

PERVICO, peruicaci. Accius Armorum iudicio: Sed peruico Aiax animo atque inorabili.

IONI. Plautus Aulularia: --- Quem quondam Ioni cuſtodem addidit.

ANTISTITAM. Accius Aſtyanacte: Vtinam vnicam mihi antiſtitam arquitenens ſuam tuetur.

GEMITI. Plautus Aulul. Tantum gemiti, mali, & mæſtitiæ mihi hic dies obtulit.

SPECIS pro ſpecubus. Accius Alcmæone: Quod dij interdum inferam penitus interpreſſum altis clauſere ſpecis.

GALLVM, pro gallorum. Varro Eumenid. Puditatem an pudorem gallum cœpit mihi videri.

GENERIBVS, pro generis. Accius Alcmæone: --- Qui ducat, quum Te viderit ſocerum, generibus tantam eſſe impietatem?

ARGVS, pro Argiuus. Plautus Amphit. Amphitryo natus Argus ex Argo patre. Virgilius Æneid. lib. iiij: Hauriat hunc oculis ignem crude-

lis ab alto Dardanus.

AVGVRA, pro auguria. Accius Telepho: Pro certo arbitrabor ſortis oracla, adytus augura.

HVMV, pro humo. Varro Pranſo parato: Contra coactus ceruus latratu canum Fertur biſulcis vngulis nitens humu. Varro ταφῆ μενίππου: In pauimento non audes facere lacunam; at in humu calceos facis elixos.

FLVCTI, pro fluctus. Accius Telepho: --- Flucti cruoris voluerunt mihi. Idem Clytemneſtra: Flucti immiſericordes iacere, & tætra ad ſaxa allidere. Pacuuius Chryſe: -- Interea loca Flucti flacciſcunt, ſileſcunt venti, mollitur mare.

PISCATI, pro piſcatus. Pomponius Piſcatoribus: Quid habes in ſirpiculis calue? omne piſcati genus. Turpilius Demetrio: Antehac ſi flabat aquilo, aut auſter, inopia Tum erat piſcati.

POEMATIS. M. Tul. *de offic.* lib. iij: Quod idem in poematis, in picturis vſuuenit.

CVLTIO, pro cultura. M. Tul. de ſenectute: Num igitur horum ſenectus miſerabilis, qui ſe agricultione oblectabant?

VVLGARIAM pro vulgarem. Nouius Zona: Atq. facilitatem video vteris vulgariam. Turpilius Thraſyleone: Non eſt mediocris res, neque vulgaria fallacia hæc. Afranius Priuigno: Dehinc temeritatem repudio vulgariam.

PANNIBVS, pro pannis. Pomponius Maccis geminis: Bono animo es, video, eripis primiter de pannibus.

INDECORIS, pro indecora. Accius Atha-

mante: Cuius ſit vita indecoris, mortem fugere turpe aut conuenit. Virgil. lib. xij: Nec genus indecoris.

FETIS, pro fetibus. Accius Bacchis: Vbi ſanctus Citheron frondet viridantibus fetis.

SVBLIMA, pro ſublimis. Accius Finidis: Aut ſæpe ex humili ſede ſublima euolat. Salluſtius Hiſt. lib. iij: Nam tertia tunc erat, & ſublima nebula cælum obſcurabat.

Ab eo quod eſt labos, LABOSVM facit, non laborioſum. Lucil. Sat. lib. iij: Præterea omne iter hoc eſt laboſum.

NEFANTIA, pro nefanda. Lucillius Satyr. lib. iiij: Tantalus qui pœnas ob facta nefantia pendit. Idem lib. xxviiij: Diſſociat atque omnia an nefantia. Varro σκιαμαχία, περὶ τύφου: Ego, inquit, eam ſuppetias, qui tunc mihi nec res, nec ratio eſt; diſſociat atq. omnia ac nefantia.

GRACILA EST, pro gracilis eſt. Lucillius Satyr. lib. viij: Quod gracila eſt, pernix, quod pectore puero ſimilis.

BACCHANALIORVM, pro bacchanalium; vt vectigaliorum, compitaliorum, & noualiorum, & Vulcanaliorum. Salluſtius: Exaudiriq. ſonus Bacchanaliorum. Idem Hiſt. lib. iiij: Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus.

TVMVLTI. Ennius Hectoris Lytris:---Quid hoc Hic clamoris, quid tumulti eſt? nomen qui vſurpat meum? Turpilius Pedio: Progredior foras viſere, quid hinc tumulti ante fores. Salluſtius in Catil. bello: Ille cohortis veteranas, quas tumulti cauſſa conſcribſerat, in frontem, poſt eas ce-

terum exercitum in ſubſidio locat. Afranius Vopiſco: Hem quid hoc? perij, pertimui; quid tumulti exaudij?

PROGENII. Pacuuius Paulo: Pater ſupreme noſtræ progenij patris.

STREPITI, pro ſtrepitus. Ennius Hectoris Lytris: Quid in caſtris ſtrepiti eſt?

MIRABILITAS, pro admiratio. M. Tul. de Offic. lib. ij: Ergo & hæc animi deſpicientia admirabilitatem magnam facit.

ITINER, pro iter. Ennius Telepho: Deumque de conſilio hoc itiner credo conatum modo. Pacuuius Atalanta: Dolet, pigetque magis magiſq. me conatum hoc nequiquam itiner. Idem Duloreſte: Delphos venum pecus ecunde abſtabula ac itiner contuli.

FEROCIA, ferocitate. Pacuuius Teucro: Niſi citia ferocitate, atque ferocia.

DELIRITAS, deliratio. Laberius: Quænam mens, quæ deliritas vos ſuppolitoris facit cum cano eugio puellitari?

HOLERORVM, pro holerum. Lucil. Satyr. lib. xv: Tintinnabulum abeſt hinc, ſurpiculique holerorum.

MIXTVRA, & MODERATVRA. Varro de vita populi Ro. lib. j: Sed quod ea & propter talem mixtura immoderata ex aquis eunt, itaque quod temperatura moderatur in Romuli vita triplicis ciuitatis.

GVBERNA, pro gubernacula. Lucil. Satyr. libro xx: Proras deſpoliate, & detundite guberna.

SINGVLARIA, pro ſingulari. Turpilius Demetrio: Homo vnica eſt natura, ac ſingularia.

LVBIDINITAS, pro lubidine. Laberius in Scylace: — Lubidinitate labitur.

FRVCTI, vel FRVCTVIS, pro fructus. Turpilius Canephoro: Satis fructi reddunt. Idem Hetęra: Hęc ſi impetro a te vt faciet, ſatis fructi cepero ex te. Varro de re ruſtica lib.j: Eius enim ſaliuam eſſe fructuis venenum.

MENSIONEM, pro menſura. Cic. in oratore: Aures enim, vel animus aurium nuntio naturalem quamdam in ſe continet vocum omnium menſionem.

VOLVTABVNDVS, pro volutans. M. Tul. de Rep. lib. ij: Cupido autem & expetenti, & lubidinoſo, & voluntabundo in voluptatibus.

PORTI, pro portus. Turpilius Demiurgo: Neque nautæ quum eſſent circumuenti ventis, incerto itinere, Porti indigentes.

DOMVIS, pro domus. Varro ταφῆ μενίππου: Perrexit in interioris partes domuis.

SONITI, & SONV, pro ſonitus, & ſono. Pacuuius Duloreſte: --- Quidnam autem hoc ſoniti eſt, quod ſtridunt fores? Cæcilius Calcis: Nam quidnam fores fecere ſoniti? Siſenna Hiſt. lib. iij: Poſtquam ſinu ſignorum pręlium magno cum clamore virorum commiſſum eſt.

GLVTINO, pro glutine. Lucillius lib. xxvj: Præterito tepido glutinor glutino.

CAVTIO, pro cautela. Cic. de Orat. lib. ij: Neque illa mihi cautio & timiditas in cauſſis propter præſtantem prudentiam Craſſi neglegenda eſt.

FEROCIA, pro ferocitate. M.Tul.de Repub. lib.vj: Qui comperit eius vim & ecfrenatam illam ferociam.

GELO, pro gelu. Varro Seſquiulyxe: Pieridum comes quæ tenes cata gelo putri montium laxa.

CESTIS, pro ceſtibus. Varro Væ victis, περὶ φιλονεικίας: Dicat pugilis ſpectatoris, qui miſerum putatis vinci, quæro a vobis, ſi aduerſarius ſupercilia mi ceſtis diſcobinarit, numquis veſtrum ſua mihi eſt daturus.

FRVCTVIS, pro fructus. Varro Meleagris: Quæro vtrum fructuis an delectationis cauſſa. *: fructuis, vt vendatis. Idem Varro ταφὴ μενίππου: Aliquot Romę ſunt, qui cellas vinarias fructuis cauſſa fecerunt.

QVÆSTI, pro quæſtus. Varro Prometheo libro: Æmulum illius artis, atque obſtrigilatorem, qui per aliquot annos quæſti nihil fecerit.

SENECTAM, pro ſenectute. Virgil. lib.vj: —Vires vltra, ſortemq. ſenectæ. Lucil. lib.xxviij: Proſpiciendum ergo in ſenecta nunc adoleſcentiæ eſt.

INERMIS, pro inermibus. Salluſt. in Iugurthę bello: Neq. quemquam dicere, qui manus armauerit, ab inermis pedibus auxilium petere. Siſenna Hiſt. lib. iij: Pleriſque inermis in caſtra perfugiunt...

GALLIÆ, pro gallicæ. Salluſt. Hiſt. lib. iiij: Quum interim lumine etiam tum incerto, duæ Galliæ mulieris conuentum vitantis ad menſtrua ſoluenda montem aſcendunt.

Effigia, pro effigies. Afranius Vopiſco: Cuius te ſuſcitat imago, cuius effigia cognatus patre?

Intemperia, pro intemperantia, apud veterem auctoritatis obſcuræ: Has eius intemperias in maritum.

Poematorvm, pro poematum. Afranius Priuigno: Poematorum non bonorum. Plautus Aſinaria: Nam nec fictum vmquam eſt, neq. pictum, neq. ſcribtum in poematis.

Cavtio, pro cautela. Terent. in Andria: Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ex illa, cautio eſt.

Acritas. Accius Neoptolemo: --- Vis veritatis, atq. acritas.

Largitas, pro largitio. Terentius in Adelphis: Quod proluuium? quæ iſthæc ſubita eſt largitas?

Dextrabvs, pro dexteris. Liuius in Odyſſea: --- Denique manibus dextrabus.

Cvratvra, & Cvratio, pro cura. Terentius in Eunucho: Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas. Cic. Tuſcul. lib. iij: Nam vt medici cauſſa morborum curationem eſſe inuentam putant.

Imberbi, pro imberbis. Lucillius lib. xxx: Maximus ſi argento. *. Imberbi androgyni, barbati mœchocinædi. Varro Epiſtola ad Fabium: Quod facie Satyrorum ſimiles ſunt, quod maximi ſunt, idemque imberbi.

Sescentvm, pro ſeſcentorum. Lucillius lib. xxx: Maximus ſi argenti ſeſcentum ac mille reliquit. Idem lib. xxx: Quid vero eſt, centum ae

ducentum poſſideas ſi millium?

PAVPERIES, pro paupertate. Ennius Hecuba: Senex ſum; vtinam mortem oppetam, priuſquam euenat, Quod in pauperie mea ſener grauiter gemam.

ÆDIS nominatiuo ſingulari. Varro de vita populi Ro. lib. primo: Hæc ædis, quo nunc eſt, multis annis poſt facta ſit, inq. omnia regijs temporibus delubra parua facta.

VICTVIS, pro victus. Varro de vita populi Romani lib. j: Primum de re familiari, ac partibus; ſecundo de victuis conſuetudine primigenia; tertio de diſciplinis priſcis neceſſarijs vitæ.

GRADVIS, pro gradus. Varro de vita populi Ro. libro ij: Multo præditi pudore & pudicitia aduleſcentes dixerunt cum maiore patre eius graduis ad te.ſtipendia facerent.

PVERILITAS, pro pueritia. Varro Cato, vel de liberis educandis: Velim mehercules, inquit, ipſe vſu magno puerilitatis formulam audire.

ANVIS, pro anus. Varro Cato, vel de liberis educandis: Eam nutricem oportet eſſe aduleſcentem; anuis enim vt ſanguis deterior, ſic lac. Lac enim, vt quidem dicunt phyſici, ſanguinis ſpuma.

PRÆCANTRIX. Varro Cato, vel de lib. educ. Vt faciant pleræque, vt adhibeant præcantrices, nec medico oſtendunt.

RITVIS, pro ritus. Varro Cato, vel de liberis educ. Itaque domi rituis noſtri, qui per deum fidium iurare vult, prodire ſolet in compluuium.

PRONIS poſitum, pro prona. Varro Parmenone: Alia trabs pronis in humum accidens pro-

ximæ frangit ramos cadens.

Teneritas. Cicero de fin. bon. & mal. lib. v: In primo enim ortu ineſt teneritas ac mollitia quædam.

INCIPIT DE NVMERIS ET CASIBVS.

Accuſatiuus numeri ſingularis poſitus pro genitiuo plurali. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Qui tamen quibus lætibus fœdere maiorum ſuum diſſoluta. Titinnius Veliterna: Omnium vitium expertem, conſilij plenum prohibui. Idem in Gemina: Non exſecrat is paraſitum, nec virum aſpellit domo? Plautus Perſa: Pol deum virtute dicam, & maiorum meum. Lucretius libro ſexto: Flammea tempeſtas Siculum dominata per agros. Terentius Hecyra: Prope iam remotum ab iniuria aduerſarium. Accius Euryſace: Reprime parum per vim citatum quadrupedum. Idem Epinauſimache: Ab claſſe ad vrbem tendunt, neq. quiſquam poteſt Fulgentium armum armatus ardorem obtui. Nouius Eriſace: Millia ſex nummum in aream dimiſi nummariam. Turpilius Epiclero: Ni Calliphonis nunc te miſeret liberum. Pacuuius Atalanta: Parentum incertum inueſtigandum gratia. Idem Peribœa: Regnum imperator, æternum morum ſator. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: O mi optanti miniſterio inuidum tabes. Idem de vita pop. Ro. lib. iiij: Hortenſius ſupra decem millia cadum heredi re. *. tollis medimnum, Vini mille cadum. Salluſt. Hiſt. lib. vj: Cuius duas inſulas propin-

quas inter ſe & x. ſtadium procul a Gadibus ſitas conſtabat ſuopte ingenio alimenta mortalibus gignere. Afranius Vopiſco: Antiquitas petenda in principio eſt mihi; Maiores veſtri incupidiores liberum Fuere. M. Tul. de offic. lib. iij: An emat denario, quod ſit mille denarium?

Accuſatiuus poſitus pro datiuo; ignoſcamus illam rem, pro illi rei. Plautus Amphit. Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum. Terentius in Eunucho: Au ne comparandus hic quidem ad illum eſt.

Genitiuus caſus poſitus pro accuſatiuo. Titinnius Pſaltria: Dicis tu quæſo, quo te auortiſti? mei faſtidis, meæ deliciæ. Plautus Aulul. Abijt, neq. me certiorem fecit, faſtidit mei; pro me faſtidit. Lucillius Satyr. lib. vij: Triſtis, difficiles ſumus, faſtidimus bonorum. Turpilius Lucadia: --- Vide, nunc faſtidit mei. Lucil. lib. xxviij: Cui ſæpe mille impoſui plagarum in diem. Idem: --- Si argenti indiges. Plautus Aulularia: Deinde egomet mecum cogitare interdum Occœpi. Quum ſit, veretur illam rem, ſicuti & conſuetudo, & Terentius in Phormione auctor eſt, dicens: --- Non ſimultatem meam Vereri ſaltem? veteribus genitiuo pro accuſatiuo poni placet. Afranius Compitalibus: --- Si non verear, nemo vereatur tui. Idem Simulante: Tui veretur, me ad te miſit oratum peteret. Idem in Emancipato: Optandum vxorem, quæ non vereatur viri. Pacuuius Hermiona: Tindareo fieri contumeliam, cuius a te veretur maxime. Atta Gratulatione: Nihilne te populi veretur, qui vociferare in via? Varro Sardis Venali-
bus:

bus: Non te tui ſaltem pudet, ſi nihil mei Reuereatur? Accius Alpheſibœa: Si tui veretur te progenitoris, cedo.

Accuſatiuus poſitus pro ablatiuo. Titinnius Gemina: Edepol hominis ignaui functus officium. Plautus Menæchmis: Nam paraſitus octo hominum munus facile fungitur. Idem Trinummo: Sequere hac me, gnata, vt munus fungaris tuum. Lucil. Satyr. lib. j: Munus tamen fungi, & muros ſeruare potiſſent. Idem libro quinto: Lælius pauperem ait ſe ingentia munera fungi. Turpilius Epiclero: Sed vola, vt familia noſtra officia fungatur ſua. Idem Pedio: Nubtias abieci, amicos vtor primoris viros. Pacuuius Duloreſte: Nonne officium fungar vulgi, atq. ægre male factum feram?

Accuſatiuus, vel nominatiuus pro ablatiuo. Turpilius Demetrio: Meos parentes careo. M. Tul. de Rep. lib. v: Sed tamen vt bono patrifa. colendi, ædificandi, ratiocinandi quidam vſus opus eſt. Varro Cygno, περὶ ταφῆς: Denique ſi veſtimenta ei opus ſunt, quæ fers, cur conſcindis? ſi non opus ſunt, cur fers? Idem Prometheo lib. j: Id vt ſcias, audi hoc quod falſum dicis, nemini oculos opus eſſe, ſi habet. Salluſtius Hiſt. lib. ij: Ruinaque pars magna ſuiſmet aut proxumorum telis; ceteri vicem pecorum obtruncabantur. Afranius Vopiſco: Tandem vt poſſimus noſtra fungi munera. Idem Fratrijs: —— Id aurum me condonat literis. Lucillius lib. xxvj: —— Hæc ſi voles per aures pectus irrigarier.

Genitiuus poſitus pro ablatiuo, vel aduerbio loci. Plautus Trinummo: Non ego ſum dignus

ſalutis? Cic. Tuſcul.lib.iiij: Aliquod malum metuit exanimatus, pendet animi. Plautus Amphit. --- Vt ſalui potiremur domi. Pomponius Pappo agricola: Domus hæc fuerit placiti. Accius Erigona: Locrorum late viridia, & frugum vbera. Lucil. Satyr. lib. vj: Hortare illorum ſi poſſim capis ſortiri. Idem lib. vj: Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus. Idem libro nono: Si nihil ad faciem, & ſi olim lupa proſtibulumque, Numini opus, atq. obſit. Pacuuius Peribœa: Poſtquam eſt honoratus frugum, & floris Liberi. M. Tullius de Republ. lib. iij: Noſter autem populus ſocijs defendendis terrarum iam omnium potitus eſt. Afranius Excepto: Quod vitæ ſtudium, aut quod præſidium in poſterum Mihi ſupponebas, me quum priuis tui? Varro de vita populi Ro. lib. ij: Vt noſter exercitus ita ſit fugatus, vt Galli Romæ * Capitolij ſint potiti, neq. inde ante ſex menſes ceſſerint. Significata ad genitiuum, in poteſtatem venit. Plautus Captiuis: Ille alter potitus hoſtis eſt. Salluſtius in Iugurthæ bello: Vt priuſquam legatos conueniret, Adherbalis potiretur. Idem in eodem: Ager autem aridus, & frugum vacuus. M. Tul. de offic. lib. j: Hæc ſunt opera magni animi, & excellentis, & prudentiæque, conſilioque fidentis. Idem: Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius. Virgilius Æn. libro j: Implentur veteris Bacchi, pinguiſque ferinę. M. Tul. in Hortenſio: Et qui exſpectat, pendet animi; quia ſemper quid futurum ſit incertum eſt. Varro Eumenidibus: Ego autem, qui eſſem plenus vini, & Ve-

neris. Sic deſipiebam mentis, pro mente deſipiebam. Plautus Epidico: Deſipiebam mentis, quum illa ſcribta mitterem. Sic mille annorum viuunt, pro mille annis viuunt. Plautus Milite: Qui mille annorum perpetuo viuunt ab ſæculo ad ſæculum.

Datiuus pro accuſatiuo. Titinnius Barbato: Vbi ambitionem virtuti videas antecedere; pro, virtutem antecedere. Plautus Truculento: Quia tuo veſtimento & cibo alienis rebus curas. Accius Meleagro: Cuius exuuias & coronam huic munerauit virgini. M. Tullius de Rep. lib. iiij: Nec vero mulieribus præfectus præponatur, qui apud Græcos creari ſolet; ſed ſit cenſor, qui viros doceat moderari vxoribus. Salluſtius Catilinæ bello: Breui ſpatio legiones numero hominum expleuerat, quum initio non amplius duobus millib. habuiſſet. Lucill. lib. xxvj: --- Si miſerantur ſe ipſi, vide Ne illorum cauſſa ſuperiore loco collocauit. Terentius: --- Facite ita vt vobis decet. Idem in Andria: Interea mulier quædam abhinc triennium Ex Andro commigrauit huic viciniæ. Varro de vita populi Ro. lib. iiij: Tanta porro inuaſit cupiditas honorum pleriſque, vt vel cælum ruere, modo magiſtratum adipiſcantur, exoptent.

Accuſatiuus pro genitiuo. M. Tul. de offic. lib. ij: Dum homines cruenti haſtam illam cruentam meminerint & ſperabunt. Virgilius in Bucolicis: --- Alternos Muſæ meminiſſe volebant. Plautus Ciſtellaria: --- Meminere officium ſuum. Et Menæchmis: Propterea illius nomen memini facilius. Accius Euryſace: Heu me miſerum, quum hæc recordor, quum illos reminiſcor dies. Idem

Epinauſimache: Eos mortalis fœnis lib. x. miſeror ſępe ſtuditos volo. Et Athamante: Veritus ſum arbitror, atq. vtinam memet poſſim obliuiſcier. In Nyctegreſia: An ego Vlyxem obliuiſcar vmquam, aut quemquam præponi vęlim? Turpilius Pedio: Iam deſine meminiſſe illius formam. M. Tul. de Rep. lib. iiij: Atque ipſa mens, quæ futura videt, præterita meminit. Varro Væ victis, περὶ φιλονεικίας: Libet me epigrammata facere; & quoniam nomina non memini, quod in ſolum mihi venerit, ponam. Sic &, inuidit illam rem, pro illi rei. Accius Menalippo: Vnde, aut quis mortalis florem liberum inuidit meum? Priuatur illam rem, pro illa re. Nouius Pedio: Quod res vis hanc priuari pulchras, quas vti ſolet.

Ablatiuus pro genitiuo. Plautus Pſeudulo: Vino modo cupidæ eſtis. Lucil. Satyr. lib. primo: Porro quæcunque, & cuicumque, vt diximus ante, Obſtiterit, promo hoc minuendi refert res. Idem libro vj: Et id ſolum aduerſæ fortunæ req. reſiſtit. Turpilius Pedio: Neq. mirum, educta, vt par eſt, expers malitijs. Virgil. Georgic. lib. ij: Illa ferax oleo eſt.

Accuſatiuus pro nominatiuo. Pomponius Præcone poſteriore: Quod lætitias inſperatas modo mihi inrepſere in ſinum.

Nominatiuus pro datiuo. Nouius Agricola: Lec nete duo verbis etiam primo & poſtremo idem. Plautus in Aulularia: Credo ego illum iam inaudiuiſſe mihi eſſe theſaurum domi: Id inhiat. Cic. Tuſcul. lib. primo: Multaq. ſæcula poſtilla reuiguit Pythagoreorum nomen. Varro de Re

ruſt. lib. j: Centum iugeribus vinearum opus eſſe quindecim mancipia.

Genitiuus pro datiuo. Accius Neoptolemo: Quid ſi ex Græcia omni illius par nemo reperiri poteſt? Turpilius Pedio: Neq. mirum, educta, vt par eſt, expers malitijs, metuens ſui. Virgilius Æn. lib. primo: --- Diues opum, ſtudijſq. aſperrima belli. Plautus in Aſinaria: Volo amori obſecutum illius, volo amet me patrem. Idem Pſeudolo: Duorum labori ego hominum parſiſſem lubens, Mei te rogandi, & tui reſpondendi mihi. Cic. de Orat. lib. ij: Bonorum virorum plenum forum. Varro de vita populi Ro. lib. iiij: Ipſa Italiæ oppida ſunt vaſtata, quæ prius fuerunt hominum referta.

Nominatiuus pro genitiuo. Turpilius Epiclero: --- Atenim ſciens ea, quæ fuiſti inſcius. Terentius Phormione: Ita pleriq. ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet. Sic & potior illam rem. Pacuuius Peribœa: --- Regnum potior, coniugem macto inferis.

Ablatiuus pro datiuo. Lucillius: Quod ſumtum atq. epulas victu præponis honeſto. Virgil. lib. vj: --- Teq. aſpectu ne ſubtrahe noſtro.

Genitiuus pro nominatiuo. M. Tullius de Rep. lib. vj: Vt, quemadmodum ſcribit ille, cotidiano in forum mille hominum cum pallijs conchylio tinctis deſcenderent.

Ablatiuus pro accuſatiuo. Virgilius lib. v: Gratior & pulchro veniens in corpore virtus Adiuuat.

Accuſatiuus pro genitiuo. Accius Myrmidoni-

bus: Mea fata in acie obliti. Salluſtius Hiſt. lib. iij: Sed Pompeius a prima adoleſcentia ſermone fautorum ſimilem fore ſe credens Alexandro regi, *facta conſultaq. eius quidem æmulus erat*. Virgil. Æn. lib. viij: Et vocem Anchiſæ magni, vultumq. recordor.

Accuſatiuus pro datiuo. Lucil. lib. xxvj: Suſpendatne ſe, an in gladium incumbat, ne cælum viuat. Afranius Vopiſco: --- Male merentur de nobis eri; Qui nos tantopere indulgent in pueritia. Cæcilius Plocio: Dum ego eius mortem inhio. Plautus Amphit. Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum. Virgilius Æneid. lib. iij: Tris adeo incertos cæca caligine ſoles Erramus pelago, totidem ſine ſidere noctis. Cicero de Orat. lib. iij: Locutus eſſe dicitur homo copioſus aliquot horas.

Datiuus pro ablatiuo. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Ali ſaltui ac velocitate certare. Varro de Re ruſt. lib. primo: A quo, quod indigent potui, poma dicta eſſe poſſunt. Idem, Cato vel de lib. educandis: Non ſolum qui primus in alterutra re præſtet alios, ſed etiam qui ſit ſecundus & tertius.

Nominatiuus pro ablatiuo. Siſenna Hiſt. libro iij: Omnia quæ diximus loca ſtatim potitus. Idem: Hoſtis loca ſuperiora potiti. Vigil. Æneid. lib x: --- Saxumq. vndis immane minatur.

INCIPIT DE MVTATIS CONIVGATIONIBVS.

FERVIT, pro feruet. Lucillius libro viiij:

---Feruit nunc, feruet ad annum. Accius Nyctegreſia: claſſis adit, ocladitur, feruit. Titinnius Setina: Sapientia gubernator torquet nauem, non valentia: Cocus magnum aenum, quando feruit, paula confutat trua. Accius Meleagro: Heu cor ira feruit cæcum, amentia rapior, ferorque. Pomponius Agricola: --- Domus hæc feruit flagiti. Afranius Priuigno: Hoc potius, hoc nunc feruit animus, hoc volo. Varro Sexageſi: Quod leges iubent, non faciunt, δὸς καὶ λάβε, feruit omnino.

Ab eo quod eſt feruit, breuiato accentu FERVERE facit, vt ſpernit, ſpernere. Afranius Epiſtola: Ego miſera riſu clandeſtino rumpier. *. Orfere matera menſtra feruere. Lucil. Satyr. lib. viiij: Feruere; ne longum, vero hoc lictoribus tradam. Virgil. Æn. lib. iiij: --- Iam litora feruere flammis. Lucret. lib. ij: Feruere quum videas claſſem, lateq. vagari. Nævius Lycurgo: --- Late longeq. trans noſtros feruere. Accius Telepho: Aere atq. ferro feruere, igni, inſignibus Florere. Varro Deſultorio, περὶ τοῦ γράφειν: Feruere piratis, vaſtariq. omnia circum.

Lavit, pro lauat. Virgil. Georg. libro iij: --- *Lauit ater vulnera ſanguis. Et Æn. x.* --- Lauit improba tæter Ora cruor. Plautus Pſeudulo: --- Eas lachrymis lauis. Lucret. lib. ij: Litoris incurui bibulam lauit æquor arenam. Accius Finidis: Salſis cruorem guttis lachrymarum lauit. Varro Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: Atq. Ægeus fluctu quam lauit ante aquilo, Sæuus vbi poſuit Neptuni filius vrbem. Salluſt. Hiſt. lib. ij: Dubium an inſula ſit, quod curi atq. aſtrici ſuperiactis flu-

ctibus circum lauit. Næuius Danae: Animi iubeo fonte lauere memini manum.

LAVERE inde tractum eſt. Ennius Telamone: Strata terræ lauere lachrymis veſtem ſqualam & ſordidam. Idem Hecuba: Heu me miſerum, interij; pergunt lauere ſanguen ſanguine. Lucretius libro quinto: Lubrica proluuie larga lauere humida ſaxa. Accius Medea: Lauere ſalſis vultum lachrymis. Varro ἀνθρωπόπολι, περὶ γενεθλιακῆς: Et Hymenæus, qui primo lauere aluum marſupio ſolet. Idem ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν: Pater vt cruore laueret ararum aggerem. Afranius Suſpecta: Viden tu lauere lachrymis me tuum collum, pater.

LAVERENT etiam inde manauit. Ennius Andromacha: Nam vbi introducta eſt puerumque, vt lauerent, locant in cipeo. Afranius Fratrijs: --- Aquam ex ſeno haurire, qui laueret manus. Plautus Amphit. Poſtquam peperit, pueros lauere iuſſit nos, accedimus.

Inde imperatiuo modo LAVITE facit. Titinnius Pſaltria: Manus lauite mulieris, & capita velate.

LAVI etiam poſitum pro lauari. Pomponius Petitore Herede: Ita velim facias; iampridem volo latrinam laui.

FERVAT, pro ferueat. Pompon. Fullone: Facite vt ignis feruat, ligna inſtipite, far concidite. Acc. Achille: Ne tum quum feruat pectus iracundia.

SONIT, pro ſonat. Accius Æneadis, aut Decio: Clamore & gemitu templum reſonit cælitum. Idem Finidis: Ac vbi curuo litore latratu Vnda ſub vndis labunda ſonit. Ennius Hectoris Lytris: Aes ſonit, franguntur haſtæ, terra ſudat ſan-

guine. Pacuuius Duloreſte: --- Hymenæum fremunt Æquales, aura reſonit crepitu muſico.

SONERE inde tractum eſt. Lucretius libro j: Caligare oculos, ſonere auris, ſuccidere artus. Accius Neoptolemo: Atq. adeo valuas ſonere ſenſi regias. Idem Atreo: Sed quid tonitru turbida toruo Concuſſa repente æquora cæli Senſimus ſonere?

SONVNT etiam inde manauit. Ennius Andromachemolotto: Nam neq. irati neq. blandi quicquam ſyncere ſonunt. Accius Iliona: Ibo ad eam, vt ſciſcam quid velint: valuæ ſonunt.

EXPEDIBO, pro expediam. Pacuuius Atalanta: Nam quod conabar, quum interuentum eſt, dicere, Nunc expedibo. Accius Nyctegreſia: Cuncta expedibo, id modo iuſiurandum date. Pomponius Vernionibus: Se qui vtroque error vos agitat, expedibo. Ennius Eumenidibus: Id ego æquum ac ius feciſſe expedibo, atq. eloquar.

NOLITO, pro noli. Lucillius libro xxx: Nolito, tibi me maledicere poſſe, putare.

AXIM, egerim. Pacuuius Peribœa: Vt quæ egi, ago, vel axim, verruncent bene.

FERVITVR, pro feruit. Afranius Vopiſco: Quanta vociferatione feruitur? ei miſeræ mihi.

MANTAT, pro manet. Cæcilius Hypobolimæa raſtraria: In voltu eodem, in eadem mantat malitia.

ARTIVIT, pro artauit. Nouius Dotata: Artiuit linguam in palatum, cœpit labia ſugere. Idem Hetæra: Quum natus artiuit matri inter feminia fortiter.

AVDIBO, pro audiam. Ennius Telamone:

More antiquo audibo, neq. auris tibi contra vtendas dabo. Idem Pancratiaſtis: Quo nunc me ducis? vbi molarum ſtrepitum audibis maximum. Cæcilius Nauclero: Num habeo audibis; præterea ſi dicis, filia redeat Pergamo.

FVLGIT, pro fulget. Lucil. Satyr. lib. vij: Primum fulgit, vti caldum & fornacium ferrum: Pomponius Macco ſequeſtre: Simile eſt quaſi quum in cælo fulgit propter lunam lucifer. Lucretius lib. vj: Fulgit item nubes, ignis quum ſemina multa: Fulgit item, quum rareſcunt quoq. nubila cæli.

FVLGERE correpte, pro fulgêre. Lucretius lib. v: Multa videmus enim cæleſtibus incita flammis Fulgere, quum cæli donauit plaga vapores. Pacuuius Medo: Linguæ biſulcis actu criſpo fulgere. Accius Bacchis: Lætum in Parnaſſo inter pinos, tripudiantem in circulis Ludo atq. tædis fulgere. Lucil. Satyr. lib. xj: Conuentus pulcher, bracæ, ſaga, fulgere torques Magni.

ES, pro eſto. Lucil. lib. xxviij: Conijce te intro, ac bono animo es. Pomp. Maccis geminis: Bono animo es, video, eripis primiter de pannibus.

AMPLANT, pro amplificant. Pacuuius Teucro: Vbi poetæ pro ſua parte falſa conficta canant, Qui cauſſam humilem dictis amplant.

APERIBO, pro aperiam. Pomponius Vernionibus: — Aperibo, non poſſum pati: Porcus eſt quem amare cœpi, pinguis, non pulcher puer.

CVPIRET, pro cuperet. Lucretius libro j: — Perfringere vt arta Naturæ primus portarum

claustra cupiret.

Dicebo, pro dicam. Nouius Depaticis: Primum quod dicebo, recte; ſecundum quod dicebo, eo melius.

Edim, pro edam. Cæcilius Aſoto: Nihilne nihil tibi eſſe, quod edim? Nouius Bucculo: Quod editis, nihil eſt; ſi vultis, quod cacetis copia eſt. Pomponius Conditionibus: Vix nunc quod edim inuenio: quid nam fiet, ſiquam duxero? Plautus Pœnulo: Eſt domi quod edimus, ne nos tam conteras

Facitvr, pro fit. Nigidius Commentatione grammatices lib. xviiij: Id quod dico, huiuſmodi eſt: ποιεῖ, facit; ποιεῖται, facitur; ποιεῖν, facere. Titinnius Quinto: Stultia cupidinis; petunt conſilium bona gratia, vt paruifaciatur.

Evenat, pro eueniat. Ennius Hecuba: Senex ſum, vtinam mortem oppetam, priuſquam euenat, Quod in pauperie mea ſenex grauiter gemam.

Faxim, fecerim. Ennius Phœnice: Plus miſer ſum, ſi ſceleſtim faxim, quod dicam fore.

Moneris, pro monueris. Pacuuius Armorum iudicio: Dic quid faciam, quod me moneris effectum da. Idem Chryſe: Dij monerint meliora.

Nivit, pro ninguit. Pacuuius Paulo: Sagittis, plumbo, & ſaxis grandinat, niuit.

Oboedibo. Afranius Maritis: Meo vt obſequerer amori, oboedibo tibi.

Operibo, pro operiam. Pomponius Præfecto morum: Pater; at ſt. negato eſſe hic me; ego operibo caput.

PARIBIT, pro pariet. Pomponius Buccone auctorato: Si prægnans non es, paribis numquam.

PERVENIBVNT. Pomponius Pintóne Gorgonio: Hominem beatum, quod illæ peruenibunt diuitiæ.

REDDITO. Plautus Vidularia: Ego ſeruabo, quaſi ſequeſtri detis, neutri reddibo.

REPERIBITVR, pro reperietur. Pomponius Anulo poſteriore: Id credo metuis, ne inuidia deſit, Quum nemo, qui a te recipiat, reperibitur. Plautus in Epidico: Quid illa fiet fidicina igitur? aliqua res reperibitur. Cæcilius Oboloſtate: --- Nunc enimuero Eſt, quum meæ morti remedium reperibit nemo.

POSSETVR, pro poſſet. Quadrig. Annal. lib. j: Quum non poſſetur decerni vtrius putaretur victoria eſſe.

SAPIVI, pro ſapui. Nouius Virgine Pręgnante: Quando ego plus ſapiui, quin fullonem compreſſi quinquatrubus.

VENIBO, pro veniam. Pomponius Maccis geminis: Sero eſt; ſexta, ſi tibi placet, venibo.

POTERATVR, pro poterat. Cælius Annali lib. primo: Quum iure ſine periculo bellum geri poteratur.

POTESTVR, pro poteſt. Pacuuius Chryſe: Siqua poteſtur inueſtigari via. Quadrig. Annali lib. iij: Adeo memorati vix poteſtur, vt omnes ſimul ſuum quiſque negotium adorti eſſent.

SOLVERIT, pro ſolitus ſit. Cælius Annali lib. vij: Duos & ſeptuaginta lictoris domum de-

portauiſſe faſcis, qui ductoribus hoſtium ante ſoluerint ferri.

VIVEBO. Nouius Depaticis: Tibi, cum viuebo, fidelis ero.

DEPLORABVNDVS, pro deplorans. Plautus in Aulul. Homo ad Prætorem deplorabundus venit.

COCTVM, pro ad coquendum. Plautus in Aulul. Solet ire coctum.

MACET, pro macilento. Plautus in Aulularia: Qui oſſa ac pellis totus eſt, ita cura macet.

INCIPIT DE INDISCRETIS ADVERBIIS.

HVMANITER. M. Tullius ad Panſam lib. primo: De Antio feciſti humaniter, quem quidem ego ſemper dilexi, meq. ab eo diligi ſenſi. Ad Atticum lib. ij: Inuitus literas tuas ſcinderem; ita ſunt humaniter ſcribtæ.

DISERTE, & conſuetudine dicitur, & Afranio auctore in Diuortio: Quod vult diſerte pactum aut dictum. DISERTIM dicere, plane, palam, Titinnio auctore poſſumus; in Veliterna: Habui recte diſertim. Plautus in Sticho: Fuit diſertim, verum id vſu perdidi. Accius Euryſace: Diſertim id vnum incommodis deſit meis. Liuius: Tuque mihi narrato omnia diſertim.

INSANITER, Pomponio auctore: Metuo illum; iocari neſcit, ludit nimium inſaniter.

SEVERITER pro ſeuere dici auctoritas veterum iubet. Titinnius Prilia: — Seueriter Hodie

ſermonem amica mecum contulit.

COMMVNITVS, pro communiter. Varro Rerum Diuinarum: Etenim vt Deos colere debet communitus ciuitas, ſic ſingulæ familiæ debemus.

BLANDITER, pro blande. Titinnius Gemina: Vt cum ea primum blanditer comparemus colloquia.

CELERE, pro celeriter. Nouius Paulo: Nunc te obteſtor, celere ſancto ſubueni cenſori. Ennius Sat. lib. j: Dum quicquid des celere.

BENIGNITER, pro benigne. Titinnius Gemina: Nimium te patrocinari ſentio beigniter.

FESTIVITER, pro feſtiue. Nouius Geminis: O domus parata pulchre; familiæ feſtiuiter.

AVARITER, pro auare. Plautus Curculione: Hoc vide, vt ingurgitat impura in ſe merum auariter. Quadrigarius Annali lib. xxj: Crudeliter ille; nos miſericorditer; auariter ille, nos largiter. Cato de præda militum diuidenda: Fraudulenter atque auariter.

AMICITER, pro amice. Plautus in Perſa: Quum meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt. Pacuuius Duloreſte: Nunc ne illum exſpectes, quando amico amiciter Feciſti.

PROBITER. Varro Octogeſi: Poſtquam auida libido rapere, ac concidere cœpit, ſeque opifice non probiter clepere.

MVNDITER, pro munde. Plautus in Pœnulo: Nam quum ſedulo munditer nos habemus, Vt ægre amatorculos inuenimus.

SÆVITER, pro ſæue. Plautus in Pœnulo:

Aha tam ſæuiter. Idem in Trinummo: --- A nimium, Staſime, ſæuiter. Accius Aſtyanacte: Ferum feroci contundendum inperiſit ſæuum ſæuiter. Ennius Phœnice: Sæuiter ſuſpectionem ferre falſam, futilum eſt. Afranius Simulante: Sæuiter ferre hæc te ſimula, & gnatam ab illo abducere. Ennius Hectoris Lytris: Sæuiter fortuna ferro cernunt de victoria.

MÆSTITER, pro mæſte. Plautus in Rudente: Sed vnde vos ire cum vuida veſte dicam obſecro, Tam mæſtiter veſtitas?

PROPRITIM, pro proprie. Lucretius lib. ij: Quid, genus humanum propritim de quib. auctum eſt?

AMPLITER. Lucillius lib. xiij: --- Nam ſumtibus magnis Exſtructam ampliter atq. cum accumbimus menſam. Pomponius Herede petitore: Heus aptate pueri munde atq. ampliter conuiuium. Plautus in Sticho: Sat eſt ſeruo homini modeſte facere ſumtum, quam ampliter. Accius Diomede: Benigne & pro bedeficio largi, atque ampliter.

ALIQVANTISPER. Quadrigarius Annali libro vj: Aliquantiſper pugnato nihil promouet Pœnus. Cæcilius Fallacia: Nam ſi illi, poſtquam rem paternam amiſerant, Egeſtate aliquantiſper iactati forent.

PAVLISPER, & QVANTISPER. Cæcilius Fallacia: Velim pauliſper te operiri. quantiſper? non plus triduum. Pomponius Dotata: Poſſum exorare te, vt recedas a me pauliſper modo? Quantiſper ſat habes?

DVRITER, pro dure. Terentius in Andria: Primo hæc pudice vitam, parce, ac duriter Habebat. Nouius Zona: Duriter me habere, vigilaſſe. Afranius Priuigno: Viuax, vetus, quam duriter nunc conſulo tergo meo. Ennius Phœnice: Quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit. Cęcilius Fallacia: --- Nam quam duriter Vos educauit, atq. aſpere, non negat.

CAVTIM, pro caute. Accius Alphęſibœa: --- Sed tibi cautim eſt adeundum ad virum. Idem Philocteta: Contra eſt eundum cautim & captando mihi.

STRICTIM. Cicero de Orat. lib. j: Quaſi per tranſennam prętereuntes ſtrictim aſpeximus. Salluſtius: Strictim, vt quæque memoria digna videbantur, perſcribere.

FIRMITER, pro firme. Lucillius Satyr. lib. x: Fluctibus a ventiſque auerſis firmiter eſſent. Idem lib. xij: Firmiter hoc pariterque tuo ſit pectore fixum. Afranius Augure: Hoc heret, vt aut clamor oritur, ſed ſpiritum firmiter inſtat. M. Tul. de Republ. lib. vj: Firmiter enim maiores noſtri ſtabilita matrimonia eſſe voluerunt.

FIDELE, pro fideliter. Plaut. Captiuis. --- Fac fidele, caue fidem fluxam feras.

ÆQVITER, pro æque. Pacuuius Atalanta: Concertare ac diſſentire partem da curſum ęquiter. Accius Antenoridis: --- Ad populum intellego Referundum, quoniam horum æquiter ſententiæ Fuere. Liuius Ægiſtho: --- Nam vt Pergama Accenſa, & præda per participes æquiter Partita eſt.

Pvblicitvs, pro publice. Lucill. Satyr. lib. xij: Huic homini quæſtore aliquo eſſe opus, atq. chorago, Publicitus qui mihi, atq. e fiſco præbeat aurum. Idem libro xvj: Publicitus vendit tamen, atq. extrema ligurris. Plautus Amphit. Hoſpitio publicitus accipiat. Cæcilius Plocio: Ibo domum, ad plebem pergitur, publicitus defendundum eſt. Pomponius Campanis: Datordoſenno & fullonibus publicitus cibaria.

ProtervitER. Ennius Pancratiaſte: Quis eſt, qui noſtris foribus tam proteruiter?

Ignaviter, pro ignaue. Lucil. Satyr. lib. xvj: Cur tam ignauiter hoc præſertim tempore quæris?

Mvtviter, pro mutuo. Varro Octogeſi, περὶ νομισμάτων: Viue, meq. ama mutuiter.

Perspicace, pro perſpicaciter. Afranius Diuortio: Quam perſpicace, quam benigne, quam cito?

Asperiter. Næuius Pullis: Vbi tu nequaquam cubares aſperiter.

Celeranter, pro celeriter. Accius Antenoridis: Sed quis hic eſt, qui matutinum curſum huc celeranter rapit?

Dapsile. Pomponius Ruſtico: Quid nunc vis fieri? verrem ſume dapſile ac dilucide.

Exqvisitim. Varro Aiace ſtramentitio: Acre æger medicos exquiſitim conuocabas, vt conualeſceret.

Hilare. M. Tullius de Orat. Quis vmquam res præter hunc tragicas pæne comice, triſtis remiſſe, ſeueras hilare? Afranius Priuigno: —Et

propter patruelem tuam Conſtituit hilare anhelans, deiecta coma.

FESTINATIM, pro feſtinanter. Pomponius Aſinaria: Exſilui de nocte ad molam fullone feſtinatim. Siſenna Hiſtor. lib. iiij: Prætor feſtinatim de caſtellis ad caſtra maxima pedites conducit.

PVGNITVS, pro pugnis. Cæcilius Fallacia: Niſi quidem qui ſe malit pugnitus peſſumdari.

IGNAVITER. Quadrigarius Annali lib. ij: Et qui ibi erant, non ignauiter potando eum diem pro meliore habuerunt.

FVTILE, futiliter. Ennius Phœnice: Vt quod factum eſt futile amici nos feratis fortiter.

HVMANITER. Turpilius Pedio: Quare eſſe dicat quiſquam illum hominem, aut quidquam facere humaniter? Caſſius Hemina Hiſt. lib. iiij: Quare fini omnis artis atq. humanitus aguntur. Afranius Repudiato: --- Quanto facilius Ego qui ex æquo venio, adducor ferre humana humanitus?

INIMICITER. Accius Didaſcalicorum libro j: Placare hoſtem ferocem, inimiciterq. accenſum.

MEMORE, pro memoriter. Pomponius Philoſophia: Ergo nidos ſed ne cum iſta hæc memore meminiſti, indica; Qui illud aurum abſtulerit. Non didici hariolari gratis.

IMMORTALITVS. Turpilius Hetæra: Satine vt meum cor voluptatibus dat? immortalitus ſe obtulit mihi hæc facultas.

LARGITVS, pro large. Afranius Materteris: Quid iſtuc eſt? quid fles? quid lachrymas largitus? proloquere.

IRACVNDITER. Cæcilius Subditiuo: Que-

ſo ne temere hanc rem agas, & ne iracunditer.

MINVTIM, pro minute. Lucillius libro v: --- Dic quam cogat vis ire minutim Per commiſſuras rimarum noctis nigrore.

PARCITER, pro parce. Pomp. Verre: --- Salbeolo parciter, Tanquam frater mihi ſis, medium abdomen quum diuidam.

SVPERBITER. Afranius Purgamento: Illa ſuperbiter imperat. Næuius belli Pœnici lib. vj: Superbiter contemtim conterit legiones.

LONGINQVE, & LONGITER, pro longe. Accius Andromache: Ei malo annos multos longinque a domo Bellum gerentes ſummum ſumma induſtria. Lucretius libro iij: Non, vt opinor, id a leto iam longiter errat.

PERPLEXIM, pro perplexe. Plautus in Sticho: Vtrum ego perplexim laceſſam orationem ad hunc modum? Hemina Hiſt. lib. j: Prudens perplexim ſcottino ſcribit.

SANITER. Afranius Megalenſibus: Adeſto, aſſentio te non amare me, adorare ac ſaniter.

RARENTER. Cæcilius Pauſimacho: Edepol voluntas homini rarenter venit. Nouius Exodio: Multum ames, paulum des crebro, venias rarenter. Ennius Andromacha: Sed quaſi ferrum, aut lapis durat, rarenter gemitum conatur. Trabes Ergaſtulo: Longe ab vrbe villicarier, quo erus rarenter venit. Liuius Tereo: Rarenter venio.

PERSPICACE. Afranius Diuortio: Quam perſpicace, quam benigne, quam cito, Quam blande, quam materno vias pectore.

CONTEMTIM, contemnenter. Næuius bel-

li Pœnici lib. vj: Superbiter contemtim conterit legiones.

TEMERITER. Accius Amphitr. Hocin re eſt, quod tu tam temeriter meam beniuolentiam Interiſſe es ratus.

RESTRICTIM, pro reſtricte. Afranius Thaide: --- Eaq. firme ſedere melius conſultoribus, Quam reſtrictim cogitata, atque omnibus rationibus.

PRÆCLARITER. Quadrigarius Annali lib. iij: Et ita rebus præclariter geſtis Romam reuerterunt.

TORVITER. Pomponius Auctorato: Occidit taurum toruiter, me amore ſauciauit. Ennius lib. j: Aſt hic quem nunc tu tam toruiter increpuiſti.

PVRITER. Pomponius Aruſpice: Vel pectore ruſtico bucco puriter fac vti tractis: laui iamdudum manus. Nouius Virgine prægnante: — Sequere me, Puriter volo facias; igni atque aqua volo hanc accipere.

VERECVNDITER. Pomponius Macco: Virginem præteriens vidit duos ſenſum in ludo, verecunditer non docentem condiſcipulum, verum ſcalpentem natis.

CERTATIM. Virgilius Æneid. lib. iij: Certatim ſocij feriunt mare, & æquora verrunt. Siſenna Hiſt. lib. iij: Atque armis de vita certatim dimicare nitebantur.

ABVNDE. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Perfuſe atq. abunde ſemper vſi magnum pondus auri argentique.

Miseriter, pro miſere. Laberius Mereo: Mens incorrupta miſeriter corrumpitur.

Properiter. Catullus: Animula miſerula properiter abit.

INCIPIT DE DOCTORVM INDAGINE.

Omnes artem ſecuti negant aduerbijs præpoſitionem addi oportere; ſed auctoritas veterum præponi iubet.

Desvbito. Titinnius Prilia: Sede amabo; quid deſubito tam repente ad me veniſti? Ennius Pancratiaſte: Quum deſubito me orat mulier, lachrymanſq. ad genua accidit. Afranius Emancipato: — Quam beatæ ſcenicæ Videntur mihi mulieres, quæ iurgio, Et beniuolentia terrent deſubito viros. Cæcilius Aſoto: — Nam ego Duabus vigilijs tranſactis duco deſubito domum. Quadrigarius Annali lib. ij: His deſubito vtriſque nuntiatur ipſorum copias adeſſe. Nouius Tripartita: Poſtquam ſe vidit heredem, deſubito diuortium Fecerunt. Lucretius lib. ij: Vim cupidam tam deſubito, quam mens habet ipſa. Accius Euryſace: Tot tropæa tranſdes, ſummam gloriam euorti ſines Tam deſubito? Pomponius Pappo agricola: Volo ſcire ex te, cur vrbanas res tam deſubito deſeris. Idem Piſtore: Fit deſubito hilarus, triſtis ſaltat, ridens ringitur. Lucillius Satyr. lib. x: Quamuis deſubito trinis deducere ſcalis. M. Tul. de Republ. lib. vj: In his, vt meminiſtis, concurſu leuiſſimæ multitudinis, & ære congeſto funus

deſubito eſſet ornatum. Næuius Danae: Deſubito famam tollunt, ſiquam ſolam videre in via.

DEREPENTE. Turpilius Boethuntibus: Eum derepente vxorem audio ducere. Ennius Phœnice: Ibi tum derepente ex alto in altum deſpexit mare. Afranius Incendio: Non vſquequaque idoneum inuenias locum, Vbi derepente, quum velis, facias lutum. Idem in Homine: Atq. ille derepente in iumentum exſilit. *. Contendit oculos, derepente abit celox. Accius Aſtyanacte: Hic per matutinum lumen tardo properantem gradu Derepente aſpicio ex nemore pauidum & properantem egredi. Nouius Macco: Scalpis dentes derepente, in ſcena ſi peccaueris. Terentius Hecyra: Ita corripuit derepente tacitus ſe ad filiam. Pomponius Præcone poſteriore: Vis facere, vt nouerca vetulum derepente deſerat? Ennius Hectoris Lytris: Ecce autem caligo oborta eſt; omnem proſpectum abſtulit. Derepente contulit ſeſe in pedes. Varro Seſquiulyxe: In Theſpiadum aro derepente.

PICVMNVS & auis eſt Marti dicata, quam picum, vel picam vocant, & deus, qui ſacris Romanis adhibetur. Æmilius Macer in Theogoniæ libro primo: Et nunc agreſtis inter Picumnus habetur. Higinus: Eſt parra Veſtæ, picus Martis. Fabius Pictor rerum geſtarum libro primo: Et ſimul videbant picum Martium. Idem lib. iuris pontificij iij: Pilumno, & Picumno. Varro de vita populi Ro. lib. iij: Ælius Pætus quum eſſet Prætor vrbanus, & ſedens in ſella curuli ius diceret populo, picus Martius aduolauit, atq. in capite eius aſſedit.

Veterum memorabilis ſcientia Pavcorvm numerum pro bonis ponebat; Mvltos contra malos appellabant. Terentius in Eunucho: Si quiſquam eſt qui placere ſtudeat bonis, Quam plurimis. Accius Tereo: Video ego te, mulier, more multarum vtier, Vt vim contendas tuam ad maieſtatem viri. Idem Epinauſimache: Probis probatum potius quam multis forem Lucillius Satyr. lib. xiiij: Non paucis malę ac ſi ac ſapientibus eſſe probatum, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. Idem lib. xiij: Vnus modo de multis qui ingenio ſit. M. Tullius de Republ. lib. quarto: Nec in hac diſſenſione ſuſcepi populi cauſſam, ſed bonorum. Idem de Republ. lib. vj: Et vero in diſſenſione ciuili, quum boni plus quam multi valent, expendendos ciuis, non numerandos puto. Afranius Suſpecta: Noli ex ſtultitia multarum credere eſſe animum meum.

Censere, & Arbitrari veteres cognatione quadam ſocia ac ſimilia verba eſſe voluerunt. Varro de ruſtica libro xx: Quod verbum cenſeo, & arbitror idem poterat ac valebat. Plautus in Rudente: --- Non vidiſſe vndas maiores cenſeo. Idem in Menæchmis: Demam hanc coronam, atq. abiciam ad læuam manum, Vt, ſi ſequentur me, hac abiiſſe cenſeant. Varro de vita populi Romani lib. ij: Itaque, quod hos arbitros inſtituerunt populi, cenſores appellarunt: idem enim valet cenſere & arbitrari.

Affici malis tantum conſuetudo præſumſit, quum ſit poſitum & bonis. M. Tul. de offic. lib. primo: Si quos aliquo honore aut impe-

rio affectos obſeruare & colere debemus. Varro Eumenidibus: Coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit, Luce locum afficiens.

DECVRIONES, & CENTVRIONES, a numero, cui in militia præerant, dicebantur. ACCENSI, qui his accenſebantur, id eſt attribuebantur. Varro de vita pop. Ro. lib. iij: Quid ea ſcribti vis; quum erant attributi decurionibus, & centurionibus, qui eorum habent numerum, accenſi vocabantur. Eoſdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant pugnis & lapidibus, his armis, quæ ferrentur, non quæ tenerentur.

LATERES apud quoſdam, vt ſcrobes, cuius generis habeantur, incertum eſt: ſunt autem generis maſculini. Varro de vita populi Ro. lib. iij: Nam lateres argentei, atq. aurei primum conflati, atq. in ærarium conditi. Et in alio idem: —— Later quod conquadrauit regius.

MODESTIA, MODERATIO, MODVS, MODICVM, MEDIOCRE, hunc habent ordinem, quod Modeſtia, fundamentum, ſoliditas, baſis ipſa virtutis eſt; e qua gignitur moderatio, quæ temperat aurigatque modos, qui ex ſupra memoratis diſciplinis in factis, & in dictis, & ceteris talibus, quæ agendi officia ſunt, iunguntur. Modicum vero moderatum eſt: mediocre, quod medium. Ita ſæpe poſitum in magnis auctoribus aucupauimus. Varro Cato, vel de liberis educandis: Omnia, inquam, in docendis pueris, quædam tamen non prohibent virum bonum fieri, mediocria, modica ſunt.

PROVENTVM etiam malarum rerum dici

veteres voluerunt. Lucill. lib. xxvj: Denique adeo male me accipiunt decimæ, & proueniunt male.

Imbvere conſuetudo inducere, vel inficere exiſtimat, quum ſit proprie maculare, vel polluere, vel inficere. Accius Armorum iudicio: Inter quos ſæpe & multo imbutos ſanguine. Idem Menalippo: Credite amici morte me imbuturum manus. Pacuuius Peribœa: — Nam ſi te regeret pudor, Siue adeo cor ſapientia imbutum foret. M. Tullius de Republ. lib. v: Quæ quum Scipio dixiſſet, admodum probans Nummius, erat enim odio quorum rhetorum imbutus. Varro ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν: At regis enſis ſanguine imbutus nigro. Salluſtius Catilinæ bello: Ea quaſi venenis malis imbuta, corpus animumq. virilem effeminat. Virgil. lib. vij: Quæ fors prima dedit, ſanguis nouus imbuit arma. M. Tullius in Hortenſio: Vt hi qui combibi purpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis quibuſdam; ſic literis, talibuſque doctrinis ante excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui, & præparari decet. Varro Agathone: Ideo quod maiores noſtri virginis acerbæ auris Veneris vocabulis imbui noluerunt.

Compotem bonæ rei ſolum dici exiſtimatur, quum etiam mala re poſitum ſit. Accius Clytemnæſtra: Cur me miſeram irridet magnis compotem & multis malis?

Mira, Miracvla veteres pro monſtris, vel horrendis ponebant. Lucil. Satyr. lib. j: — Miracla cient elefantes. Plautus Amphit. Nimia memoras mira, ſed vidiſtin vxorem meam. Virgilius Georg. lib. iiij: Omnia commutat ſeſe in mira-

cula rerum.

DIEM volunt, quum feminino genere dicimus, tempus ſignificare; maſculino, diem ipſum: Nos contra inuenimus. Turpilius Pedio: Quando equidem amorem intercapedine ipſe leniuit dies; id eſt, ipſum tempus. Pacuuius Duloreſte: Gnatam deſpondit, nubtijs hanc dat diem. Virgilius Æn. lib. ij: Ergo dies infanda aderat; mihi ſacra parari.

VICTOREM, altæ rei ſuperatorem dici voluit Virgil. Geórg. lib. ij: --- Inde ſecutus Per ramos victor, atq. alta cacumina regnat.

VER SACRVM quidam dictum putant, vt plerumque, vitabile, & exſecrandum. Sed Siſenna religioſum dicit, Hiſtor. libro quarto: Quondam Sabini feruntur vouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos.

APVD, ad. Lucillius lib. xxx: Aut quum iter eſt aliquo, & cauſſam commenta viai, Aut apud aurificem, ad matrem, cognatam, ad amicam. Error conſuetudinis apud, pro in, vtitur. Itaque vitioſe dicimus, quum nos in foro fuiſſe dicamus, apud aut ad forum fuiſſe, quum apud, iuxta ſignificet. Accius Euryſace: Apud ipſum adſtas. Turpilius Leucadia: Vtinam nunc apud ignem aliquem magnum aſſidam. M. Tull. de Rep. lib. iij: Cuius etiam focum Cato ille noſter, quum venerat ad ſe in Sabinos, vt ex ipſo audiebamus, viſere ſolebat; apud quem ſedens Samnitium quondam hoſtium, tum iam clientium ſuorum dona relegauerat. Accius Diomede: Aſſum apud te genitor. Salluſtius in Ingurthino bello: Ceterum apud aquam Syl-

lam cum equitibus noctem agitare iubet. Apud etiam, pro in, dictum inuenimus, vt Terentius in Andria: ---Apud forum modo De Dauo audiui. M. Tullius de ſignis: Cęnam iſti dabat apud villam in Tyndaritano.

Pro & ante ſignificat. Virgil. lib. viij: Stabat pro templo, & Capitolia celſa tenebat.

Operari eſt deos religioſe, & cum ſumma veneratione ſacrificijs litare, vel conuiuari. Pomponius Præcone poſteriore : Ad Veneris profectus eſt mane vetulus, votum vt ſolueret: Ibi nunc operatus eſt. Afranius Excepto : Proficiſcor, res, tempus, locus, ſimul otium hortabatur, Vt operatum illum Dianæ degerem ſanctum diem. Idem in eadem : Iubeo hominem tolli, & collocari, & confoueri, ſoluo operam Dianæ. Virg. Georg. lib. primo: --- Lætis operatus in herbis. Lucillius lib. xxx: Aut operata aliquò celebri cum æqualibus fano.

Sexagenarios per pontem mittendos male diu popularitas intellexit, quum Varro de vita populi Ro. lib. ij. Honeſtam cauſſam, religioſamq. patefecerit: Quum in quintum gradum peruenerant, atq. habebant ſexaginta annos, tum deniq. erant a publicis negotijs liberi, atque otioſi. Ideo in prouerbio quidam putant veniſſe, vt diceretur ſexagenarios de ponte deijci oportere, quod ſuffragium non ferant, quod per pontem ferebant.

Stricturæ dictæ ſunt, quæ de ferro candenti micant, quum maſſa malleis cuditur, vnde & incus eſt appellata; dictæ autem quod aut ſtri-

ctius emittantur, aut quod oculos fulgore perſtringant. Virgilius lib. octauo: Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat.

PROXIMVM dicebant veteres non ſolum adherens, & adiunctum; verum etiam longe remotum, ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium exſtitiſſet. Virg. Æn lib. quinto: Proximus huic, longo ſed proximus interuallo Inſequitur Salius. Ita & Salluſtius in ſitu Ponti, de promontorijs Paphlagonum, & quod *κριȣ̃ μέτωπον* appellauit, poſuit.

MEMINI ILLAM REM, difficilius dictu putant plurimi. Virgilius in Bucolicis: --- Numeros memini, ſi verba tenerem. Et: --- Alternos Muſæ meminiſſe volebant. Cicero de Orat. lib. tertio: Quid fuit in Graccho? quem tu melius, Catule, meminiſti, quod me puero tanto opere ferretur.

TVRBAM, & TVRBAS diuerſam volunt habere ſignificationem, vt ſit turba, populi conuentus; turbæ, turbationes. Nos contra lectum inuenimus, & indiſcrete poſitum, & pro turbis turbam. Accius Athamante: An dubito. ha quid agis? caue ne in turbam te implices. Idem Staſiaſtis, vel Tropæo: Non vides quam turbam, quoſue fluctus concites. Turpilius Thraſyleone: Nemo vmquam vidit ebrium ire interdiu, Neq. turbam facere, neque fores exurere. Terentius in Eunucho: Nequam ille hodie inſanus turbam faciat, aut vim Thaidi. M. Tullius de ſenectute: Quum in illud diuinum animorum concilium cœtumq. proficiſcar, quumque ex hac turba & colluuione diſce-

dam. Plautus in Aulularia: Redeo intro, nequid hic turbæ fiat. Cæcilius in Imbris: Mirum adeọ, niſi frater domi ebrius turbam aliquam dedit.

Demensvm Terentius in Phormione quaſi deminutum poſuit: Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo Suum defrudans Genium comperſit miſer. Cicero in Oratore, æſtimatum vel æquatum dicit: Quę non ex inſidijs, ſed aperte palam elaboratur, vt verba verbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.

Svpervacvvm non putat oportere dici Varro de vita populi Ro. lib. iiij; ſed ſuperuacaneum: In quo eſt ſuperuacuum pro ſuperuacaneo.

Cæcvm veteres pro improuido dixerunt. Varro de vita pop. Ro. lib. iiij: Neque id cæci Conſules feciſſent, quæ mandata arcana T. Ampio ſediſſent, aut diuidi centum Gn. magnum.

Quotiens per accuſatiuum caſum Annos, vel Dies loquimur, iuges annos, vel dies ſignificamus: quotiens per datiuum, per interuallum interiectis aliquib. annis vel diebus. Itaque qui optantes, multis annis dicunt, multos annos melius dixerint. Virg. Georg. lib. ij: Ergo non hyemes illam, non flabra, neq. imbres Conuellunt; immota manet, multoſque per annos Multa virum voluens durando ſæcula vincit. Plautus Trinummo: Quia ruri dum ſum ego vnos ſex dies, Me abſente, atque inſciente, inconſultu meo, Ædis venalis haſce inſcribit literis. Turpilius Philopatro: Ecce autem tuo more, vt ſoles, videre mihi Ægre id pati, quia hos dies compluſculos Interca-

pedo ſumti faciundi fuit. Idem Hetæra:— Rus ad illas commigrat; Habitamus hyemem totam cum mulierculis. Virgilius Georgic. lib. iiij: Septem illum totos perhibent ex ordine menſes Fleuiſſe. Cicero de Republ. lib. j: Nec tantum Carthago habuiſſet opum ſeſcentos fere annos ſine conſilijs & diſciplina. Idem de Republ. lib. ij: Itaque illa præclara conſtitutio Romuli, quum ducentos annos & xx. fere firma manſiſſet. Salluſtius Hiſt. libro primo: Et Diponem validam vrbem multos dies reſtantem pugnando vicit. Lucillius lib. xxvj: Qui ſex menſes vitam ducunt, Orco ſpōdent ſeptimum. Inuenimus & in Varrone multis annis continuis dici, περὶ γεγαμηκότων: Cuius vbi annis multis maſculini veſtigium inuentum eſt.

DVBIO potius quam difficili intellectu vates poſuit Mantuanus: Sed miſera ante diem, ſubitoque accenſa furore. Quum huic ſententiæ aduerſetur verſus eius cum opinione ſentiēs plurimorum: Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. Verum ſenſibilitatis eius non leuis ratio eſt, quæ, prima ſententia philoſophica accipit intellectum, quæ ait, ſui cuique mores fortunam fingunt, omnipotens fortuna eſſe deſinit; quod Salluſtius mire: Fortuna ſimul cum moribus immutatur. Ac per hoc ex ea ſimilitudine iam fatum ineluctabile eſſe non poterit, quod ex vna cauſſa fortuna ferri videatur, & fatum. Poteſt etiam fatum morum mutabilitate conuerti, vt ex his aut celer, aut tardum; aut bonum fiat, aut peſſimum. Accenſa enim furore Dido amoris iniqua violentia, qui, vt ipſe ait, Omnia vincit amor; ante diem merito vi-

detur occidere; quod etiam Homeri eiuſmodi eſt, quem Virgilius noſter omni æmulatione ſectatur, σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε᾽ ἔχουσιν, quod eſt ὑπὲρ μόρον, vltra decretum: quod ſi admittitur, vt vlterius protendatur, quoniam id ex moribus factum eſt, quod ſignificat σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν, admittere poteritis de moribus properatam etiam fati celeritatem, vt intra diem poſſit admitti, quoniam recepit, vt Homerus ait magnitudinem vltra vim fati.

Inpotentiam etiam potentiam auctoritas dedit. Siſenna Hiſt. lib. iij: Sublatus lætitia nimia, atq. inpotentia commotus animi.

Dona conſuetudine hæc habentur, quæ aut propitiandis dijs dantur, aut hominibus pro benefactis redduntur; ſed auctoritate pro vltione poſitum manifeſtum eſt. Virg. in Buccolicis: Aut vt mutatos Terei narrauerit artus, Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

Qvando pro quoniam dici poteſt. Virgilius lib. vj: Vnum oro, quando hic inferni ianua ditis Dicitur. Et rurſus idem: Hic tibi; fabor enim, quando hæc te cura remordet.

Vel, pro etiam, eſt. M. Tullius Epiſtola ad Brutum lib. viij: Et quod te tantum amat, vt vel me audeat prouocare. Lucil. lib. xxviiij: Hoc inueniſſet vnum ad morbum illum homini vel belliſſimum. M. Tullius de offic. lib. ij: Contraq. beniuolentia fidelis, vel ad perpetuitatem. Idem in Hortenſio: Vidi in dolore podagræ nihilo ipſum vel omnium maximum Stoicorum Poſſidonium, quam Nicomachum Tyrium hoſpitem meum for-

tiorem. Virgil. Georgic. lib. iij: Belgica vel molli melius feret eſſeda collo. Varro Eumenid. Ex his atque eiuſmodi inſtitutis ac vita vel ad Herculis athla athletæ facti erant. Item Virgilius: Carmina vel cælo poſſunt deducere Lunam. Terent. in Eunucho: ---Vel rex ſemper maxumas Mihi agebat.

DE, pro ab. Lucillius lib. xxvj: --- Solus iam vim de claſſe prohibuit Vulcaniam.

PILVMNVS & PICVMNVS Dij præſides auſpicijs coniugalibus deputantur. Varro de vita populi Romani lib. ij: Natus ſi erat vitalis, ac ſublatus ab obſtetrice, ſtatuebatur in terra, vt auſpicaretur rectus eſſe; Dijs coniugalibus Pilumno & Picumno in ædibus lectus ſternebatur.

CADVCEVS, pacis ſignum; Varro pronuntiat de vita pop. Ro. lib. ij: Verbenatus ferebat verbenam, id erat caduceus, pacis ſignum: nam Mercurij virgam poſſumus æſtimare.

Qui liberi fiebant, ea cauſſa CALVI erant, quod tempeſtatem ſeruitutis videbantur effugere, vt naufragio liberati ſolent. Plautus in Amphit. Vt ego hodie raſo capite caluus capiam pileum.

LVCIS numero plurali ſunt, quod dies. Varro Hebdomadum, ſub imagine Demetrij: Hic Demetrius eſt catus * Quot lucis habet annus abſolutus.

Quotiens genere neutro, plurali numero OPERA legerimus, ſignificantur fabricæ. Virgilius Æneid. lib. iiij: ---Pendent opera interrupta, minæque Murorum ingentes. Quum genere feminino, numero ſingulari, intellegendum aut opus,

vel

vel labor pro mercede ſumta. Plautus in Aſinaria: Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia. Vel occaſio, & facultas, aut oportunitas. Plautus in Aulul. Da mihi operam parumper, ſi opera eſt, Euclio, id quod te volo. Afranius Vopiſco: Deinde aliquid dedita opera controuerſiæ Concinno.

Vile poſitum legimus pro frequenti. Varro Virgula diuina: Attabos quum volucris venit apud illos, vſque ad limina indica vilis. Virgilius Georg. lib. j: — Vilemq. faſelum.

Præter, pro ante, vel per. Varro Eumenid. En domum præter matrem deum ædem exaudio cymbalorum ſonitum. Cicero in Verr. lib. iij: Præter oculos Lolli ferebant.

Fetiales apud veteres Romanos erant, qui ſancto legatorum officio ab his, qui aduerſum populum Rom. vi, aut rapinis, aut iniurijs hoſtili mente commouerant, pignora facto federe iure repetebant: nec bella indicebantur, quæ tamen pia vocabant, priuſquam quid fuiſſet fetialibus denuntiatum. Varro de vita populi Rom. lib. ij: Itaque bella & tarde, & magna licentia ſuſcipiebant: quod bellum nullum, niſi pium, putabant geri oportere, prius indicerent bellum ijs, a quibus iniurias factas ſciebant: fetiales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant. Idem lib. iij: Si cuius legati violati eſſent, qui id feciſſent, quamuis nobiles eſſent, vti dederentur ciuitati, ſtatuerunt, fetialeſque viginti, qui de his rebus cognoſcerent, iudicarent, & ſtatuerent, conſtituerunt.

ATQVE particula, ſi diligentius intelligitur, multam habet ſignificantiam, vt vel illud eſt Ennij: Atque atque accendit muros Romana iuuentus: quod eſt, feſtine & intrepidanter accendit. Significat etiam celeriter, & ſtatim; vt Virgil. in Georgic. lib. j: --- Si brachia forte remiſit, Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. Habet etiam huiuſmodi intellectum, vt dicas, aliter ego feci vel locutus ſum, atque tu, hoc eſt, aliter ego ac tu, vel quam tu.

INTRA non ſolum id ſignificat, quod conſuetudine perſuaſum eſt, vt intra modum, hoc eſt, a modo minus; ſed etiam, in ipſo modo; vt intra Calendas dies etiam ipſę Calendæ accipi debeant: vt, intra oppidum, & intra cubiculum, quum dicitur, in oppido, & in cubiculo dictum eſſe videatur. Idque ita poſitum in multis veteribus, & non ita claris ſcribtoribus inuenitur.

NEGATIVAS duas negatiuam ſignificantiam noue habere. Varro Vimarco, περὶ τρόπων: Quæ non modo ignoraſſe me clamat, ſed omnino omnis heroas negat neſciſſe.

QVOD LVDIS pueri præſules eſſent, glabri, ac depiles propter ætatem, quos antiqui Romani Ludios appellabant, vt eſt in lib. j. Varronis de vita populi Romani: Ideo Plautus in Aulul. --- Tu iſtum gallum, ſi ſapis, Glabriorem reddes mihi, quam vulſus Ludius ſt.

DEINSVPER. Salluſtius Hiſt. lib. j: Sertorius portis turbam morantibus, & nullo (vt in terrore ſolet) generis aut imperij diſcrimine, per calonum corpora ad medium euaſit, deinſuper ſtan-

tium manibus in murum attollitur.

SIFILARE (quod nos vilitatem verbi vitantis ſibilare dicimus; & eſt maledica vocis ſignificatio, vel contumelioſa popularium, quum ſifilationibus quis exploditur) a Græco ducere originem inuenimus. Huius rei auctor eſt venerabilis Homerus lib.xiiij.Iliad. Ἀλλ' ὁ μὲν ὡς ἀπόλοιτο, θεὸς δὲ ἑ σιφλώσειε.

NVBENTES veteri lege Romana aſſes tres ad maritum venientes ſolere puchere, atque vnum, quem in manu tenerent, tamquam emendi cauſſa, marito dare; alium, quem in pede haberent, in foco Larum familiarium ponere; tertium, quem in ſacciperione condidiſſent, compito vicinali ſolere rezonare. Inde Virg. Georg. lib. j: Teque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis. quos ritus Varro lib. j. de vita populi Ro. diligentiſſime percucurrit.

SECVNDVM non ſolum numeri, & ordinis, vel proſperum, quod plerumque poſitum legimus; ſed etiam iuxta. Varro de vita populi Ro. lib. j: Tullum Hoſtilium in velis, vbi nunc eſt ædis Deum Penatium; Ancum in Palatio ad portam Mugionis ſecundum viam ſub ſiniſtra. Virg. Georg. lib. iij: Paſcuntur vero ſyluas & plena ſecundum Flumina.

FORNVM & FORNACES dicuntur a forno, quod eſt calido: inde FORCIPES, quod candens teneant ferrum; vt Virgilius libro viij: --- Verſantq. tenaci forcipe maſſam. Varro de vita populi Ro. lib. j: Cocula qui coquebat panem, primum ſub cinerem, poſtea in forno: cuius

vtriuſque vocabulum a forno ductum, id eſt a calore.

ÆRE DIRVTI appellabantur milites, quibus propter ignominiam ſtipendium, id eſt, merces menſtrualis, aut annua, quæ eſſet in nummis æreis, ſubtrahebatur. Varro de vita populi Ro. lib. ij: Stipendium appellabatur, quod æs militi ſemenſtre, aut annuum dabatur; cui datum non ſit propter ignominiam, ære dirutus eſſet.

NEGATIVAS DVAS pro negatiua vna accipiendas Varro monſtrauit; de vita pop. Ro. l. ij: Qua abſtinentia viri mulieresq. Romanæ fuerint, quod a rege munera eorum noluerit nemo accipere.

TABERNAS, non vinarias ſolum, vt nunc dicimus, ſed omnes quæ ſunt popularis vſus, auctoritas Romana patefecit. Varro de vita populi Ro. lib. ij: Hoc interuallo primum forenſis dignitas creuit, atque ex tabernis lanignis argentariæ factæ.

STATILINVM, & STATANVM, & FABVLINVM præſides Deos Varro Cato, vel de lib. educandis puerilitatis affirmat: Ali Statano, & Statilino, quorum nomina habent ſcripta Pontifices: Sic quum primo fari incipiebant, ſacrificabant diuo Fabulino.

INCIPIT DE GENERE NAVIGIORVM.

CELOX eſt nauigium breue, dictum a celeritudine. Plautus in Aſinaria: Vnde ſumam? quem

interuottam? quo hanc celocem conferam? Idem in Captiuis: Vidi in publica celoce ibidem. In Pœnulo: Obſecro hercle, operam celocem hanc mihi, ne corbitam date. Turpilius Lemnijs: Remulis ſenſim celox ab oppido proceſſerat. Varro, Hercules tuam fidem: Procella frigida arte obruat celocem. Idem Vimarco: Nautæ remiuagam mouent celocem.

Corbita eſt genus nauigij tardum, & grande. Plautus in Pœnulo: Tardiores, quam corbitæ ſunt in tranquillo mari. Idem in eadem: Obſecro hercle, operam celocem hanc mihi, ne corbitam date. Lucillius Satyrarum lib. xv: Multa homines portenta in Homeri verſificata Monſtra putant, quorum in primis Polyphemus ducentos Cyclops longus pedes, & porro huic maius bacillum, Quam malus nauis in corbita maximus vlla.

Horia dicitur nauicula piſcatoria. Plautus in Rudente: Salute horiat, mari fluctuoſo. Idem in eadem: Meá opera, labore, & rete, & horia.

Cercvrvs nauis eſt Aſiana pergrandis. Plautus in Sticho: Quum percunctor portitores ecquæ nauis venerit Ex Aſia, negant veniſſe; conſpicatus ſum interim Cercurum, quo ego me maiorem non vidiſſe cenſeo. Lucillius Satyr. lib. viij: Verum flumen vti atque ipſo diuortio igneis pedibus cercurum concurret equis. Idem libro xiiij: Ad Regem legatus Rhodum, Ecbatanam, ac Babylonem Ibo; cercurum ſumam. Plautus Mercatore: Ædificat nauem cercurum, & merces emit.

LEMBVS, nauicula breuis piſcatoria. Accius Deiphobo: Eo ante noctc externa retia vt præueherem, & ſtatuerem; Forte aliquanto ſolitus lembo ſum progreſſus longius. Turpilius Leucadia: --- Hortari noſtros cœpi illico, Vt celerent lembum. Idem Lemnijs: Lembi redeuntes domum duo ad nos certam accelerarunt ratem. Virgilius Georgic. lib. primo: --- Quam qui aduerſo vix flumine lembum Remigijs ſubigit. Siſenna Hiſt. lib. iij: Otacilium legatum cum ſcaphis ac lembis. Plautus Mercatore: Dum hæc aguntur, lembo aduehitur tuus pater pauxillulo.

MYOPARO eſt nauicula piratarum. M. Tul. de Rep. lib. iij: Nam quum quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone; Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. Salluſtius Hiſt. lib. iij: Et forte in nauigando cohors vna grandi faſelo vecta a ceteris deerrauit, mariq. placido a duobus prædonum myoparonibus circumuenta. Siſenna Hiſt. libro quarto: Nauiſq. triginta biremis, totidem myoparones.

FASELVS, nauigium Campanum. Varro Deſultorio, περὶ τυεαφε in alius domini delicias faſelo nactum tonſillitore mouilem flictam ſoluit. Sall. Hiſt. lib. iij: Et forte in nauigando cohors vna grandi faſelo vecta a ceteris deerrauit. Siſenna Hiſt. lib. quarto: Prores actuariæ, tragi grandes, ac faſeli primo.

LENVNCVLVS, nauigium piſcatorium. Salluſt. Hiſt. libro ij: Primo incidit forte per noctem in lenunculo piſcantis.

ACTVARIÆ, nauiculæ celeres; dictæ, quod

cito agi poſſent. Sall. Hiſt. lib. ij: Ad hoc pauca piratica actuaria nauigia. Siſenna Hiſt. lib. iij: Quibus occiſis actuarias ad viginti, nauis item complures onerarias incendunt.

Lintres, naues fluminales. Virgil. Georg. lib. j: --- Cauat arbore lintres.

Scaphæ ſunt nauiculæ, quæ maiores naues conſequuntur. Salluſtius Hiſt. lib. iiij: Eum atq. Metrophanen Senatus magna induſtria perquirebat quum per tot ſcaphas, quas ad oſtia cum paucis fidis percunctatum miſerant.

Codicarias naues etiam nunc conſuetudo appellat, eo quod in fluminibus ſint vſui. Salluſtius Hiſt. lib. iiij: Quam maximis itineribus per regnum Ariobarzanis contendit ad flumen Euphratem, qua in parte Cappadocia ab Armenia diiungitur: & quamquam ad id naues codicariæ occulte per hyemem fabricatæ aderant. Varro de vita populi Ro. lib. iij: Quod antiqui pluris tabulas coniunctas codices dicebant, a quo in Tiberi naues codicarias appellamus.

Pristis, nauigij genus; a forma priſtium marinarum, quæ longi corporis ſunt, ſed anguſti. Claudius Rerum Romanarum lib. xij: Quinque priſtis; nauigium ea forma a marina bellua dictum eſt. Virgilius libro v: Velocem Mneſtheus agit acri remige priſtim. Et: Frons hominem præfert, in priſtim deſinit aluus.

Cymba. Afranius Excepta: Tum conſcendo cymbam interibi luci piſcatoriam, Venio, iacitur anchora, inhibent leuiter. M. Tul. de offic. lib. iij: Cymbarum ante pedes multitudo; pro ſe quiſque

quod cepērat, afferebat.

ONERARIAS, de oneribus tardas. Siſenna Hiſt. lib. iiij: Quibus occiſis, actuarias ad viginti, naues item complures onerarias incendunt.

ANCHORÆ, vincla quibus antennę tenentur. Lucillius: Armamenta tamen, malum, vela omnia ſeruo; Funis enim præciſus cito, atq. anchora ſoluta.

PROSVMIA, nauigij genus. Cæcilius Meretrice: Cui progubernator propere vertit proſumiam. Idem Æthrione: De nocte ad portum ſum profectus proſumia.

INCIPIT DE GENERE VESTIMENTORVM.

TVNICA eſt veſtimentum ſine manicis. Titinnius Veliterna: Tunica & togula obuncula adimetur, pannos poſſidebit fœtidos. Cicero in Catilinam: Manicatis ac talaribus tunicis. Virgilius: Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Titinnius: Quin togis cum candidis, tunicis ſordidis, ſint & dicis. Plautus Pſeudulo: — Manuleatam tunicam habere hominem addecet. Et idcirco manuleatam addit, ne improprie vteretur. Lucil. Satyr. lib. j: Prætextæ, ac tunicæ; Lydorum opus ſordidum omne. Idem lib. xv: Scit poeticon eſſe, videt tunica & toga quid ſit. Varro Meleagris: Quum etiam Thais Menandri tunicam dimiſſam habeat ad talos. Ennius probro Carthaginenſium tunicatam iuuentutem voluit dicere. Varro Modio: Quam iſtorum quorum vitreæ to-

gæ oſtentant tunicæ clauos.

CALAVTICA eſt tegmen muliebrẽ, quod capiti innectitur. M. Tullius in Clodium: Tune, quum vincirentur pedes faſceis, quum calauticam capiti accommodares.

PENVLA eſt veſtis, quam ſupra tunicam accipimus. Pomponius Pannuceatis: Penulam in caput induce, ne te noſcat. Lucil. Satyr. libro xv: Penula, ſi quæris, canterius, ſeruus, ſegeſtre Vtilior mihi quam ſapiens. Varro Virgula diuina: Non quærenda eſt homini qui habet virtutem, penula in imbri.

AVLÆA, genus veſtis peregrinum. Varro de vita populi Ro. lib. iij: Quod ex hereditate Attalica aulæa, chlamydes, pallæ aureæ. Virgilius Georg. libro iij: Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Et eſt tamquam paludamentum Barbarici habitus militaris.

PLAGÆ, grande linteum tegmen, quod nunc torale, vel lectuariam ſindonem dicimus, quarum diminutiuum eſt plagulæ. Varro de vita pop. Ro. lib. iij: Chlamydes, plagæ, vaſa aurea.

STOLAM veteres non honeſtam veſtem ſolum, ſed etiam omnem, quæ corpus tegeret. Ennius Telepho: Cedo, & caueo conueſtitus ſqualida ſæptus ſtola. Idem in eadem: Regnum reliqui ſæptus mendici ſtola. Varro Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: Mulieres, aliam cerneres cum ſtola holoporphyro. Idem in Eumenid. Partum venuſta muliebri ornat ſtola.

PALLA eſt honeſtæ mulieris veſtimentum, hoc eſt, tunicę pallium. Plautus in Menæchmis:

Pallam ad phrygionem fert confecto prandio. Lucillius Satyrarum lib. xv: Quum tecum eſt, quiduis ſatis eſt; viſuri alieni Sint homines, ſpiram, pallas, redimicula promit. Virg. Æn. lib. j: —Pallam ſignis auroq. rigentem.

STROPHIVM eſt faſcea breuis, quæ virginalem horrorem cohibet papillarum. Turp. Philopatro: Me miſeram, quid agam? inter vias epiſtola excidit mihi: Infelix, inter tuniculam ac ſtrophium collocaueram. M. Tullius in Clodium: Quum ſtrophio accurate præcingerere. Plautus Aulul. Pro illis crocotis, ſtrophijs, ſumtu vxorio. Varro Seſquiulyxe: Suſpendit Laribus marinas mollis pilas, reticula, ac ſtrophia.

ABOLLA, veſtis militaris. Varro Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: Toga tracta eſt, & abolla data eſt ad turbam, vbi ſera militia in munera velli vt præſtarem.

SAGVM, veſtimentum militare. Salluſtius Hiſt. lib. ij: Occurrere duci & prælium accendere, adeo vti Metello in ſagum, Hirtuleio in brachium tela venirent. Virgil. lib. viij: Virgatis lucent ſagulis. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem lib. j: Pridie Nonas Februarias, quum ad te literas mane dediſſem, deſcēdi ad forum togatus, quum reliqui Conſularis ſagati vellent deſcendere. Varro Virgula diuina: Quum neque aptam mollis humeris fibulam ſagus ferret. Siſenna Hiſt. lib. iij: Senatus auctoritate ſagaria nunc.

PALVDAMENTVM eſt veſtis, quæ nunc chlamys dicitur. Salluſt. Hiſt. lib. iij: Et eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum mul-

to ſanguine ſuorum defenſus, poſtquam ex ſarcinis paludamenta hoſtari, & delectæ cohortes intelligi cœpere. M. Tul. ad Cæſarem iuniorem lib. ij: Antonius demens ante lucem paludatus.

CHLAMYS. Virgilius Æneid. lib. iiij: Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. Varro Hercule Socratico: Cubo in Sardinianis tapetibus, chlamyda ſed purpurea amicula.

REGILLA veſtis diminutiue a regia dicta, vt & baſilica. Plautus Epidico: An regillam tuniculam indutam, an mendiculam? Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: Collum procerum fictum leui marmore Regillam tunicam diffingitur purpura.

RALLA veſtis dicta a raritate. Plautus in Epidico: Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam.

RICA eſt, quod nos ſudarium dicimus. Plautus in Epidico: --- Ricam, baſilicum, aut exoticum. Serenus Opuſculo lib. j: Aut Zonulam, aut acum, aut ricam. Nouius Pedio: Mollicinam, crocotam, chiridotam, ricam, ricinium. Lucil. Satyr. lib. ij: Hyodyti aurati, ricæ, & oraria mitræ. Turpilius Veliterna: Ducit me ſecum; poſtquam ad ædem venimus, Veneratur Deos; interea aſpexit virginem Iniectam in capite riculam indutam oſtrinam. Varro Prometheo lib. j: Aliæ mitram ricinam, aut mitram melitenſem.

CÆSICIVM linteolum dicitur purum, & candidum; a cædendo, quod ita ad candorem perueniat, vel quod oras circumciſas habeat. Plautus in Epid. Linteolum cæſicium.

INDVSIVM eſt veſtimentum, quod corpori intra plurimas veſtes adheret, quaſi intuſium. Plau-

tus in Epidico: Induſiatam, patagiatam; caltulam, aut crocotulam.

PATAGIVM, aureus clauus, qui pretioſis veſtibus immitti ſolet. Plautus Epidico: Induſiatam, patagiatam. Næuius Lycurgo: Pallis, patagijs, crocotis, malicis, mortualibus.

SVPPARVM eſt linteum femorale vſque ad talos pendens, dictum quod ſubtus appareat. Plautus in Epidico: Supparum, aut ſubnimium; ricam, baſilicum, aut exoticum. Nouius Pedio: Supparum purum, bellienſem interim, eſcam meram. Afranius Epiſtola: --- Tace: Puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum. Varro Eumenid.--- Hic indutus ſupparum Coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit.

EXOTICVM dicitur peregrinum. Plautus in Epidico: --- Baſilicum, aut exoticum.

PLVMATILE, aut clauatum, aut ex plumis factum: Plautus in Epid. --- Cumatile, aut plumatile.

MOLLICINA veſtis a mollitie dicta. Nouius Pedio: Mollicinam, crocotam, chiridotam, ricam, ricinium.

AMPHITAPÆ veſtes dicuntur vtrimque habentes villos. Lucil. Sat. lib. primo: Pſilæ, atque amphitapæ villis ingentibus molles. Idem lib. vj: Pluma, atque amphitapæ, & ſi aliud quid deliciarum. Varro Manio: Alterum bene acceptum dormire ſuper amphitapa bene molli.

TOGA non ſolum viri, ſed etiam feminæ vtebantur. Afranius Fratrijs: Equidem prandere ſtantem nobiſcum, incinctam togam. Varro de

vita pop. Ro. lib. j: Præterea quod in lecto togas ante habebant; ante enim olim fuit commune veſtimentum, & diurnum, & nocturnum; & muliebre, & virile.

LÆNA, veſtimentum militare, quod ſupra omnia veſtimenta ſumitur. Virg. Æn. libro iiij: --- Tyrioque ardebat murice læna.

MERETRICES apud veteres ſuccinctiore veſte vtebantur. Afranius Excepto: Meretrix cum veſte longa, peregrino in loco Solet tutandi cauſſa ſeſe ſumere.

CARBASVS, pallium quo fluuij amiciuntur, vel opulentiæ cauſſa, vt ſericum; aut lino tenui. Virgil. libro viij: --- Eum tenuis glauco velabat amictu Carbaſus. Idem lib. xj: --- Tum croceam chlamydemque, ſinuſq. crepantis Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro. M. Tul. in Verrem de ſupplicijs: Tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat. Varro de vita pop. Ro. lib. iiij: Eadem poſtea carbaſineo magis vt pellibus tegerentur togæ.

PRÆTEXTA, inſigne Romanum, quod ſupra tunicas honorati quique ſumunt. M. Tul. de ſupplicijs: Sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, ius imaginis ad memoriam poſteritatemque prodendam.

LIMBVS, vt annotatum inuenimus, muliebre veſtimentum, quod purpuram in imo habet. Plautus in Aulul. Textores limbolarij, alcularij.

FLAMMEVS, veſtis, vel tegmen, quo capita matronæ tegunt. Plautus Aulul. Flammearij, violarij, cariarij.

RICINIVM, quod nunc mafurtium dicitur, palliolum femineum breue. Varro ταφῇ μενίππου: Nihilo magis dicere muliebre, quam de muliebri ricinio pallium ſimplex. Idem de vita pop. Ro. libro j: Et quo mulieres in aduerſis rebus ac luctibus, quum omnem veſtitum delicatiorem ac luxurioſum poſtea inſtitutum ponunt, ricinia ſumunt.

RETICVLVM, tegmen capitis muliebre. Varro Seſquiulyxe: Suſpendit Laribus marinas mollis pilas, reticula, ac ſtrophia.

TAPETE, tegmen vnite pictum de coloribus varijs. Varro Hercule Socratico: In omnibus rebus bonis cotidianis: cubo in Sardinianis tapetibus. Virgil. lib. viiij: --- Qui forte tapetibus altis Exſtructus toto proflabat pectore ſomnum. Turpilius: Glabrum tapete.

CVLCITA. Cicero Tuſcul. lib. iiij: Eripiamus huic ægritudinem: quomodo? collocemus in culcita plumea, pſaltriam adducamus.

SVBVCVLA. Varro de vita populi Romani libro j: Poſteaquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt vocare ſubuculam, & induſium.

CAPITIA, capitum tegmina. Varro de vita populi Ro. lib. ij: Tunicas, neq. capitia, neque ſtrophia, neque Zonas. Idem in eodem: Neque ib ab orbita matrumfamilias inſtituti, quod eæ pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant. Hæc & capitula appellauit.

ENCOMBOMATA, & PARNACIDES, genera veſtium puellarium. Var. Cato, vel de liberis educandis: Vt puellæ habeant potius in veſti-

tu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quam togas.

INCIPIT DE GENERIBVS VASORVM VEL POCVLORVM.

AVLA, vel OLLA, quam nos ollam dicimus, ſed eſt capaciſſimum vas. Plautus in Amphit. Optimo iure infringatur aula cineris in caput. Varro Gerontodidaſcalo: Sed ſimul manibus trahere lanam, nec non ſimul oculis obſeruare ollam pultis, ne aduratur. Idem Bimarco: Vulcanum nec quum nouæ lagœnæ ollarum figura, ter precatur.

MATELLA, aquarium vas. Plautus in Amphit. Ne tu poſtules matulam vnam tibi aquæ infundi in caput. Varro Endymionibus: Diuitum aphocaſchias ad communem reuocat matellam. Idem Manio: Lecto ſtrato, matella, lucerna ceteras res huius vbique præ ſe portant.

MORTARIVM, in quo teruntur quæ ſoluenda ſunt. Plautus in Aulul. Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium.

PELVIS, ſinus aquarius, in quo varia perluuntur, vnde ei nomen eſt. Laberius Virgine: Amore cecidi, tamquam blatta in peluim. Cæcilius in Feneratore: Peluim ſibi popoſcit.

FIDELIA, Samium vas ad vſus plurimos. Plautus Aulul. Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.

PATELLA. Varro Eumenid. Patella eſurienti poſita prouocat Neapolitanas piſcinas. Idem

Manio: Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.

CVPAS, & TINAS. Varro de vita pop. Ro. lib. j: Antiquiſſimi in conuiuijs vt res vini primo, poſtea tinas ponebant. Idem: Mori longi cum operculo ad cupas, tertio amphoras.

VRNVLA eſt vas aquarium. Varro de vita pop. Romani lib. j: Item ex ære, vt vrnulæ, aquales, matulæ, ſic ceteras.

CADI, vaſa quibus vini conduntur. Lucil. lib. xviij: Millia ducentum frumenti tollis medimnum, Vini mille cadum. Virg. Æneid. lib. j: Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. Varro de vita populi Ro. lib. iij: Hortenſius ſupra decem millia cadum heredi reliquit.

VRNARIVM. Varro ταφῇ μενίππου: Sed quæ neceſſitas te iubet aquam effundere domi tuæ? ſi vaſa habes pertuſa, plumbum non habes? ad quam rem nobis eſt confluuium? ad quam rem vrnarium?

POLVBRVM, quod Græci χέρνιβα, nos trullum vocamus. Liuius: Argenteo polubro, aureo & glutro. Fabius Pictor lib. xvj: Aquam manibus pedibuſque dato, polubrum ſiniſtra manu teneto, dextera vaſum cum aqua.

SIMPVVIVM. Varro, Eſt modus matulæ, περὶ μέθης: Non vides ipſos deos, ſiquando volunt guſtare vinum, derepere ad hominum fana, & tamen tum ipſi illi libero ſimpuuio vinitari?

LENIS, vaſi genus. Afranius Fratrijs: Labella, lenis. Laberius in Cophino: Quum prouincias diſpoliauit, columnas monolithas, labella, lenis.

OBBA,

Obba, poculi genus vel ligneum, vel ex ſparto. Varro, Eſt modus matulæ; Dolia, atque apothecas tricliniares, melicas, calenas, obbas, & Cumanos calicis. Idem Epiſtola ad Marullium: Vtrum meridie, an veſperi libentius ad obbam accedas, locus, actus, aduentus declarauit.

Cantarus. Virgilius in Bucolicis: Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.

Dolia, vaſa grandia quibus vinum reconditur. Varro, Eſt modus matulæ: Dolia, atque apothecas tricliniares, melicas, calenas. Idem Manio: Hæc aduentoribus accedunt, cællæ, claues, clauſtra, carnaria, dolia.

Alabaster. Cicero Acad. lib. ij: Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putre eſſe videatur.

Scyphus. Virgilius: Et ſacer impleuit dextram ſcyphus.

Batiola. Plautus Colace: Batiolam auream octo pondo habebat, accipere noluit.

Calices. Varro, Eſt modus matulæ: Apothecas tricliniares, melicas, calenas, obbas, & Cumanos calices. Cic. Tuſc. lib. iij: Quid? Huic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare ſe deſinat.

Cymbia. Virgilius lib. v: Cymbiaq. argento perfecta, atq. aſpera ſignis. Varro de vita populi Romani lib. j: Item erant vaſa vinaria, ſini, cymbia, aquilinæ pateræ, gutti, ſextarij, ſimpuuium.

Crateræ vaſa vini. Virgil. Æn. lib. j: Crateras læti ſtatuunt, & vina coronant.

Crateres, vaſa olearia. Virgilius in Bucol. Crateresque duos ſtatuam tibi pinguis oliui.

Et Æn. lib. vj: — Fuſo crateres oliuo.

ORCAS. Varro de Re ruſt. lib. primo: Sæpe vbi conditum vinum nouum, orcæ in Hiſpania feruore muſti ruptæ.

NASITERNA, vas aquatile. Varro de Re ruſt. libro j: Vt ex ære aenea, vrceos, naſiternam, item alia.

CATINVS. Varro de Re ruſt. lib. j: Promendum id frumentum, quod curculiones exeſſe incipiunt: id enim quum promtum eſt, in ſole ponere oportet aquæ catinos, quod eo conueniunt, vt ipſi ſe necent. Idem de vita populi Romani libro j: Dicuntur enim patellæ, ſalini, acetabula, catini, patenæ.

16. PHRYGIONES) lacuna aliquot trium linearum in libris, & adſcribtum in optimo Victorino, deeſſe quatuor lineas quę in authentico non erant ſcribtę. In ijs fuit locus Cæcilij & initium huius notę, qua certe docebat phrygionem dictum artificem veſtis acu pictę, ab eo quod eiuſmodi veſtis vſus a phrygibus. *hoc*, inquit, *Virgilius probat*. Eorum vicem ſubſtitutum vulgo, *phrygia veſtis picta eſt: eius*

artifices phrygiones appellantur. nihil ad mentem. Nonij, qui originem vocum exquirit, neq. ad exempla Virgiliana, e quibus non inſcite arguit a Phrygibus eſſe eiuſmodi veſtem, ſicuti & Plinius eorum inuentum eſſe ait acu pingere, & inde phrygiones appellatos. VIII. XLVIII.

Acus aciaſq. ero atq. era) *Ero atque era* ſcribſi vbique veterem formam ſcribendi ſecutus, quam & repręſentant ſemper libri noſtri. Acia quid eſſet dudum monuit ex Gloſſario ex Celſo doctiſſ. Turnebus. ῥάμμα exponunt Gloſſæ modo aciam, modo aſiam; ſed hoc corrupte. Acies pro eodem. Philoxenus, *Acies*, αἰχμὴ, τάξις, ὀξυδορκία, ὀξύτης, ῥάμμα. Acus autem ſarcinatricum eſt & ornatricum vt monet Feſtus. Hæc proprie acus capitis dicta. l. I. c. Theod. de repudijs: *Nam ſi præter hæc tria crimina repudium marito miſerit, oportet eam vſq; ad acuculam capitis in domo mariti deponere.* Et recte, *acuculam*, vt in Gloſſario, *Acucla*, ῥαφὶς. & in alijs Gloſſis, Βελόνη, *acula*, *acus*. ſcribe, *acucla*. 21.

Titinnius barbato) ita ſcribendum vbique, non *barathro*, quod nuſquam in antiquis Nonij aut Feſti libris. Error ab eo quod ſemel apud noſtrum, & ſemel apud Feſtum habes *barrato* vel *Varrato*, quod mutauerant in *barathro*: qui idem error inualuit in Chariſij codicibus. nec eſt quod duas fabulas credamus, quum vtriuſque argumentum idem fuiſſe probet collatus Chariſij locus, *priuſquam auro priuatæ purpuramque atteximus.* Et ille apud Feſtum, *Ego ab ſuloci lana ad purpuram data*. De phrygionibus & textricibus fuit fabula. 20.

Soliar demigebat) Ita libri noſtri, vt & vulgati. Sed religio non fuit recipere in contextum coniecturam hominis omni virtute iuxta ac literatura politiſſimi Nic. Fabri. *Soliar depigebat.* puluinar, quo ſternitur puluinum; ſoliar, quo ſolium. Feſtus. Philoxenus. De titulo libri Varroniani bene doctiſſimus Turnebus. 25.

HOSTIMENTVM) Nugę ſunt in illis verbis, *qui ex æqua cauſſa pugnam ineunt.* Hoſtire, reddere, reponere, contra dare. Inde hoſtimentum, quod contra datur; & hoſtis, vel peregrinus, cui contra fides redditur, vel perduellis, cui contra iniuria. In Plauto libri noſtri omnes, *Hoſtimentum datum eſt* & infra in capite de doctorum indagine, *hoſtimentum datum*; vt videatur aſpiratio vice con- 26.

ſonantis ſuſtinere ſynalœpham, vt ſæpe fit. Tamen edidi vt in Plauti editionib. & libris ſcriptis, *Datum hoſtimentum* quia neq. libros ipſos noſtros conſentire vidi, qui hic addunt τὸ *eſt*, infra demunt. In iiſdem vitioſe eſt, *vt memineris*. melius in Plauto, *vt merueris*.

p.4,2. TOLVTIM) in libris omnibus ſcriptum eſt, *quaſi lutim vel volubiliter*, male. nam *volubiliter* explicatio eſt τοῦ *tolutim*: vt ſæpe *vel* explicantis particula eſt in antiquis. Volubilem locutionem dicit, vt in Valerio, *linguæ volubilitatem*, II. II. In Plauto bene libri noſtri, & Plauti editiones antiquæ ac libri ſcripti, *Domam hercle iam de hor leo* nec recte additum in poſtremis editionibus, *tibi*, ſuſtentando verſui, quem fulcit aſpiratio, quæ veteribus loco literę itaque & productionem facit in verſu & impedit ſynalœpham. Turpilius:

— hoc quæro; ignoſcere

Iſthic ſolentne has minoris noxias?

Virgilius: *Ille latus niueum molli fultus hyacintho.*

Catullus: *Qua rex tempeſtate nouus auctus hymenæis.*

Iuuenalis: *Viuendum eſt recte tum propter plurima, tum his præcipue cauſsis.* —

Quin vt Græcis interdum χ loco duplicis literę eſt, ita latinis productionem facit. Plautus Milite:

Quid ais tu? iam tibi ego videor oppido Acheruntius?

Et bacchidibus: *Regiones colere mauellem Acheruntias.*

Tolutim badizare, bis idem. nam βαδίζειν gradarij ac tolutarii equi proprium. Gloſſę, *Tolutarius*, βαδιστής. ſic mox, Tolutim incedere:

belle tolutim hic ſemper inceſſurus videtur.

bene enim *Inceſſurus* reſcripſit Gulielmius, cui & in Nonio credo *ſonticam tolutiloquentiam* reſcribenti pro *pontinam*.

14. *Varro Tribodite*] Non repeto quę ad hunc titulum coniecerunt varia viri docti. hoc certum, ſcribendum περὶ ἀρετῆς κτήσεως, vel κυήσεως, pro eo quod habetur in libris, περὶ ἀρετήσεως, περὶ ἀρετῆς κινήσεως, περὶ ἀρετῆς χρήσεως. Argumentum libri Virtus a natura, an διδακτός. Videtur docuiſſe ad eam perficiendam tria quęri, naturam primo,

dein doctrinam, quæ illam informet; quod docuit exem-
plo tolutarij equi, qui tametſi natus ad vehendum, tamen
traditur magiſtro, qui tolutarium gradum doceat: poſtre-
mo vſum & exercitationem, qui vtramque perficiat. Id
docuit exemplo pithaulę, qui priuſquam in orcheſtra tibias
inflet, domi ſuæ ramices rumpit. hinc titulus libri, Triho-
dite, trifolio, an tripylio: quia tribus vijs, tribus portis
peruenitur ad virtutem. *Doceat tolutim*, pro, doceat toluta-
rium gradum, vt in Pandectis, *ducere pictorem & librarium*,
& in Martiali,

Fac diſſet citharœdus, quod monui ad Ariſtænetum. For-
ma loquendi gręcanica, vt illa in Ciceronis Pętura Sicilien-
ſi, quam temere eiecerunt ſedibus ſuis: *quicumque ſenator
voluerit fieri, quamuis puer, quamuis indignus, quamuis ex eo lo-
co ex quo non liceret, ſi is pretio apud iſtum idoneus vinceret, fa-
ctum eſſe ſemper.* hoc eſt, ſi pretio vinceret vt haberetur ido-
neus. Ita eſſe in libris monent docti, nec ſequuntur tamen;
nec aliter inueniſſe in ſuis Lambinum coniecturæ eius ar-
guunt.

Coclcatum) libri hic, *clocleatum*. in v. *tortor*, *cocleatum*: in 18.
v. *eculeus*, *culeratum*, vt fortaſſe verum ſit quod Turnebus
monuit, *coleatum*; ſed alio ſenſu. fullonias omnes fabulas
obſcænis & rebus & verbis conſtare omnes ſciunt. in Var-
rone *celſus* eſt κέλης.

CAPVLVM) falſum, & in Nonij erroribus, *ſarcopha-* 21.
gum, id eſt ſepulchrum. nam ſepulchrum aliud a ſarcophago
& capulo. ſepulchrum commune omnibus qui quoquo-
modo mandantur terræ, ſiuę cremato cadauere, lectis oſſi-
bus & in vrnam conditis vrna ipſa inferatur ſępulchro, ſiue
depoſito in capulum cadauere, arca ipſa condatur ſepul-
chro. nam capulum, ſarcophagus, arca, eadem ſunt, niſi
quod arca e lapide, capulum fere e ligno, ſarcophagus e
plumbo. In Plauti Milite ſcribſi:

Quid ais tu? tam tibi ego videor?

quia libri noſtri, *quid ais tu tam tibi ego. Acherontius* item
libri noſtri, non *Acheruntic⁹*. item in Nouio, *inuitabis*, quia
libri *Inuitauis.*

TEMVLENTA) At nulla temulentæ exempla, om- pag 57.
nia temeri: & hoc certe interpretans habuit in animo, di-
ctumque *quod attentet*. Ita libri noſtri omnes, male addi-

derant vulgo, *quod attentet mentem.* non enim mentem ſolam attentat, ſed & corpus ipſum. Et huic rei propria vox attentandi. Apuleius in Apologia. *An quod verius eſt ex crapula helluo attentatur?* Maior enim vis huic verbo, quam aut nunc eſſe videatur, aut veterum quibuſdam viſum ſit qui tenuiter nimium a Virgilio dictum aiebant,

Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.

Sed non videbant proprium eſſe verbum rei ſenſim etiam vſque ad ſummum peruenientis. quomodo ſæpiſſime is ſcriptor: lib. v.

Hic patris Æneæ ſuſpenſam blanda viciſſim
Gaudia pertentant mentem.—.

Tentare eidem de ſumma vi: qualis hæc vini,

Tentatura pedes olim vincturaq. linguam.

In Plauto recte libri, *Tamen ab ingenio improbus.* locus Ciceronis eſt lib. IIII. de Repub. in noſtris libris, recte. qui omnes *Viam* habent, non *Vim*, minus recte. Varronis locis duobus poſtremis non facio medicinam.

20. CINAEDI) non eſt idem cinædus cum ſaltatore & pantomimo, neq. ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὸ σῶμα dictus, ſed ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ αἰδοῖα. ſed verum eſt pleroſq. ludicræ artis artifices infames ac molles. De ſaltatoribus dixi alibi. In Plauto libri noſtri habebant, *ſubmolior*, male at in ipſis Plauti libris inſerta vox, *miſer, ita fuſtibus ſum mollior miſer magis:* Et hoc male. Vterque error ex eo quod non ferebant dici, *magis mollior.* at ita ſuetum ſæpe veteribus: Plauto ipſi, *Magis maiores*, prologo Menæchmorum & Pœnuli: *Magis certius*, Captiuis; *Magis dulcius*, Sticho: *magis amicior*, Bacchidibus: Virgilio, *magis beatior*, Culice: Valerio Maximo, *magis locupletior*, lib. III. VII. Iuſtiniano, *magis pluribus*, Inſtit. de actionibus. §. ſic itaque diſcretis. Arnobio, *magis rectius*, & *magis fortior* lib. j. Et quod rarius, eidem Arnobio, *minus gratior*, lib. vij. Ariſtoteli Top. III. I. αἱρετώτερον μᾶλλον. Ita ergo in Plauto,

Ita fuſtibus ſum mollior magis quam vllus cinædus. Mollis fuſtibus, vt *mitis fuſtibus*, Milite. *mitigare ſandalio*, Terentio & Turpilio. At alio modo mollis cinædus: ſed ſic etiam loco ſequenti e Milite mollitiam cinædi lepide ad aliud tranſtulit:

Tum ad ſaltandum non cinædus malacus æque eſt. quam lectionem etiam in optimis Plauti membranis eſſe monuerunt viri docti. In Varrone reſtitui etiam veterem ſcripturam, quæ au luctum eum probat, qui remiſſus ac moderatus, qualis Achillis heroicus, Ionicum cinædorum improbat. aut potius lyram grauiter in luctu pulſatam ab Achille probat, molliter a cinædis Ionicis notat. Ionum mollitiam omnes veteres notant & in ceteris & in muſica. *Ionicum cinædum* etiam Plautus Sticho.

EXERCITVM) locum Plauti e Bacchidib. adfert etiam Chariſius, qui in noſtra editione eius fabulæ deeſt, vt alia multa. In Afranio libri noſtri, *ſuſpicium*, non *ſuſpirium*, quod retinui inductus titulo fabulæ. *qui me eſt animi exercitus* pro qui me animi exercuit. Varro de re ruſtica: *ſcio me eſſe ſpectatum ſuem*. Plautus Menæchmis: *pag.6 1.*

Ain' minus triginta anni an deſtinatum philolachem? pro deſtinauiſſe: : nam ſic recte libri & editiones veteres.

Lucretius: *Aut penetrare locos æque nequit, aut penetratum*
Ægre admiſcetur muliebri ſemine ſemen.

penetratum eſt poſtquam penetrauit. Conſtantinus Imp. l.1.C.Th.ſine cenſu vel rel.fund.comp. non poſſe. *Cognouimus hanc eſſe cauſſam maxime reliquorum, quod nonnulli captati aliquorum momentaneas neceſſitates ſub hac conditione fundos optimos comparant. Captati*, poſtquam captauerunt, quod mutatum eſt in Iuſtinianeo.

ILLICERE] nihil hoc ad propoſitum Nonij: non enim docet vnde dictum ſit, qui ei finis toto hoc capite. ſed addidit hanc notam ex occaſione ſuperioris, quæ de tenu & tendicula, & fortaſſe proxime ſequentis, quæ de pellice: quam voluit dicere ſi non dicta ſit a Græco, dictam a pelliciendo. Sed verius eſt a Græco quod & Gellius monet, quem intelligit quum *ſapientes* dicit. Sic enim ſolet exſcribere ab eo, neque audet appellare auctorem nominatim, quia is recentior. Itaque infra exſcribit multa ab eo tacito nomine, in v. *fures* & ſequentibus, & paſſim in toto opere. Et vbi expreſſe eius verba profert, aut a veterib. prudentibus ſe habere dicit, vt in v. *inauditum*; aut ab antiquis, quorum in dubio eſt auctoritas, vt in v. *apludas*: aut a veteribus, ſed non ita claris ſcriptoribus, vt in v. *intra*: aut a vetere auctoritatis obſcuræ, vt in v. *intemperia*, aut deni- 16.

que a veteribus tantum vt in v. *halecinari*. Itaque hic rectum eſt, *quaſi* πάλλαξ *hoc eſt vt* παλλακίς. quod iiſdem verbis Gellius IIII. III. *Pellex autem quaſi* πάλλαξ *hoc eſt quaſi* παλλακίς. *vt pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum eſt.* Habes & in Iuriſconſultis idem obſeruatum. At *illicere* quod ait eſſe proprie illaqueare, falſum eſt. Proprie enim ἴυγξ quę ill-x inde dicta, vel anceps ipſe cantu illicit aues ad laqueum; laqueus illaqueat. In Næuio libri habent *ſublimen*, & videretur latere *Menalios ſaltus*, niſi ſi Lycurgus induceretur in Thracia, non in Arcadia.

22. *quod ſi hoc non eſt*) Videtur, vt dixi, pellicem ſi a græco non eſt, velle eſſe ab illiciendo ſeu pelliciendo, quod leui mutatione verborum Nonij adſtruxeris. Sed vt verum fateor, videtur hoc totum luxatum loco ſuo, & aut ex margine irrepſiſſe in textum, aut a Nonio ipſo additum illis quæ paullo poſt de etymo vocum friguttire & fritinnire quas notauit quiſquis hoc addidit, temerarie ficto vocabulo dictas.

24. CALVITVR) recte libri, *a caluis mimicis*. Calui in mimis vbique introducti, & ſemper deriſui, vt in Palliatis lenones ac paraſiti. habes exempla in Pomponio; piſcatoribus;

Quid habes in ſirpiculis calue? omne piſcati genus.

In pręcone poſteriore.

At te dij omnes cum conſilio calue mactaſsint tuo.

Item: — *Calue apportas nuncium*

Nobis diſparem, diuiſum. ---

Inimicis habuit Fabri liber, & id video placuiſſe quibuſdam: ſed neque id rectum eſt, neque latinus ſermo fruſtratui ac derridiculo eos eſſe dicit, qui alios fruſtrantur ac rident. In Pacuuio coaluerunt exempla duo. In Euryſace libri, *iſtum iuſsi*. vulgo, *vt iuſsi*. in Lucilio ſubtiliſſime Carrio,

— *Et ſi caluitur, endo Ferto manum* ----

Endo fert, quod in lege, *Endoiacito*, inferto, inijcito. In Pacuuio libri omnes, *Oeax prædixit*, non *Aiax*, recte is Nauplij filius, frater Palamedis. Vide Euripidis Oreſtem.

Pag. 7. 9. FRIGERE) Repetit infra capite quarto, vbi quædam adnotauimus. hic tantum monebo in verſu Plauti *iſtuc* eſſe

μονοσυλλαβίζειν, quod perpetuum eſt in Comicis antiquis, vt iſtuc illud, ipſum habeantur monoſyllaborum loco, quaſi ſcribtū eſſet, ſtuc, pſum, lud: quod non animaduerſum infinitis veterum ſcribtorum locis corrumpendis occaſionem prębuit. in ipſo initio Andriæ Terentianę: *Id iſti vituperant factum* quaſi eſſet *Id ſti* obſerua, quiſquis es, in Plauto & Terentio; nulla pagina eſt quin firmet hanc notam.

Et pullus) vetus poeta in Catalectis illuſtriſſimi Scaligeri; 15.

Sic dulci Marcus qui nunc ſermone fritinnit
Facundo patruos prouocet ore duos.

Deflaccare] Ita libri omnes noſtri · qui & *in Caſina* habent cum vulgatis male alij *Caſſinaria*, & male iis credulus optimus Gulielmius. 19.

Varro Vinalibus περὶ ἀφροδισίων] titulus libri indicat actum pag.8,2. eſſe de re vxoria In iis lepida hęc allocutio viri ad vxorem, qua debere mercedem aſſerit culti ortuli muliebris, non minus quam ſi agrum alterius coluiſſet. Itaque ſcribſi, *quum tuus ſit ſator* vbi vulgo, *centuſſim ſartor*, libri ad eam lectionem nos manu ducunt in quibus eſt *cum tuſſim.*

Tricenari) *Intricenari* ſcribſi e libris vt infra, *tricenum quæſtum. Am*[illegible] iidem habent in Lucillio, non *amatore*. In fine Plautinum exemplum deeſt; nam addita in libris vox, *Plautus*, & vacuum ſpatium tribus verſibus. 15.

Examvssim) habuit e Feſto, ſed is truncatus. *Coagmentum* etiam infra Nonius *Æquamen leuamentum* in Varronis loco libri habent, quo æquatur & leuigatur materia. Item *ſaxa coagmentata*, non male. nam ad amuſſim ex æquatur ſiquid in ſaxis coagmentatis exſtat & protuberat. Alteri Varronis loco non medeor. poſſet fieri, *quare ſi dia gens eſt ad amuſſim per me licet aſſumas ſtemma* ἴσον. ſed melius abſtinere manus. p.9.6.

Lvrcones) in Lucillio bene viri docti, p.10.31.

Vt lurcarentur lardum & carnaria furtim
Patrum conficerent. —

In Pomponio bene libri, *Lapathium nullum vtebatur:* quod & verſus ratio exigit. vt ille Peniculus Plautinus, cui conuiuium non placet de herbis, niſi addatur ſus terreſtris beſtia.

Torialim) ita libri. certe ſcribtum fuit, *Toral ab* p.11.12.

herba torta dictum eſſe deſignator eſt Varro.

pag. 12. VESTISPICI] in Afranio bene Gulielmius noſter

16. *Inſcitulam. Veſpere* eſt heri veſperi, vt in Plauto Apuleio. notaui alibi. Varronis locum expreſſi vt in libris. Diuinarant ſcribendum, *Pappo aut de indigitamentis.* cui rei auctor nullus idoneus. Videtur fuiſſe, *Pappo aut Indice. naſturtium nonne vides ab eo dici.* Et fuiſſe Etymologicus liber, in quo ſenex pueris indicaret vocum latinarum origines. In ſequenti nota, edidi, *Alter amat, potat*, ex certiſſima doctiſſimi Gulielmij coniectura.

p.13.15. CREPERA) in Lucillio forte,

Sane tu ſolus mihi in magno mœrore
Triſtitia in ſumma, crepera in re, portus ſalutis.

portus fuit compendio ſcribtum vt ſæpe ſolet.

p.14.19. VITVLANTES] bene aſſeruit lectionem vulgatam Gulielmius. in Næuio ſcribendum videtur;

Vt in venatu vitulantes ex ſuis
Lucis nos mittant pennis decoratos feris.

Dixerat enim;

Alij ſublime in alios ſaltus illicite, vbi
Bipedes volucres lino linquant lumina.

Item; *Vos qui regalis corporis cuſtodias*
Agitis, ite actutum in frondiferos lucos, vbi
Ingenio arbuſta innata ſunt, non obſita.

25. EXTORRIS) in Turpilio legendum,

— neq. durare poſſum, ita
Huius inſcientia atq. dementia extorrem facit.

Inſcientia libri omnes noſtri habent, qui & in Virgilio, *conſpectu*, non *complexu*.

p.15.4. ENODA) in loco Alpheſiboeæ libri habent *quiditam obſcuro dicunt eſt.* ſcribendum:

quid tam obſcuridicum eſt, tamne inenodabile?

obſcuridicum, non aliud quam obſcurum. in Pacuuio,

Gnate ordinem omnem vt dederit enoda patri.

in Varrone; *neq. ita vt in ſingulis.*

24. GRVMVS] in libris tam male eſt *grummus*, quam male in ipſo Nonio, agger. nam agger manu factus; grumus a natura. Philoxenus; Grumi, τύμβοι. Feſtus, & omnes rei ruſticæ ac militaris auctores.

EXTISPICES) *extiſpicum*, vt *hominum* Sallustio, & ſex- p. 16. 9.
centa eiuſmodi priſcis ſcribtoribus, ſecundo caſu. In Varrone repræſentaui ſcribturam veterem, e qua faciendum; *ſubſilio, Et/ hoſtias, & extiſpicis diſputantis relinquo.* Notabo obiter verbum hoc reſtituendum videri initio primi de Diuinat. vbi legitur, *quæ eſt autem gens aut quæ ciuitas, quæ non aut extis pecudum, aut monſtra aut fulgura interpretantium, aut aſtrologorum, aut ſortium, aut ſomniorum, aut vaticinationum prædictione moueatur?* ſeries ipſa iudicat ſcribendum, *aut extiſpicum.*

LACTARE) in Cicerone ſecutus eſt mala exemplaria. 23.
nam rectum eſt quod vulgo editur *lætans*: ſicuti monuit dudum Muretus. in ſymmacho contra *lætari* editur vbi debet eſſe *lactari*. Epiſt. VIIII CVIIII. *forte lætari animum tuum iudices dulci potius nuntio quam fideli.* ſcribe, *lactari*. Idem Symmachus V. X. *quam timeo ne aures tuas videar lactare blanditijs.* Et alibi ſæpe.

SVCCVSSARE) in priore Lucillij loco expreſſi ſcribturam 27.
veterem, pro qua edebatur vulgo, *tetri tardiq; caballi*. In altero, *ſuccuſſor* rectum eſt, quod infeliciter mutatum eſt in *ſubcurſor* in nouitijs Gellij ac Macrobij editionibus.

STRENA) verius Feſtus, quaſi terna. *Pictoribus*, vbique 35.
libri noſtri, non *pictoribus*, præterquam in V. *dicere*, ſed male ibi. Tres fabulas docuit Pomponius diuerſas, Piſtorem, Pictores, Piſcatores.

ADVLATIO) locus Accij apud Cic. ij. Tuſc. quamuis p. 17. 4.
eos verſus indicat ipſe a ſe verſos ex Æſchylo: ſed intexuit quæ inuenit expreſſa a veteribus Tragicis. libri noſtri habent, *tui mei volans* vt videatur fuiſſe, *ſublime auolans.*

MANDVCONES) Pomponius videtur magnum mandu- 13.
cum camelo & cantherio comparaſſe.

GRADARIVS] Videtur ſcribſiſſe Lucillius, 25.

Ipſe equus, non formoſus, gradarius, optimus vector,
Qui campos colleſq. gradu perlabitur vno.

quem verſum habes apud Apuleium Florido IIII. Vectorem equum dicit, quem ibi Apuleius, aduectorem: Varro ſupra, natum ad vehendum. Gradarium cum tolutili confundit, qui alius apud Plinium, *cui non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, vnde equis carpere incurſus traditur arte:* quod ſupra dixit Varro, *docere*

tolutim. Mox legerim,

— An qui gradu tolutili
Te medijs campus molliter vectus, cito
Relinquat. —

Totus hic liber Varronis in comparatione vitæ frugalis cum luxurioſa & delicata. Ex ea comparatione & hoc eſt, quia tolutarius in delicijs, vt & aſturco apud Petronium. *Vectus* eſt, poſtquam vexerit, vt ſup. exercitus qui exercuit, vbi plura ad eam formam adnotauimus.

32. DELIRARE] In Pomponio rectum eſt quod edidi e libris, *iam non tundunt*. in ſequenti verſu *reſiſtit* ita enuntiatur ac ſi eſſet reſtit, vt in *iſti* monui ſupra In Lucillio vulgati habebant, *ruderum*, manuſcribti, *rupidi officium fungor ruberum*. prima litera heſit e precedentis vocis fine, altera diſpeſcenda. ſcribſit enim Lucillius:

Quapropter deliro, & cupide officium fungor liberum.

Hortatus in eo libro Lucillium quiſpiam vt publicum Aſiæ conduceret; apparet ex ijs;

Publicanus vero vt Aſiæ fiam & ſcribturarius
Pro Lucillio, id ego volo & vno hocnon muto omnia.

quod & alia fragmenta indicant. Id ille amolitus a ſe, & veluti ſeruituti duceret publicum exercere, liberum ſe eſſe velle aſſerit, in quo delirare ſe malle ait ex opinione eorum qui quæſtum hunc repudiare delirantis cenſebant. Qui reſcribebant *Iberum*, meminerant fuiſſe in Iberia Lucillium in cohorte Prætoria: ſed neque id hoc libro ſcribtum, neq; hexametris ſcribtus hic liber, verum ſeptenarijs.

p.18.17. RVDVS] nota errores continuatos Nonij. nam nec *centuriatim* eſt abundanter, nec *rumen* locus in ventre, nec *rudus* ſtercus; neque id *a radendo*. bene monet Cincius apud Feſtum, *rude dici quicquid imperfectum*. inde rudere aſini, quia vox inchoata & imperfecta. inde rudentes quia e craſſa & ſoloci materia: inde rudiarij qui ſaga noua poliunt; inde æs infectum ruduſculum & rauduſculum, quod deinde tranſlatum etiam ad æs ſignatum. Rodus, raudus & rudus quicquid rude & imperfectum. Itaq; *ſaxi rodus*, & *ſaxeum rodus* habes apud Accium; *plumbi rodus* apud Lucillium, & Apuleium: nam vbi habes vulgo de Deo Socratis; *profecto non ſecus quam plumbi globus vel lapis ſuapte vi caducæ terris illiderentur*, libri fere omnes ſcribti habent, *plumbi robus*: ſcri-

bendumq. *plumbi rodus* : ſic enim veteres; numquam vt puto, æs rodus, plumbum rodus, ſaxum rodus, ſed æris, plumbi, ſaxi rodus . vt mirer tot viros doctos qui certatim Apuleij manuſcribtos tractarunt tam inſignem mendam non deleuiſſe & maluiſſe *plumbi robur* ſcribere. Poſtremo inde etiam dictum hoc roſtium rudus, de imperfecta & informi materia, quæ ex ædificijs demolitus redigitur, comminutis ſimul lapidibus, ſaxis, cæmentis, tegulis. Manuit vitatius in pluratiuo, rudera. In Lucillio libri noſtri habent: *Vim ſternenda et iaciendum.* ſcilicet ſcribſiſſe Lucillium — *Viai*

Sternendæ iaciendum huc aggerem , *et id genus rudus.* Nam vndecimus liber ſcribtus longis verſibus. In Viai duæ literæ in vnam coaluerant.

RVTRVM) ſolet multa errare Nonius, tamen hic credo erraſſe librarium potius, ſcribendumque *a ruendo*. Illum redilti, libri omnes : iuſſeram edi, *illim* , quomodo ſcribſiſſe Lucillium facile perſuaſit mihi Giranius. 22.

NEBVLONES) In Pomponio libri habent, *quem pertesunt pauperem.* Credo fuiſſe, 27.

quid dicis nebulonem? quem propter te ſim pauperem. Iurgium patris cum maiore filio, cuius cauſſa minorem ἄσωτον eiecerat domo: indicant illa ex eadem fabula.

Sed meus frater maior poſtquam vidit me vi deiectum domo,

Nubſit poſterius dotatæ, vetulæ, varicoſæ, vafræ. Eum redeuntem quum pater exciperet, querenti vt ſolet maiori filio, diſſipari in nebulonem paterna bona, hæc reſpondet pater. Rediiſſe indicant illa;

Sarculum huic illo profectus, illim rediſti rutrum. quæ ſunt patris ad filium minorem. in Lucilio libri, *Nugator eiudem.* ſcribe; *nugatorque eidem.* in Varrone *Capitolio* habent libri, non, *in Capitolio.* Dilectus ibi habitos, & per tribus citatos ad dilectum bene notauit doctiſſimus Lipſius.

EVANNETVR) in primo Lucillij loco libri habebant, *tumnis*, e quo feci. *Lumbis* , certiſſima coniectura. in altero loco libri, *Curſauit*; ſcribſi, *Criſauit* , per vnicum S. vt in omni antiquitate inuenio. p.19.20.

CLEPERE) locus alter Ciceronis in pleriſque libris deeſt. in eo, *quondam* ſcribſi, ex libro Fabri & ex optimis Ciceronis. In Paccuuio credo legendum, *clepſit, quantum intellego.* in Varrone Gulielmij coniecturam probo , *ſi quæ opifica,* p.20.10.

non probiter clepere. Habes etiam infra, v. *probiter.*

21. CORPORARE] Corrupte Accius Staſiaſtis vel Tropeo lib. j. nam infra eadem fabula laudata, nunquam addito libri numero. nec veriſimile partitam in plures libros. forte fuit, *liberos corporare abs tergo es auſus.*

26. CIRCVS] ſcribſi, *quot Luna circos annuo incurſo inſtituit,* ex libris, niſi quod illi habebant *circulos* errore manifeſto, *Cœrus* quoque in illis eſt non *gyrus.* vt infra, v. *Zonatim.* In ſequenti nota libri habent. *Seuenu Sterilem eſſe illius opera ſt medecina autumans.* ſcribe, —*ſegem*

Sterilem eſſe illius opera & medicina autumans. niſi ſi, *ſementim,* vt ſit ſeptenarius. ſed illud malo. De Ino Athamantis ſermo eſt, quam dicunt medicata ſemina ſeuiſſe

p. 21. 11. STRICTVRAE] Scribſi e libris, *quæ de ferro ferventi eunt.* Gellius: *nullum inde ibat oleum.*

p. 22. 33. SAGAE] Conciliandi vox ambigua, vt conditionis vox quoq. Nam & de nubtijs legitimis, & de libidine. honeſte Ouidius:

Non me nubſiſti conciliante ſeni.

Item: *Id me quod quereris conciliare poteſt.*

Catullus: *Vt ſemel es flauo conciliata viro.*

Apuleius in Apologia: *inuitam eam conciliare ſtudebat alteri filio ſuo.* In deteriorem partem Suetonius: *Exiſtimatur ſeruilia filiam ſuam Tertiam Cæſari conciliare.* Ouidius:

Quo veniunt alij conciliante viri.

Idem: *En etiam partes conciliantis ago.*

Plautus Milite: *Super hac vicina quam concilio tibi.* Petronius: *Concilio tibi o iuuenis ſororem.* nihil frequentius. Ita conciliator modo προξενητής. Nepos in Attici vita: *Itaque harum nubtiarum conciliator fuit M. Antonius.* Vel leno. Iſidorus: *leno, conciliator ſtupri.* Vopiſcus in Carino: *præfectum prætorio veterem conciliatorem fecit, quem ſtuprorum & libidinum conſcium ſemper atq. adiutorem habuerat.* Ita etiam Conciliatrix, vel proxenetria, vt in Philoxeno & Feſto: vel lena, vt hic, & j. de Nat. deor. *quam blanda conciliatrix & quam ſui ſit lena ipſa.* Plautus Milite: *Itaq. ancilla, conciliatrix quæ erat, dicebat mihi.* In l. j. c. Th. de repud. *ſi mœcham, vel medicamentariam, vel conciliatricem repudiare voluerit* habes etiam in Gloſſis Iuuenalis; & inde Atta titulum fecit ſuæ fabulæ, *Conciliatrix.*

MVNES)

MVNES) Duplex hic erratum fuit. primum illud ſol- p.23.10.
lenne, quod fere ſingulas Nonij paginas obſedit, negligentia dormitantis librarij, qui ſicubi verbum idem bis repetitum fuit, quæcumque intermedia fuerunt, omiſit. quomodo ſexcenties peccatum in hoc opere; & notamus ſuis locis. Alterum, quod contrario vitio repetijt ex Salluſtiano exemplo illa, *largitio quæ tum ignota erat.* Nam certe ſcribſit Nonius. *Munes a veteribus dicebantur non a largiendo, ſed conſentientes ad ea quæ amici velint. Pacuuius Duloreſte: Animumque . . . . Salluſtius Iugurth. bello: nam etiam tum largitio multis i. e.* In Lucillio nihil eſt mutandum. Septenarius integer eſt, quem prauo conſilio hexametrum voluit facere optimus Iunius.

CALENDARVM) ſcribe, *Calendarum vocabuli proprium,* 21.
id eſt proprietatem, ἐτυμολογίαν. In ſequenti nota recte notarunt viri docti legendum, *quod conſulerent ſenatum, Conſules.*

PORTITORES) *teloneum* & *telonearius*, verba infimi ſæculi p.24.19.
In Varrone libri, *tum portitores erram duxe.* Scribe, *circumduxe* pro, circunduxiſſe. *Obbam*, quod maximo Cuiacio placuit, non puto eſſe verum. itaque quærendum amplius.

VATRAX) nuſquam alibi lectum hoc verbi. mihi non p.25.14.
facile eripietur quod imbibi, ſcribendum *Vatias* & *Varicoſos, pedibus vitioſis. Lucillius.*

Vt ſi progeniem antiquam, qua eſt Maximus Quintus
Vatia, qua varicoſus. ---

Sane occaſione valgi, inſerit deinceps reliqua corporis & maxime pedum vitia. in ijs oblitum eſſe vatiarum non eſt ſimile vero. Varro lib. VIII. de lingua Lat. *Quum idem faciat* (ſic legendum) *ac ſiquis puerorum per delicias pedes male ponere atq. imitari vatias cœperit, hos corrigi oportere concedant. contra ſiquis in conſuetudine ambulandi iam factus ſit vatia aut compernis, ſi eum corrigi non concedant.* Vitio occaſionem dedit quod mox ſequitur, *Catax:* ad quam formam hoc exigendum putauerunt; additum deinde ab imperitis gloſſema de rana, quæ βάτραχος Græcis, in margine optimi Victorini. *Coxonem* in ſequenti nota, æui poſterioris verbum, notauit ex Iſidori & Philoxeni Gloſſis & ex idiomate Hiſpanico doctiſſimus Scaliger.

Compernes) *Ledam* erat in vulgatis, vbi manuſcribti
51. *lenam*, optime Scaliger *Helenam*. item, *Num cenſes.* item,
atq. etiam ingunia. item, *Verrucam, næuum, digitum*.

Lingvlacae] In Varrone forte ſcribendum, *Quare re-*
pag. 26. *ſides lingulacæ*. Eorumdem eſt hominum & ignauos eſſe &
17. lingulacas & obtrectatores. Exemplum Plautinum ſuſtu-
li, quia aberat a libris. Et ſane id non repetiſſet infra ſi hic
addidiſſet. Lingulacam habes etiam in Gellio I. xv. vbi
non eſt quod bonus vir quærat exemplum lingulacæ maſ-
culini. habes hic in Varrone.

Rabvlae] non male docti; *Ille ales gallus, qui s. At-*
21. *ticarum muſarum s. an hic qui gregem r.*

Strabones) *Strambi* habent libri noſtri, non *ſcambi*.
p. 27. 2. *Flaxtabulis* libri ijdem perpetuo, non *Flextabulis*..

Exterminatvm) non mutandum fuerat quod e libris
8. repoſuimus, *præter terminos*. in Lucillio bene liber Fabri,
miſeriam. Exterminare hoc ſenſu Arnobius ſæpe: ipſo ini-
tio lib. I. *ipſos cælites terrarum ab regionibus exterminatos*. &
paullo poſt: *Exterminati ſunt dij longe*.

Varro Prometheo lib. i.) Credunt vulgo Promethei nomine
p. 28. 4. ſcriptos Varroni plures libros; nam & ex primo quædam
adferuntur, & ex ſecundo, & ex quintodecimo, infra v. eui-
reſcat: & ſæpe ex Prometheo libro, ſine adiectione nu-
meri. Mihi fere certum, titulum fuiſſe libri, Prometheus
liberatus. Id compendio ſcribtum qui non intelligebant
addiderunt pro arbitrio libri nomen, interdum ſuppreſſe-
runt. Promethei nomine fabulas trium argumentorum
docuerunt veteres; δεσμώτου, πυρφόρου vel πυρκαέως, &
λυομένου. Eas omnes docuit Æſchylus. Eorum imitatione
ſcribtus Varroni *Prometheus liberatus*. In eo legerim: *non
queo animam propulſare*. Idem eſt quod ille ipſe apud Cic. ij.
Tuſcul.

Namq. vt videtis vinclis conſtrictus Iouis
Arcere nequeo diram volucrem a pectore.

melius id quam referre ad Æſchyli Βίαν καὶ κράτος; quæ ſunt
τοῦ δεσμώτου. in Flaxtabulis libri, *corrigis*, quod idem eſt
cum *corrigijs*. in Parmenone ingenioſe viri docti *Viſcum fu-
gelæ*, aut *viſcum, ſagenam*: ſed libri non addicunt, qui hic,
viſcum, fugam: infra, *viſcum fugæ*; vt non dubium ſit quin

Varro ſcribſerit,

Viſcum fugaï, lineamque compedam.

Recte vocat viſcum fugæ, quia inhibet ac retinet fugam.

FVLGVRA] in Varrone libri, *cognitio enim trium fulget.* Scribe, *cognitio enim trium, fulgetræ, tonitrui, fulguris a fulmine orta.* Fulmen nomen generale: ex eo fulgetra, ἀστραπὴ, tonitru βροντὴ, fulgur, κεραυνός. Egregie hęc ſeparata tum alijs, tum Plinio xxxv. x. de Apelle. *Pinxit & quæ pingi non poſſunt, tonitrua, fulgetra, fulguraque Bronten, Aſtrapen, Ceraunobolon appellant.* 15.

FLAGRIONES) ſine dubio lacuna eſt. Et *edulia* in altero loco e Priuigno Afranij obſeruauerat, quæ nota excidit. 27. *Conquiſite* recte fecerunt viri docti ex veteri ſcribtura, quæ fuit, *Conſequite.* quod tamen diuiſis vocibus ferri poterat.

PEDETEMTIM) addiderant alterum locum Ciceronis e Verrinis, qui abeſt a libris. in Cælij loco, vulgo, *Cælius annalibus.* libri, *Anaui.* credo fuiſſe *Annal. I.* p. 29. 3.

MEDIOCRITAS) in loco Cic. ex offic. melius in ipſo Cicerone, *veſtitus.* in Tuſculanis, *Hic mihi adferunt med.* nos veterem ſcribturam repræſentauimus. 25.

DIRVM) libri habebant, *Deorum immiſſum.* diſpeſce apices literæ M. *deorum ira miſſum.* poteſt etiam, *vi miſſum.* Sed illud malo. Ita enim eſt; quicquid aduerſum, bene credidit antiquitas eſſe ab irato numine: ſed infelices, qui vt cultum verum ignorabant, ſic cauſſas irarum falſas credidere; ideo rident miſeram ſuperſtitionem qui inter eos ſapientes habiti, ad omnia momenta trepidantium, conſciorum neglecti numinis. Dictys Cretenſis lib. j. *Neque multo poſt irane cæleſti, an ob mutationem aëris corporibus pertentatis, lues inuadit:* Ita habent veteres codices, quos olim contuli, & e quibus totum eum ſcribtorem integritati ſuæ reſtitui, miſere habitum vſque adhuc: nam ſiquid elegantius, vt multa habet ille interpres quiſquis fuit, omnia inepti officinarum correctores mutarunt male. p. 30. 15.

IRRITARE) in Salluſtij loco edebatur antea, *Tum vero & poſci cum ceteri eiuſdem cauſa & ducem Senatus rati.* libri noſtri, *ſe nactus.* Id me manu duxit ad veram ſcribturam quæ hæc eſt; *Tum vero Etruſci cum ceteris eiuſdem cauſſa ducem ſe nactos rati. Etroſci* ſcribtum fuit. p. 31. 21.

PEDETEMTIM) : Secutus libros hoc e ſuperioris pagel-
p.33.10. lę lemmate abſcidi, & reieci in hunc locum. Multa talia in Nonio, quæ temere mutarunt ſuis ſedibus homines qui voluerunt Nonium diligentiorem videri quam fuit. Sed hęc nimia diligentia ſæpe magnis erroribus anſam dedit, nihilq. periculoſius quam arbitrio ſuo inuertere ordinem qui in libris veterum. In Feſto & Philoxeno exempla obuia eorum quæ ſecuti literarum ordinem mutarunt peſſime.

18. IGNAVVM ET SEGNE) libri, *Ignanum eſt ſegne.* male. nam vtrumque obſeruat, & huius etiam ἔτυμον addit & exempla adfert. *feriatum.* ijdem libri, recte, non *effeminatum.*

p.34.3. INTERPOLARE] quod affert ex actione ij. in Verrem, eſt ex lib. j. actionis ſecundæ, quæ tertia Verrina vulgo dicitur.

23. VACILLARE) edebatur, *atque ad ſuſtinendam. ad* deerat in libris. feci, *adq. ſuſtinendam.* Siſenna infra; *adq. Ænariam ſuos continuatur.*

29. PRAESTRINGERE) immo, *præſtinguere*, quod recte Aſconius. ſed ſic etiam ſupra in v. *ſtrictura:* & infra cap. quarto. In Varrone libri, quam ὁ πολὺς ἄυκρατος. bene viri docti, ἄκρατος. nihil tanta vi pręſtinguit oculos quam vis vini meri. Quæ alia hariolati ſunt viri docti, dum apices corruptæ vulgaris ſcribturę ſectantur, nollem factum.

p.35.12. ARQVATVS) Veterem ſcribturam expreſſi, Lucillij nomen additum fuerat e coniectura. Varronis locum dudum reſtituit maximus Cuiacius, ne amplius veternum hic quęrant & interpretentur viri docti. Nam ſane veternus nunquam veteribus pro morbo regio. pro hydrope verum eſt. Feſtus. Philoxenus. Arnobius lib. j. *Cuius manus intercutes veternoſæ fugiebant vndæ.* Cato apud Gellium. *quem morbus tenet loquendi; tanquam veternoſum bibendi atque dormiendi.*

23. NVGATOR *nugiſtubator*) ita libri. Videtur eſſe verbum, elegantiæ Noniani ſæculi. niſi ſi reſcribas, *nugator, a nugis, turbator.*

33. FRATRVM) habet a Gellio XIII. X.

p.36. 4. SVPPLANTARE) Addiderant inepte in Lucillij loco, ὑπο-

σκελίζειν dicunt. quæ verba ſuſtulimus auctoribus libris omnibus.

CONIVNGERE) expreſſi ſcribturam veterem, e qua videtur faciendum, *inter humanum genus ferumque τὸ ἀνθρώπινον καὶ τὸ θηριῶδες.* 9.

DEPILATI) inepte Nonius, *rarefacti.* propria vis verbi de ijs quibus pili velluntur: tranſlate Lucillius de ijs qui ſpoliati fuerant aut vapulauerant. nam tale quid in eo libro. Pro *Nato*, alij volebant, *Narro quod actum eſt*; mihi placet magis. *Gnatho quid actum eſt? depilati omnes ſumus.* 27.

nam ea perſona fuit in hac fabula: vnde illa quæ infra v. *cædere*, & v. *vrgere: Cædem hoſtium Gnatho vrge: reſtant perimus.*

EXCVRIARI) Varronis Satyræ titulus fuit, *ἱπποκύων*, non *ἱπποσωμ*. Gellius III. XVIII. 29.

IMPERTIRE) in Nouio expreſſi ſcribturam veterem: ſcribe, *Si ignotis impertibis, flebis facilius* in Cicerone videtur latere, *patrisfamilias*. ſed cogitandum amplius. p.37.21.

SCRIBTVRARIOS) Errare Nonium & ſcribturarios eſſe qui ſcribturam exigunt a paſtoribus, notauit doctiſſ. Turnebus. 33.

IDIOTAS) inepte Nonius, idiota, imperitus. Seruauimus in vulgari noſtro ſermone. p.38.22.

ELIMINARE) Pacuuij loco non medeor. Edidi veterem ſcribturam quæ paullo aliter infra, capite quarto: vbi & locus Pomponij repetitus eodem errore, & Accij paullum modo diuerſus. in Ennio ſcribſi, *Quid ſic te extra ædis exanimata eliminas?* quia in libris, *quid ſit*, & *Elimina.* notauerunt docti eſſe ex illis Euripidis: 31.

παλαιοῦ οἴκων κτῆμα δεσποίνας ἐμῆς,
τί πρὸς πύλαισι τήνδ᾽ ἄγουσ᾽ ἐρημίαν
ἕστηκας αὐτὴ θρεομένη σαυτῆς κακά;

δεσποίνας ἐμῆς, vertit *Erilis corporis*, id eſt, Eræ: vt in Næuio, *regalis corporis*, id eſt regis.

Vos qui regalis corporis cuſtodiam
Agitis --

VITVPERARE) Monui ſupra, quum incertæ auctoritatis p.39.14.

ſcriptores dicit, intelligi Gellium. Itaque Fortaſſe habuit in mente locum illum Gellij xi. xiii. *hæc ego, inquit, admonui, non vt C. Gracchо vitio darem.*

25. Pilare) quod monuit Palmerius, reperimus in libris noſtris, *pugæ, pilant*, id eſt αἱ πυγαί.

29. Popvlare) Niſi ego fallor, multum fallitur Nonius. Videntur verba eſſe Chryſeidis, quæ promeruiſſe Achillem dicat quam ab Agamemnone accepit iniuriam, qui prius ipſius patriam populauerit, id eſt, depopulatus ſit. Notum ex Homero & alijs.

p. 40. 2. Rabere) edidi e libris *lateras*. fortaſſe verum ſit quod vulgabatur, *blateras*.

28. Cossim) Pomponij fabulæ titulum Gellius fuiſſe ait *Porcetram*, non *Porcariam*. viii. xxi.

p. 41. 23. Tergiversari) Poſtremum exemplum in prioribus editionibus afferebatur ſub Varronis nomine; ideoque relatum inter Varronis fragmenta. At in optimo libro nihil aliud fuit quam v. ſuppleui, *Et Tuſcul. lib. v.* in quo reperies ad verbum totum locum.

p. 43. 12. Vernas) in Lucillio veterem ſcribturam repreſentaui, e qua faciendum: —— *Vernam ac cercopithecum.*
vtrumque inſignis conuicij genus in omnibus antiquis ſcribtoribus.

18. Concinnare) in duobus exemplis Ciceronis recte libri noſtri *concinebatur* & *concinere*: nec aliter legit Nonius, qui vt ſolet confudit obſeruationem concinnandi & concinendi.

p. 44. Prodigia) in Plauto libri, *experrecta eſt e pr.* E quo feci,
22. *exp. es, te pr. Ioui* quomodo verſus poſtulabat.

p. 46. Vvlpinari) *effugere*, ſcribſi e libris pro vulgato *effingere*.
24. *Erras* in Varrone pro *errans*. in ſequenti nota libri & editiones habebant, *Et rectum*; pro quo non dubitaui facere *erectum*.

p. 47. 6. Exporrectvm) edidi, vt in libris. e quis bene doctiſſimus Turnebus, ἐν ᾅδου πίποτε) ſi ſciremus quid eſſet illud πίποτε, cuius loco aliud quærendum. *Quare ſi in ſomnum reccideris*, ἐν ᾅδου . . . . *eris iterum exporrectus.*

p. 48. 4. Silicernivm) locum Varronis emendarunt e libris ſuis Cuiacius & Turnebus: quibus noſtri conſentiunt. Falſum

eſt quod ait Nonius *quod ſenibus exhibetur.* pro *laude* mihi placeat *auide*; alijs viſum *laute*, quibuſdam *cum laude*; alijs, *cum lauſo*. quod dicunt eſſe leſſum qui in XII. tabulis, inducti veteri ſcriptura Plauti Truculento,

Thetys quoq. etiam lamentando lauſum fecit filio.

Sed ea vitioſa; neque ad rem facit, ſeu *leſſum* ſiue *lauſum* legas, vtrobique nullo ſenſu commodo. Certe fuit, *pauſam*. & hoc ait etiam Thetydem tandem deſtitiſſe lugere filium, imitatumque ex illo Homeri Iliad. ω.

Καὶ γάρ τ' ἠΰκομος Νιόβη μεμνήσατο σίτου

Τῇπερ δώδεκα παῖδες. &c. Et mox,

Ἡ δ' ἄρα σίτου μνήσατ' ἐπεὶ κάμε δακρυόεσα.

SVFFVNDATVM) a libris eſt *lapiditus*. præſtat tamen vulgata, *lapidibus*. 12.

EDONES) corruptum illud, *ἀπαλαυτοισος*. nec aliud fuit 17. additum titulo libri, quam *ταφὴ μενίππου*.

PAROCHOS) Melius in vulgatis, *vehicula præbeat*. admi- 28. niſtrantes dicit pro magiſtratibus, eloquentia ſeculi ſui. infra: *Accenſi genus militiæ eſt adminiſtrantibus proximum.*

CETARII) in Varrone libri noſtri diſertim, *Eſcendere*. p.49.12.

TON MVS) librorum ſcribturam expreſſi; ſed certe vide- 19. tur ſcribtum fuiſſe, *Tibi tympana non inani ſonitu matris deum tonimus tibi nos ſemiuiri.* Cetera de tibinis mondis ſunt a mala manu.

PRAESEPIA) non eſt quod veterina animalia cogites: 25. omnino eſt heſitantis librarij, vt ſolet: *aut iumenta aut cetera animalia pabulantur.* In Varrone forte legendum, *Siquis melodijs dijs eſt ὄνος λύρας.* id eſt diuinis vt in eadem Satyra: *motibus dijs veget.* Ablegat ad forum qui ſacris Muſarum inutiles.

SVBRIGERE) ſuſum, diſerte libri noſtri, & hic & ſe- p.50.5. pius.

FVRES) Habet a Gellio I. XVIII. a quo & pleraſque no- 12. tas quę ſequuntur. vnde & lex I. de furtis in Pand. *Eius mali effectio*, id eſt, furti. poſtea tria verba, *eos dictos fures*, ſuperuacanea ſunt.

VENTORVM) Male hic nouum caput & nouum lemma 20. incipiebant, nulla ratione. Eſt autem & hoc a Gellio II.

xxii. a quo & deſcribit Fauorini diſſertationem de ventis Apuleius libro de mundo, quam inſeruit ijs quę prius aliter enarrauerat ex auctore Gręco. Sed & negligentiſſime hæc excerpſit Nonius qui abit ab auctore ſuo, quum Eurum ab Oriente hyemali flare dicit, quem Gellius a verno ſiue ęquinoctiali. Sed & ita Apuleius ex Græco; Ἀπὸ τῆς ἠοῦς, libri: idem eſt quod vulgo, ἕω.

26. AVSTRVM) A Gellio, ſi poſtrema verba excipias, quæ Noniana ſunt. Inepte *ſudoris effectorem* dicit, vt exprimat ἱδρῶτα νότιον. atqui latine ſudum cęlum eſt contrarium humido. De Circio ſiue Cercio Gellius ex Catone, qui in Hiſpania eum ponit; & inde fortaſſe quæ de Gallicia Iſidorus pro Gallia. Habes & in Lucani primo, & in Philoxeni appendicibus: & ſeruant nomen incolę prouinciæ Narbonenſis.

p. 51. 4. PENI) Mirum quam inepte hic locus antea legebatur: *Pietatem docti veteres hanc eſſe voluerunt*; ſcilicet, quia mox philoſophorum libros memorat, quos a penu ad pietatem traduxerant boni viri ſcilicet. Retraxi fugitiuam lineam quæ in omnibus libris ſcriptis erat poſt verba Homeri. Ἀλεγεινὴ πένι . . . . *vel penoris ſic enim a plurimus declinatum eſt.* deinde incipiebat, *pietatem*: quod facile fuit mutare in *proprietatem*. peni, penus, penoris, promiſce dici & Grammatici & Iuriſconſulti notant; a quib. multa bene Gellius iiii. i. & in ijs hoc, *Ex eo quod non in promtu ſint. ſed intus & penitus habeantur.* ex quo & illud Pauli l. j. §. i. de penu leg. *ſicut quæ in promtuario ſint legata fuerint, non omnis penus legata eſt.* Promtuarium enim pars penuariæ cællæ ſiue penarij, quamuis confundat Philoxenus; *Penaria cella & promtuarium, ταμεῖον. Cella promtuaria* Plauto & Apuleio.

10. LAEVVM) Et hoc a Gellio v. xii. Sed deſcriptum non fideliter. nam ille recte læua numina, quorum vis in lædendo, quęque propitiantur ne noceant: dextra enim agunt, hæc ſinunt: de quibus plura eleganter Arnobius lib. vii. At hic quaſi læua eſſent bona, indigitat a leuando. *Significari*, eſt deriuari. *Sub hac oſtentatione* reſcribſi e libris, non *oſtenſione*, non ſolum quia hæc promiſcua veteribus, vt aſſenſio & aſſentatio, aliaque eiuſmodi; ſed vt fraus Nonij

appareret magis, qui certe habet ex illis Gellianis, *Virgilium multa antiquitatis hominem ſine oſtentationis odio peritum.* In verſu Ennij læuum ſignum, bonum, quia dextra dijs quę lęua nobis, de quo ſatis multa Seruius & cohors veterum Grammaticorum. Nonnus ij. Dionyſ.

--- ἀελλήεντι δὲ ῥόμβῳ
πυκνὰ διαθρώσκοντες ἀπ᾽ αἰθέρος ἄκρον ὀλύμπου
ἀστέρες ἀΐκτηρες ἐπέγραφον ἠέρα πυρσῷ
δεξιτερῇ χρονίωνι. ---

in Ennio pro *olim* videtur ſcribendum *Olli.*

INFESTI) Verba Nigidij habes apud Gellium VIIII. XII. in quibus legendum, *aut contra de cuius periculo & exitio feſtinatur.* Eorum alteram tantum partem hic refert Nonius. De paſſiua ſignificatione ex loco Plancianæ infra, ad quam & ille ex tertio de Repub. pertinet, *quo ſcelere impulſus. mare haberet infeſtum vno myoparone.*

MATVRARE) Et hoc a Gellio X. XI. qui recte obſeruat mature dictum fieri quod non fit ſegniter vt Cato: *qui vnum quid mature tranſigit, is properat.* Philoxenus. *Maturate,* σπεύσατε. Plautus pſeud. *---- at maturate propera. nam propero. vides*
Iam die multum eſſe. ---

Ita enim recte & ſcribti libri & editiones veteres. Maturate properare moderatæ feſtinationis eſt, vt lente feſtinare tardioris maturationis, quod commendabat Auguſtus.

LICTORIS) Et hoc a Gellio XII. III. vt ſuperiora, & quę ſequuntur. Itaque idem obſeruat quod Valgius apud Gellium, morem antiquum ligandorum qui caſtigandi, quod bene vterque probat ex M. Tullio, ſiue ex carmine antiquo, quod habes etiam in Liuio. non aliud ergo ſibi hęc verba volunt; *Ita enim carnificis officium antiquitus fungebatur,* quam, ita ſoliti caſtigare olim ſontes ligatis manibus. Carnificem dicit more ætatis ſuæ, qua tranſlata ſupplicia ad carnifices a lictoribus. Sane & fungebatur παθητικῶς dixit Nonius, & officium fungi actiue quamuis rectum ſit, tamen non ita vſa eſt ætas hæc, quæ id obſeruat inter licentias veterum caſum pro caſu vſurpantium. Hæc ſtabiliendæ lectionis noſtræ. Ἐτυμολογία autem omnino verior

lictorem pro ligatore, quam Feſti vel Pauli potius, a ligatis faſcibus, aut Tyronis Tullij, a licio: non enim, credo, a limo etiam voluit ille, & imponunt nobis Gellij codices, qui *vel a limo vel a licio* referunt; quor. alterum heſitantis librarij fuit, nec ſine exemplo: & aperte ipſe in fine eiuſdem capitis Gellius: *Siquis eſt qui propterea putat probabilius eſſe quod Tyro dixit, quoniam prima ſyllaba in lictore ſicuti in licio producta eſt.* vbi recte ſilentium altum de limo; quod ex primę ſyllabæ ſimilitudine induxiſſe Tyronem abſurdum. Sed nec recte ille, vt dixi, a licio. Omnia enim hac forma nomina qua lictor eſt a verbo ſuo ducuntur, & officium actionemue notant. ligere veteribus fuiſſe recte notant, docti, & ab eo ita lictor fuit, vt a legendo lector

p.52.2. SORORIS) A Gellio XIII. X. interpretatio, eſt proprietas, ἐτυμολογία, vt monui ſup. ex Cicerone, Macrobio, alijs. Infra, v. *receptitium*: *Sed vera eſt hae eius nominis interpretatio.* Gellius XIII. X. *Nigidius non minus arguto ſubtilique etymo interpretatur. Maximi iuris ſcribtores* retinui, quamuis libri, *maxime.*

9. LVES) huic vlceri non ego Pæonias manus. Potuit aliquid iuuare Feſtus, niſi mutilatus eſſet a ſectore barbaro.

11. HVMANITATEM) a Gellio XIII. XV. cuius verba mutat, ſententiam retinere vult. Itaque ille *appetitus honeſtorum ſtudiorum & artium*, ex ijs verbis, *eruditionem inſtitutionemq. in bonas artis, quas qui ſinceriter cupiunt appetuntque.* Vt ex illis Gellianis, *Significat dexteritatem quamdam beniuolentiamque erga omnis homines promiſcam*, hęc Noniana; *de beniuolentia, dexteritate & in quoſque communitate*; ſic enim legendum ex veſtigijs librorum quę expreſſi, & a quibus abierant vulgo, *dexteritateque & comitate. Abſq; hominibus*, etiam libri, non *preterquam*: & *paululum*, non *paulum*.

20. ADOR) Nonij barbariſmus eſt, *proprietate religiones* pro colere deos. Apul. Mileſia XI. *Iſis ſum macum veneratione propitiatur*, id eſt colitur. De adorandi veriloquio quod ait, falſum, & quod alij de ritu antiquo, ſpecioſius, non verius. Retuliſſe manum ad ora quum adorarent, verum. Plinius, Minutius, Apuleius, Lucianus, alij. Sed non ea ratione latini verba faciunt. Orare veteribus, Fari, quia fantur ore. vnde & orare cum populo, cum Titio; & oratores.

Adorare idem erat. Feſtus, Decemuiri, Virgilius. Apul. Mil. III. *Et ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem coli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo infuſa aqua populum ſic adorat.* Et VIII. *ſingulorum iuuenum genua contingens ſic adorabat.* Et X. *ad iſtum modum ſeniore adorante.* Poſtea vtrumq. pro precari: & poſterius manſit in cultu deorum ſignificando, quia is ſummus in precatione. Nam quum ἡ θεῶν ὑπηρεσία ſit ἐν τῷ θύειν καὶ ἐν τῷ εὔχεσθαι, vt ait Plato in Euthyphrone, precatio & quę præcationi adiunctę cærimoniæ, atq. hæ potiſſimum, conuerſio ad dextram, flexio genuum, manus ad os relatio, ſeſſio ad aram, & ſimilia, adorandi nomine continentur; vt in altero proprium nomen faciendi, quod hæc fere in agendo, altera in dicendo. Eodem modo a precando fiunt apprecari & comprecari, ſacrorum propria: hoc poſterius etiam certorum: nam ſpeciatim ſomnijs expiandis tribuit Plautus, illud aliquoties in Apuleio. Porro vt *pium ador* dicit. ita turpium alij vulgo. Arnob. VII. *vt pium far monſtrat, quo peragi mos fuit ſacrificiorum ſolennium munia.*

Faciem) A Gellio XIII. XXVIII. qui & Quadrigarium in vndecimo ita dixiſſe faciem addit; ſed legendum, *in primo.* Mirum enim ni eum locum intelligit ex Manlij pugna cum Gallo: *nemo audebat propter magnitudinem atq. immanitatem facies.* Nonius vero videtur ſcribſiſſe, *totius corporis formam, non tantum πρόσωπον*: certe ita debuit. In Plauti loco male libri noſtri, *aquilino.* corpus aquilum eſt nigrum. Varro, Feſtus, Philoxenus. *Nyptra* ſcribſi, vt alijs locis conſtanter libri. vulgo, *Nyptris*; ſcribſi hic, *Nupta.* 27.

Vestibvla) Et hoc a Gellio XVI. V. exceptis ijs quæ initio de Veſta, & Ciceronis exemplo. Scripturam veterem expreſſi, quæ fortaſſe ſic emendanda: *Sed ſiue ſic intelligi debent, non abhorret a vocabuli proprio quod inuenitur etiam.* Mox ſcribſi, *dum introeundi*, pro *quum*, ſententia ipſa adſuadente, & Gellio. Ita in area Palatina ſalutationem Cæſaris exſpectant apud Gellium XX. I. *Conſtitionem* recte Turnebus; nec recte ediderunt in Gellio & Macrobio; *conſiſtionem.* In Gloſſis recte, *veſtibulum προπύλαιον.* item προ- p.53.5.

θυρῶν, *veſtibulum*; quod tamen aliter ſumunt Iuriſconſulti, quum pars ædium eſt.

18. BIDENTES) Gellius XXI. VI. a quo hęc omnia. ſcribſi, *Pomponij*, non vt libri, *Pomponius*. hoc enim vult, ex Pomponio qui bidentem verrem dixerit probari non eſſe bidentes ouium quæ duos dentes habebant proprium nomen: quamuis aliter Gellius. In Laberio ſcribſi, *bidentis*, e libris. Vtrumque rectum eſt: *Quum faciam vitulam pro frugibus*. De ſacro propter viam Plautus, Feſtus, Macrobius. In Nigidio bidentes tantum Gellius & Macrobius habent & in iſto peſſime, *bimas beſtias*, pro *hoſtias*. Verum eſt bidental inde dictum, quod procuraretur bidentibus. Eſt enim locus tactus de cælo, κεραυνοβόλιον, & τόπος κεραυνόβληξ Gloſſis. Apuleius, *fulguritorum bidentalia*. qui procurari ſolitus cæſis ouibus. Perſius, — *Fibris ouium, Ergennaque iubente*

Triſte iaces lucis euitandumque bidental.

Et tum ſacer fit & ἄψαυστος, quia mouere poſtea nefas. vnde *triſte* & *euitandum* Perſio & Horatio. Pollux: τὰ ἐμβρόντοι ἐνηλύσια οὕτως ὠνομάζετο, εἰς ἃ κατασκήψει βέλος ἐξ οὐρανοῦ.

29. IVGERI) edidi vt in noſtris libris, qui cum Varronis codicibus conſentiunt.

33. FAENVS) Et hoc ad verbum e Gellio XVI. XII. vbi recte, ſine a litera, quomodo & libri noſtri.

p.54, 9. RECEPTITIVM) Et hoc ab eodem Gellio XVII. VI. itaque non exſcribit verba ipſa Catonis quæ initio capitis prolata a Gellio, ſed ita vti ab eo repetita in fine capitis, quem exprimit ad verbum. videntur ergo deeſſe paucula verba; *pecuniam viro mutuam dat. eam pecuniam*: omiſſis a librario quæ inter duas voces *pecuniam*, quomodo ſexcenties errauit deſcribtor Nonij. item, *quem cum reliqua pecunia receperat*.

26. SITICINES] Et hoc ad verbum a Gellio XX. II.

32. IVMENTVM] Et hoc quoque a Gellio XX. I. cuius ſententiam non exprimit tamen. Et quod de *Arcera* ſequitur, ex eodem loco: vnde & ſumſerat verſiculum duodecim tabularum; *Si non volet arceram ne ſternito*, quod male coalue-

rat loco Varronis. In eo capite Gellij, vbi de talione, nota ſcribendum; *Verum eſt, mi Fauorine, talionem pariſſimum fieri difficillime*, vbi editur, *rariſſimum* Plautus Curculione: *pariſſumi eſtis ibus*.

COLINAM) ita libri noſtri. *Coquina.* inferioris ſæculi verbum. Arnobius IIII. *per humani generis coquinas currit.* Ammianus XIIII. *huic atratum coquinæ adiungitur miniſterium.* p. 55. 18.

INFANS) Lucillium pro Curio reſcribſi ſecutus auctoritatem Lactantij I. XX. quod dudum Iunius monuerat. In Accij loco vox *eſſes* temere addita erat. *Infans facinus* eſt infandum, quod dudum enarrauerat doctiſſimus Turnebus. Varronis loco ex Eumenidibus prorſus ſimile apud Cic. de Diuin. II. *neſcio quomodo nihil tam abſurde dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum.* In loco Ciceronis de oratore, libri noſtri, *cui res non ſubpediat aut verba non deſint*, e quo feci, cui res non *ſuppeditat, at verba non deſint.* Suppeditare ita vſi veteres. Plautus, Lucretius, Apuleius, Cicero ipſe in officijs. 33.

PETAVRISTAE] non dubitaui reſcribere *ſchemis*, admonitu magni Turnebi: quomodo infra v. *ſanniones*, & in Suetonij Tiberio. De Varronis loco vide doctiſſimi Scaligeri notas ad Feſtum v. *Petauriſtæ.* 26.

CVRIAM) *domum* addidi e libris, quod aberat vulgo. Scribe, *quo ſuam quiſque domo Senator confert.* p. 57. 2.

ASSAS] *intellectus* eſt τὸ ἔτυμον. *difficilis intellectus* eſt ambiguę & incertę originis; vt in nota ſequenti, *ſed elegantior intellectus.* ſup. *veſtibulum, ſed ſine ſic intellegi debent.* 11.

REMVLCARE) potes ſcribere, *remulcians trahit.* 27.

AGILEM) in Siſenna ſcribendum, *neq. foſſas aut vallum remoraturum.* niſi ſi, *remoratui*, quod non puto. p. 58. 2.

TESTVDINES) Siſennæ non medeor; veterem lectionem expreſſi. Viderint docti. 10.

ACCENSI] bene maximus Scaliger, *Rerum Humanarum* pro *Rhetoricorum.* addidimus e libris, *quos nunc dicimus deputati.* Æui huius verbum l. 3. §. 6. de penu leg. *ſiqui ſunt in villas deputati.* in Macrocolis Mauricij deputati ſunt qui vulneratos ex prælio exportant. 32.

NEFARII) libri, *in quo ſcelarati vti non debeant.* ſępe vacat p. 59. 6.

ea particula. ſupra; *Stigmatias punctos in notis.*

p. 60. ROTVNDVM) in Cicerone pro *Theodectes* eſt *Thucydi-*
12. *des.*

32. DEVORSORIA) ita libri noſtri; ſed idem eſt diuerſoria. Hoſpitia etiam nos hodie vocamus; ſed priſci religioſius vſi hoſpitij verbo diuerſoria dicebant; nec ſolum quo diuerterent homines, ſed etiam quo iumenta in c. Th. l. 11. Ne operæ a conlat. exig. *Operas ad proſecutionem equorum vel diuerſorium neminem præbere compellimus.* Sic legendum; vulgo nullo ſenſu, *diuerſorum.* Scilicet, quia lex j. nihil de diuerſorio, & titulus ſolum de operis. at duo exigebantur, proſecutio & diuerſorium, quæ vtraque inhibet Imperator.

HEREDIOLI] ita libri noſtri, qui in Varronis loco non
p. 61. 11. agnoſcunt vocem, *dicebantur,* quæ gloſſam ſapit; nec vocem *quod,* quę & recte abeſt a Varronis manuſcribtis. Nam certe totus is locus in Varrone corruptiſſimus ita legendus eſt. *Id habet ſcripula* CCLXXXVIII. *quantum as antiquus noſter ante bellum Punicum pendebat. Bina iugera quod a Romulo primum diuiſa viritim, quæ heredem ſequerentur, heredium appellarunt. Heredia centum, centuria dicta. Centuria eſt quadrata in omnes quatuor partes vt habeat latera longa* ∞∞ CD. *pedes, Porro quatuor centuriæ coniunctæ, vt ſint in vtramque partem binæ, appellantur in agris diuiſis viritim publice ſaltus.* Hoc ait, iugerum eſſe duplicem actum quadratum; heredium, duo iugera; centum heredia, centuriam; quatuor centurias, ſaltum. Centuria proculdubio e ducentis iugeris, vt Feſtus & omnis antiquitas notat, nomen id a centum heredijs. itaque quum actus quadratus ſint centum viginti pedum in omnes partes, qui efficiunt 14400. pedes, iugerum quod continet duos actus, conſtat pedibus 28800. id eſt ſcripulis 288. ſcripulum enim decem pedum in omnes partes, hoc eſt centum pedum. Rurſus heredium quod continet iugera duo, cōſtat pedibus 57600. Cēturia ergo pedum 5760000. hoc eſt pedum in ſingula latera 2400. In Varrone ſecuti ſumus vetera exemplaria, mutata tantum diſtinctione; & ex, *hæc poſtea centum,* fecimus, *Heredia centum,* manifeſta ratione; & ita conſtituimus optimi ſcribtoris inſignem locum.

LEGVMINA) Et hic ſolenne erratum fuit in libris: omiſ-
15. ſis quę inter duas voces ſimiles. nos ex Varrone ſuppleuimus.

PORCAE] in Accio *dereuere.* ſiue diribere eſt diuidere. 29.
Quæ in fine, a Nonio ſunt, qui ſecutus alios auctores a Varrone porcas ait eſſe ſigna ſulcorum, quæ vltra ſe iaci ſemina prohibeant, a porcendo. procul dubio intelligens verſum illum qui ab aratoribus tranſuerſus ducitur ad capita arui, indicium ſatori, qua fini ſerendum. At porca aliud eſt Varroni & alijs rei ruſticæ auctoribus.

OCCATIONIS] in Varronis loco ſcribſi, *occare dictum,* 28.
quomodo & libri noſtri, & in Varrone optimus codex e bibliotheca Regia.

POMORVM) neſcio cur vox, *Veſperi,* eraſa in proſtremis 32.
editionibus Varronis, quæ & in optimo codice Varronis, & hic in noſtris, & prorſus neceſſaria eſt.

FRACCESSERE] *fricari* conſtanter libri noſtri, non *friari.* p.62,4.
In Varrone editum, *per dies ſingulos;* Sed particula *per* neque in libris noſtris, neque in Varronis optimo codice.

CALONVM) locus Homeri non placet doctis, qui certa- 16.
tim alium ſubſtituunt. mihi vero is ſatis facit: non enim voluit probare κᾶλα eſſe Græcis ligna; ſed calones ligna militibus ſumminiſtraſſe: ſic ſupra ex Homero probauit furibus amicam noctem, quia ille, --- κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω. Sic lictores olim colligaſſe manus, ex veteri carmine, *I, lictor, colliga manus.*

CONTICINIVM) quum auctoritatis incertę dicit vel ob- 26.
ſcurę ſolet intelligere Gellium, vt diximus ſupra. At hic credo, Macrobium, cui Satur. I. III. conticinium poſt gallicinium.

GRVMAE) Gruma eſt groma, ſiue γνώμη. In Ennij loco p.63,4.
libri noſtri, *Gruma dirigere.* Mox veriſimillimum quod viſum viro docto, *Degrumari vero Lucillius,* vel potius, *degrumare;* nam in ipſo ſcribendum, *degrumabis.*

LOGI) Scribe, *dicta, vel ridicula & contemnenda. Dicta,* hoc 16.
eſt, faceta dicta, vt in Ciceronis exemplo; *contemnenda,* vt in Turpilij.

MOLETRINA) ſcribe *ferratrina, fætutina.* Gellius XIII. 25.
XVIIII. *non finitiones illas prærancidas, neq. fætutinas grammaticas ſpectaueris.* Apulcius in Apologia: *in fætutinis & olenticetis ſuis iaceat.*

p.64.7. Prolvbivm) Scribſerat prolubium dictum a lubendo, deinde attulerat exemplum e veteri ſcribtore: *prolubium eſt petere amicitiam & fidem.* Librarius, vt ſolet, omiſit quæ inter vtramq. vocem *prolubium.*

27. Propages) operæ male omiſerunt *iuge*, *genus iuge longe mittere.*

33. Praegreditvr) ita libri, non *pregradat:* quod tamen in textu Pacuuij; ſed bene viri docti, *Iam pregreditur Parthenopaeum.* Sed & *Atalanta* melius vulgati, quam libri, *Tantalo.*

p.66.31. Praeficae) Plauti locus e Truculento vulgo corruptus eſt. Editiones veteres, *quæ alios collaudat, ea ſe vero non poteſt.* libri ſcribti; ab ſe vero non poteſt: vnde conficta eſt lectio vulgata, *conlaudare abſentes, ſeſe vero non poteſt;* libri noſtri ita vt edidi. Credo fuiſſe in Plauto,

Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro præfica,
Præfica quæ alios collaudat, eamſe vero non poteſt.

Repetita voce *præfica*, ſine qua verſus labat. In Varrone doctiſſimus Scaliger, *qui ludis Troicis curſitaſſent.* qui & recte iungit cum loco qui infra v. *nænia.*

p.67.22. *Tum Marcus præco*) ſunt qui ad Marium referant, quem primum legiſſe capitecenſos ſcribit Salluſtius, & ex eo Gellius xvi. x. Sed ante eum proletarios armatos ſcribſerat Ennius. Vide quæ de ea re Merula in commentario Enniano.

p.68.9. Incipit de Honestis) *honeſtum*, verbum Grammaticorum huius ſæculi, id eſt, elegans. Donatus in Eunuchum: *Miſerrimus fugitando, honeſta locutio eſt, vt miſer amando, miſer currendo.* Seruius in Bucol. *honeſta locutio eſt ſi dicamus, inter cenandum hoc ſum locutus.* Eidem, *honeſta periphraſis, honeſta elocutio, honeſtiſsima elocutio, honeſtas ſermonis.* Pro eodem infra, v. *opuliſcere, decore dictum.* Nam vt in ſuperiore capite origines verborum exquiſiuit, ita in hoc notauit quæ viſa noua & elegantia, pleraq. ex aliorum obſeruationibus petita; quædam opinor, a propria lectione: eorumque plurima ſine vlla explicatione; nam pleræque interpretationes additæ fuerant poſtea, quæ aut non apparebant in veteribus libris, aut marginibus tantum erant adſcribtę; quas omnes ſuſtulimus, ſecuti fidem optimi libri: non enim fuiſſe additas vbique ab ipſo auctore peruincunt plures no-

tæ, in quibus nulla interpretatio addita neque in libris neque in vulgatis editionibus.

APVD) *vinum* repoſui conſentientibus omnibus libris 15.
ſcribtis ; quod & olim doctiſſimus & politiſſimus Nicolaus Faber monuerat. locus Ciceronis eſt e lib. III. de Rep. vt recte infra in capite de doctorum indagine; vt videatur ibi locum adſcribſiſſe e libro, hic paullo aliter confiſum memoriæ, quæ ſæpius fallit.

Iguuium) ita diſerte libri, quod dudum monuit Turnebus, 24.
& eſſe quę poſtea Engubium.

ADAMARE) male addebant, obligare, ab hamo tractum, pag. 7.
quæ abſunt a libris, addita tamen in margine optimi codicis. *Adamare* ſane in Cicerone fuit, *non adhamare*, neque aliter voluit Nonius. in præcedenti nota, melius in Cicerone, *ſuis auribus*.

AEQVIMENTVM) bene monuit Turnebus eſſe pro *Equimentum*, merces pro admiſſa equa. 22.

AERIFICIVM) placet quod viſum doctis, *nihil ſunt Muſæ Polycli veſtræ, quas ærifice duxit*. Iuuante ſcribtura quæ infra v. ducere. Polycles inter nobiles artifices qui ex ære finxerunt, duo fuerunt. Plinius XXXIII. 28.

APLVDAS) habet a Gellio XI. VII. at Plinio apluda, purgamenta milis, panici, ſeſami. 31.

ADVLTERIONEM) apparet habere a Gellio; XVI. VII. qui p. 70. 5.
quia locum totum non adſcribſerat, remittit nos Nonius ad librum. Itaque recte Iunius, *Cophino*, qui titulus manſit apud Gellium, & infra v. lenis: corruptus hic, & infra v. *mendicimonium*. vbi prorſus ſimiliter remittit nos ad librum, quia locus tantum tactus a Gellio. qui tamen neque *mendicimonium*, neque *adulterionem* e Cophino citat, ſed *manuatus*.

Ephemeride nauali) melius hoc quam quod placebat do- p. 71, 19.
ctis, *nauales*, vel *niuales Eteſiæ*.

Varro Meteo) ita libri. Sed enimuero melius erat quod 22.
vulgo, *Prometheo*. legendumque *Prometheo liberato*. nam verſus ſunt, quos non fuiſſe in libris humanarum & diuinarum certum. Cetera lege vt in Coniectaneis doctiſſimus Scaliger:

Humanæ quandam gentis ſtirpem concoquit.

ABORIATVR) ſcribe *Varro Gallo vel Fundanio*; vt infra, 26.

fretum, & putei. & in Chariſio.

p.72.2. *Verum enim*) non eſt mutandum. Plautus Ciſtellaria:
Verum enim meretrix fortunati eſt oppidi ſimillima.

Cic. III. de Oratore: *Verum enim oratori omnia quæſita, audita, lecta, diſputata, tractata, agitata eſſe debent.* Ita lectio omnis vetus, quę non fuerat mutanda.

23. *Nævius pullus*) fabula hæc tribus locis laudatur a Nonio: hic, & in v. *morſicatim*, & in v. *aſperiter*. nuſquam liquide: nam hic & in v. *aſperiter*, *Vetus* ſcribtum in libris: in v. *morſicatim*, *Suis*. Itaque cenſeo legendum *Lævius*, non *Nævius*; cuius tragico cothurno minus apta pullorum inſcribtio. locum ipſum e veſtigijs ſcripturæ veteris ſic conſtituerim:

Eſcam ſi e iure in os pullo das edentulo,
Simul aſſulatim ius iacis, ſumit cibum.

pag.73. ATRI) non eſt quod docti corrigant, *poſteros dies*. In vtroque error Nonij; non minus quum *nefaſtos* dicit, quam quum *poſteros*. hoc, quia poſtridie Calendas, Nonas, Idus: nefaſtos, ex imperiti vulgi more, quem ſatis damnauerat Gellius cap. VIIII. lib. IIII. & cap. XVII. lib. V. quem vide; & diſce recte a nobis ſcribtum e libris, *ater dies*, non vt vulgo, *atri*.

p.77. 21. BETERE) locum Pacuuij e Nyptra, & alterum e Medo ita conſtitui, ſecutus proxime veterem ſcribturam quæ hæc fuit: *Pacuuius Nyptra: bos huic d. p. i. p. idem bibite medo ſi recto pergitur, iam ſi ire c. p. b.*

p.78.16 *proximus lictori*] lege, *proximus lictor*, vt in Cicerone.

pag.79. 10. *vt decet dolonum*) ita libri conſtanter. Sed omnino præſtat quod in ipſo Plauto, *dominum*.

25. BOVINATORES) habet a Gellio XI. VII. ex cuius manuſcribtorum veſtigijs legendum, *Hic ſt tricoſus.* nam & noſtri, *hic ſitricoſus*. In ſequenti nota vetus ſcribtura a me exhibita eſt, cui non medeor. Varronis e Manio locus eſt. Cetera non adſequor.

pag.80. 7. BALBE.) adſcribſi defectus notam: deſunt enim verba in quibus *balbe* poſitum fuit.

30. BAVBARE) immo, *baubari*; idque eſt vlulare, non latrare.

p.81.17 *dona comeſt*) ſic libri. Scribe, *bona comeſt.*

p.82.31. CONSCRIBILLAVI) libri, *itaque eas inceraui Herculis ad lis.* Scribe, *itaque eas inſcribillaui H. athlis.*

CONSPICILIVM) immo, *Conſpicillum.* Plautus Ciſtel- p.84. 7.
laria:

Conſpicillo conſequutus eſt clanculum me vſque ad fores.

Sed & *adſeruabam* videtur vacare.

COLVSTRA) veterem ſcribturam propoſui, e qua viri 10.
docti fecerunt, *lac nouum in mammis.* quomodo & Seruius in bucolica Virgilij, qui tamen coloſtrum neutro tantum dici aſſerit.

CONQVINISCERE) bene monuit Lipſius alterum locum 15.
eſſe e pſeudolo; ſcena, *forum coquinum.* minus bene quod ex Plauti vulgata lectione voluit reſcribi, *ſi conquiniſcet iſtic, conquiniſcito.* nam potius ex Nonio corrigendum fuit, *Si c. iſtic, ceueto ſimul.* Ceuere idem quod conquiniſcere; & ocquiniſcere; id eſt, inclinari. Itaque vt ocquiniſcere interdum pathicis attributum, vt in Pomponij proſtibulo & alijs; ita ſemper ceuere de ijs dictum.

Iuuenal. *— ego te ceuentem, ſexte verebor?*

Et, *Computat & ceuet. —*

Perſius, *— an Romule ceues?*

Martialis, *— Sed pulchre, Næuole, ceues.* Gloſſæ, *ceuens,* κύφων. Gloſſę Iuuenalis. *Criſare mulierum, ceuere virorum eſt. hinc ceuetes molles & obſcæni appellantur.* hæc ille grammaticus, deceptus loco Perſij, vbi *ceues* putauit eſſe adiectiuum, non verbum: qui etiam locus induit virum doctum vt in Petronio pro *veteres,* legeret, *Molles, ceuetes, Deliaci manu reciſi.* Huius vocis ignoratio corrupit locum Plauti: repertam enim eam in ſuis libris, quum non intelligerent qui cõueniret cum voce conquiniſcendi mutarunt in *conquiniſcito.* dein quia verſus nimium excreſcebat quidam vocem *ſimul* reiecerunt in ſequentem verſum; alij, *iſtic* e verſu ſuſtulerunt. at legendum fuit,

Si conquiniſcet iſthic, ceueto ſimul.

Item his diſcipulis priuos cuſtodes dabo.

Et paullo ante; *Manum protollet, pariter proferto manum.*

CONGENERAT) *Adraſto* reponebat e veſtigijs librorum
ſuorum eruditiſſimus Iunius; cuius lectionis veſtigia 25.
etiam in noſtro optimo: fuit enim, *queueat fraſo*; ſed priori *f* inducto, inq. eius locum ſubſtituto *g.* cogitent docti.

CETTE] locus Ennij eſt ex illis Euripidis Medea: 30.

--- δότ' ὦ τέκνα
δότ' ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιὰν χέρα.

In Accio diſpeſce voces, *En eum.*

p. 85.13. COMITASSET] de hoc loco varie docti; Ingenioſe qui *letho comitaſſet*, ſed metuo ne nimis ingenioſe. nam nec comitare veteribus pro comitem dare, nec iuuat lectio ſincera reliquorum verborum. Verius fortaſſe qui, *ſimul eodem lecto cubitaret.* Ita Ægiſthus σύλλεκτρος Agamemnoni, vt eſt apud Euripidem. Erigona filia Ægiſthi & Clytemneſtræ, e cuius nomine fabula, quæ inſcribtio reſtituenda in Vocibus, *clepere*, *ſupplicium*, *animus*, & in *genitiuus pro accuſatiuo.* Contra *Epigonus* reſtituendum in v. *attigat*, *pigrare*, *porcet*, *vllo*, *amnem*, *collum*, *ſtupor*, *vulgus*, *macte.*

16. CITUMA) ſcribe; *Cituma ſunt proxima* cælo millia.* Deeſt enim pars exempli librarij, vt ſolet, culpa. In vltimo loco Cic. vide num legi poſſit, *Deduc orationem de cælo ad hæc cituma.* tamen non mutarim, *citeriora.* ſic enim ſolet exempla adferre non omnino ſimilia lemmati, ſed quæ ab ijs inflexa. Infra, *contrahi* & alibi ſępe.

p. 87. 2. CELERATIM] hunc locum intelligit Gellius XII. XV. vbi obſeruat in Siſenna *vellicatim*, *ſaltuatim*, *curſim*, *properatim* & *celatim.* Vt vel hic reſcribendum ſit, *celatim*, vel in Gellio, *celeratim*; quod certe longe melius eſt.

5. COPIATUR) & hoc a Gellio XVII. II. e quo corrige *Claudium*, pro *Cælio.*

10. CONFUTARE) bene docti, *commiſcere*, pro *committere.* in Varrone vulgo, ſumma atria. libri, ſumme atria. Scilicet ſcribtum fuiſſe, *harum ædium*

Summetriam confutabant architectones.

Nam quid eſt, confutare atria? At ſymmetriam confutare, eſt damnare & improbare; docere ædes ſine ſymmetria factas: proprium artis architectonicæ verbum; non aliud frequentius in Vitruuio. & bene monitum doctis in hac Satyra Varronem reprehendiſſe luxum ætatis ſuæ, qui certe non minimus in diruendis domibus, ſiquid videretur minus ex arte factum. Architectones ex Plauto dudum aſſeruit Turnebus.

15. COMPLURIES] in loco Catonis ſcribſi. *Inulti*, pro vulgato, *multi*, tralatitio errore, qui & apud Gellium V. XXI. e

quo hæc noſter.

Collabella) bene monuerunt docti ſcribendum, *Laberius Anna Perenna*, qui titulus animi laberiani apud Gellium xvi. vii. pag. 90. 22.

Cistas) lege, *deiecerant*. p. 91. 24.

Crebritvdinem) *Celeritudinem pro celeritate* reſcribebat doctiſſimus N. Faber, & in ipſo Siſenna, *celeritudine* pro, *celeriter*, admodum probabili coniectura. 30.

Varro Rhetoric. lib. xx.) Vtrobique legendum, *Rerum Humanarum*, qui error etiam ſupra, v. *accenſi*. nam certe ea diuiſio quam hic dicit fuit in libris Antiquitatum Varronis, quos diſcimus ex S Auguſtino diuiſos fuiſſe in xxv. libros Humanarum, & xvi. rerum diuinarum. Humanarum rurſus in libros de hominibus, de locis, de temporibus, de rebus: item Diuinarum pæne eodem modo itaque hæc verba fuerunt in ipſo principio libri xx. qui primus de rebus. Par fere diuiſio in iiii. de lingua latina. p. 92. 14.

Contrahi) *triſtitia vibrari*, legit doctiſſimus Lipſius; metuo vt doctius quam conueniat Nonio. 29.

Vinum meum cibarium) ſcribe, *vnum meum cibarium* : hoc eſt, vnum e domeſticis qui cibo meo viuunt: vt in exemplo ſequenti, *cibarius frater*, de homine, non de pane. *In bucolico* libri, non *cubiculo*. p. 95. 15.

Continvari) ita ſcribſi pro vulgato, *Continuare*, quod male retinent libri; qui tamen recte in loco Siſennæ, *continuatur*. Verbum hoc ſenſu rarum in antiquis, at frequens in medij æui ſcriptoribus. notaui dudum in Apuleio. Metam i. *Inde me commodum egredientem continuatur Pythias condiſcipulus apud Athenas Atticas meus*. Et lib. v. *Sed eam protinus Ceres ac Iuno continuantur*. Et lib. vi. *bona parte viæ confecta continuaberis* [illegible]*dudum aſinum*. lib. vii. *nullum ſemet vidiſſe ductorem, ſed plane continuatum ſolutum & ſolitarium ob indicinæ præmium occupaſſe*. & lib. xi. *Incontanter ergo dimotis turbulis alacer continuare pompam meam*. Item. *Atque eum cubiculo ſuo commodum prodeuntem continuatus, ſaluto*. Symmachus Epiſt. iiii. xliiii. *Idem nunc de otio meo quæ velis noſſe narrabit; nam me in ſyluis Laurentibus continuatus eſt rurali inhærentem quieti*. nam & ibi ita legendum. Eumenius in Panegyrico Conſtantino A. dicto *Illa, inquam, illa maieſtas, quæ Iouis ſubiecta natu, nec Iridis deum nuntiæ, ſed primus commiſ-* 30.

ſa victoriæ tam facile te continuata eſt, quam cito ad terras cælo miſſa perueniunt. Ita eſſe in libris monet Liuineius, nec ſequitur tamen; cuius alioqui iudicium & eruditionem laudamus in ceteris iure merito. In Siſenna ſcribſi, adq. Ænariam, hiſtoria in Paterculo. *Inſtructum eum viatico, collataque veſte, in nauem impoſuerunt; at ille adſecutus circa Ænariam filium, curſum in Africam direxit*. Plutarchus: ἐφέρετο δέπως κατὰ τύχην πρὸς Αἰναρίαν τὴν νῆσον, ὅπου τὸν Γράνιον, καὶ τοὺς ἄλλους φίλους εὑρὼν, ἔπλει μετ᾽ αὐτῶν ἐπὶ Λιβύης.

p.94.9. CONDITANEVM) deeſt, *oſtendit*, vel quid ſimile.

p.96.26 DVLCITAS) in loco Accij libri, *conſpiratum*: e quo factum *conſpirantis*. in Cęcilij, libri, *tantam hinc inuaſit in corda indulcitas*. forte, *tantan' inuaſit in cor Daui dulcitas?* in Ciceronis, libri, vt edidi, *dulcitudine*.

p.98.8. *Titinnius in Quinto*) Ita ſcribſi ſecutus fidem librorum infra capite quarto, in hac ipſa v. *delica*: vbi hoc ipſum exemplum adducitur ex Titinnij Quinto. nomen id fabulæ Titinnianę reſtituendum infra v. *delicere*, *feſtinem*, & *libertatem vti*. vbi male, *libro quinto*. Manui in Priſciano lib. VIII.

29. DEMAGIS) aliter Paulus ex Feſto, vt notarunt docti. Sed Philoxenus facit pro noſtro, & Lucillius ipſe, quem ſic lege;

Rex Cotys ille duos ventos Auſtrum atque Aquilonem
Nouiſſe aiebat ſolos hos demagis. iſtos
Ex nimbo Auſtellos nec noſſe nec eſſe putare.

Ait Cotum Thracem barbarum duos ſolos vocaſſe ventos, Aquilonem & Notum, quia hi ſoli vehementi flatu aera cient. alios qui leniores nec ſcire nec credere, hoc eſt non ponere in numero ventorum. *Cotus* ſeu *Cotys* nomen Thraciæ Regum. *Hos* ex primo verſu retraximus in ſecundum. Sed omnino videtur ſcribſiſſe; *nouiſſe aiebat ſolos. hoc demagis, iſtos*.

30. *de medio auelitatis*) ita libri. vnde fecerim, *de media acie ſtatim in ſiniſtro cornu remoueantur*.

p.99.6. *Armuti*) ὁπλῖται.

28. *in circo exſpectare*) pro *ſpectare*. non ſine exemplo.

p.100. 11. DVODEVICESIMO) immo, *duo & viceſimo*. Vtrumq. exemplum id manifeſto euincit. poſterius, quod de bello Punico primo, quod incœptum anno a. V. C. CCCCLXXXVIIII. ſi-

nitum anno ɪↄxɪɪ. Secundum rurſus inceptum anno ɪↄxxxɪɪɪɪ.hoc eſt,annis duobus & viginti poſt initum fœdus, quod Cato ſextum vocauit, Polybius quartum. Itaq. legerim, *de fœdere deceſſere.* Alterum exemplum Varronis Gellius lib. v. ɪɪɪɪ. totidem verbis adfert ex Fabij Annalibus, vt probet contra inepti Grammatici aſſertionem, non vno in loco ſcribtum eſſe *duoetuiceſimo* ab antiquis.

DIVRNARE) Et hoc a Gellio xvɪɪ. ɪɪ. quem intelligit, 17.
quum dicit veterem prudentem auctoritatis incognitæ, vt monuimus ſupra. Supinitas Nonij, qui non vidit hæc eſſe ex Claudij Annali primo,quem certe non incognitę auctoritatis agnouit in his libris ſæpius; ſpeciatim in ijs quæ ex eodem capite Gellij tranſcribſit in v. *copiatur, funiſci,* & *ſubnixum*, quamuis in ijs omnibus Cęlium pro Claudio habes in libris Nonij. *Honeſtum* eſt elegans, vt notaui ſupra. vt & alijs locis & ſupra, *copiatur*; quia in ipſo Gellio, *verborum ſententiarumque elegantium recordationes.*

DVRITVDO) Et hoc a Gellio eodem loco xvɪɪ. ɪɪ. vbi 21.
melius, *impudentiam*, quam quod ms. Nonij,*imprudentiam*.

DELICIA) Et hoc a Gellio xvɪɪɪɪ.vɪɪɪ.locus Plauti quem 24.
vterque intelligit eſt Pœnulo, ſcena, *Negotij ſibi:*

Mea voluptas, mea delicia, mea vita, mea amœnitas:

Nam ita legendum & auctoritas duorum Grammaticorum & ſeries blanditiarum vnitatis numero dictarum mihi facile perſuadent. habes etiam eandem vocem in Truculento; *Ad me delicia?* & in Rudente, *operam ludo & deliciæ dabo.* habes & in Apuleio & alijs.

DIVIDAE) ita libri. Euripides Phœniſſis: p.101.

ἀλλ' ἐκκομίζε. καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω, 19.

οὐδ' ἐχθρὸς ὤν σός. διὰ δὲ τοὺς ἀλάστορας

τοὺς σοὺς δεδοικὼς μή τι γῇ πάθῃ κακόν.

DEINTEGRARE) forte, *nouem virgines.* 23.

Varro Prometheo libro xv.] ſcribe, *Prometheo liberato.* vt 32.
ſupra.

EVALLARO) ita ſcribſi,quamuis libri omnes Euallare,ſed p.102.2.
& ipſe exponit per futurum, & in Titinnio videtur fuiſſe, *euallauero.* In Varrone *intus* eſt οἴκοθεν. vt ſæpe Plauto; interdum vt hic iunctum τῷ *foras*; vt Caſina: *— eccum exit foras.*

Chelinus intus cum ſitella & ſortibus. Bacchid.
Ego tibi argentum iubebo iam intus efferri foras.
interdum ſolum, In eadem fabula:
binos ducentos Philippos iam intus efferam.
habes & in Milite & alibi.

7. Excantare) proprie eſt carminibus elicere, vt in loco Varronis. in Plauti loco ſcribe, *cuiuis*, vt in Seruio ad VIII. Eclogam Virgilii. Bacchidum editiones fuerunt duæ: Ex altera plura apud veteres Grammaticos, quæ non reperias in noſtra.

22. *Idem vt eſurienti*) libri, *Idem vti.* in quo latet numerus libri. *Eſuriente* ſcribendum. dudum monuerunt viri docti.

25. *Nec ego non* Scribe, *nec ego non ita. Vos etiam.* paullo aliter editur in Cic. Sed niſi fallor hoc melius. vt ſtatim *ad noſtra veſtigia,* pro quo in Cicerone, *contra noſtra veſtigia.* in libris noſtris, *ad contra veſtigia.* locus eſt e Lucullo, quem ſemper Nonius Academicorum quartum indigitat. diſcis etiam hinc male ſuſpecta fuiſſe Lambino hęc verba, *In contraria parte terræ,* quaſi eſſent a gloſſa.

p.104. 18. *Extemplo exit, euadit tua Genitrix*) Ita reſcribſi pro vulgato, *qua genitrix* Titulus fabulæ admonuit eſſe verba nuntij narrantis Pentheo Baccharum & in ijs Agaues inſanias.

30. *Nigidius* Scribe, *Cuiuſmodi genus aduerbiorum a verbis motus venit, vt expulſim, curſim.* Verba motus vocat quę τεχνικοὶ poſteriores, *verba tranſitiua.* Scribtum fuit ab imperito librario, *venit,* inde error, *quæ venit.*

33. Elvvio) bene fecerunt docti, *morbifer aëris tractus.* hoc enim voluit Nonius eſſe eluuionem, quia iuncta peſtilentię. Sed errat, vt in *expulſim,* in *exponere,* in *elemit,* in *emungere.* quæ Nonius inepte omnia explicat: ſed ſic multa paſſim, quę ſigillatim notare nimio tædio.

p.105. *exbibebis morbi fluctibus*] ſic libri. Turnebus voluit, *ex ſenis morbi fluctibus;* quia inueteratus morb' difficilius curatur. ſed de eculeis loquitur, hoc eſt equis nondum domitis & in tenera ætate. Alij voluerunt, *βεβαίοις morbi fluctibus.* Certe fuit, *ex liberis morbi fluctibus.* nihil liberius equo nondũ domito, qui nec frenis nec calcaribus nec alijs coercitionib. ſeruire doctus. Et appoſite fluctus liberos dixit, quia nihil liberius fluctibus, qui certe indociles parere imperijs. *Damacrinū*

quid ſit, neſcio, nec quid eius loco reponendum. non enim
videtur *Acragianum*, quod eidem doctiſſimo viro placebat.

Emancipatvm) In Cicerone edunt vulgo, *mancipata.* 16.
mihi hoc magis placet. Plautus Bacchidib. *Nunc ego mulier*
tibi me emancipo, tuus ſum.

equiſones per viam qua ducerent loca) bene docti, *conducerent* p.106.2.
loro. nam infra in libris, *conducerent loco.* hic, *lora.*

patriam maiorem parentem) Cicero lib. i. de repub. *Sed quo-* 6.
niam plura beneficia continet patria, & eſt antiquior parens quam
is qui creauit. Lex Mænia videtur ſanxiſſe aliquid de pœnis
cęlibum & præmijs maritorum, vt poſtea lex Iulia de ma-
ritandis ordinibus & Papia poppęa. Id indicant fragmenta
quæ ex hac Satyra proferuntur a noſtro. Alia fuit lex Mę-
nia de auctoritate patrum, in Ciceronis Bruto.

Elvcificare] ita libri noſtri, & Gellij x. xvii. a quo 20.
habet noſter.

Exigor) Et hoc a Gellio xv. xiiii. 23.

Edvlcare] Et hoc ex eodem Gellio xv. xxv. 25.

Eqvitem) Et hoc a Gellio xviii. v. a quo & Macro- 28.
bius ſatur. vi. viiii. vnde & locus Ennij ex Annali ſepti-
mo, quem procul dubio corrupit Nonius: & ſequens nota
ab eodem.

Exhedra) non eſt in libris de officijs. at locus e libris p.107.
de finibus, eſt e libro quinto. & ſic volueram edi habes & 7.
in lib. De natura Deorum.

homo ebriacus) placet quod Paſſeratio olim viſum, *ebria-* p.108.7
tus. non audio qui volunt, *ebriulatus.*

Fimbriae) addidi notam defectus. nam locus Nęuij p.109.
ad aliam notam pertinet, qua monuerat elegans verbum, 24.
Flora, e Nęuij Lycurgo e quo etiam videtur adduxiſſe exem-
plum fimbriarum, & a librario omiſſa, quę inter duas vo-
ces ſimiles, vt ſolet.

quum fax ex pinu alba) ita diſerte libri. Virgilius in Ciri: p.112.
Pro nuba nec caſtos accendet pinus honores. 27.
Iungendum locum qui infra in v. *titionem*, monuit recte
doctiſſimus Scaliger.

Flavissas) Ex Gellio ii. x. vbi male poſteriores edi- 29.
tiones, *vt pluribus gradibus in eandem conſcenderetur;* Scribe,
in ædem: In noſtro ſcribſi, *ad Seruium Sulpitium;* quia libri,
aduerſus Marcum Sulpitium.

p.113.4. FORMIDOLOSVM) Et hoc a Gellio VIIII. XII.

7. FRVNI°CI] ita diſerte libri noſtri, quomodo & Gelliani, vnde habet noſter, XVII. II. Sed Cęlium pro Claudio dixit, vt notauimus ſupra. Titulus fabulæ Nouianæ, *Parcus*, apud Gellium & libri noſtri iuuant, in quibus *par eo.* fragmentum ipſum idem euincit, quod certe de parco, aut potius de auaro.

12. *exſugere, iam vere*) ita libri. ſcribe, *lambere. Varro Manio.*

p.114.2. FRONS] Inſolita viſa nota viris doctis, qui cenſuerunt reſcribendum, *fros*, vel *fruns*. at Nonius nihil aliud notare voluit quam rectum caſum vſurpatum a veteribus, cuius obliqui tantum ætate ſua in vſu erant. Ita ſupra, *fax pro face*, infra, *nex pro nece*, prorſus eadem ratione.

p.115.3. *Semina concipere*) ita ſcribſi. libri, *ſeminari incipere*: vnde potuit etiam, *ſemina recipere*: nam & ſtatim, *recepta non reddat*. ſed melius *concipere*. nam & *edita* dixit, non *reddita*.

13. *neq. ea merita*] omnino ſcribendum, *neq. æra merita*. hoc eſt multorum annornm ſtipendia.

22. *περὶ ἀγρειστοῦ*) ſic libri: alijs locis ſemper *χωειστοῦ*, quod ferri poteſt in ipſo Varrone, expreſſi veterum librorũ ſcripturã cui nihil propius quam quod Mureto viſum: *perticæ ſunt ligneæ ſine animo, ſed ab homine eo qui in ijs ſtat agitantur: ſic illi animi noſtri ſunt; grallæ, crura ac pedes noſtri ex ſe ἀκίνητοι, ſed ab animo mouentur.*

33. *Vide t inc m°æ*) Scribe,

Vide hunc, mea in quem lacrumæ guttatim cadunt.

Ad verbum ex Euripide:

ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ' οὗ καταστάζω δακρύ.

p.116.31 *Ammullus*) ita libri. ſed omnino ſcribendum, *Romulus.*

14. *αμουμεμειο περὶ φιλαργυρεῶν*) ita libri, e quo recte docti coniecerant, *ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρείας*. in ipſo Varrone libri, *obueſtis*, e quo vulgo factum erat, *abſoluitis*. forte reſcribendum, *ſoluiſtis*. pro, *innocentes*, malim, *nocentes* Nos, inquit, barbari vocamur a vobis, qui ſimplicitate naturali nocentes cruci adfigimus; vos humaniores & minus barbari videmini, qui etiam noxios caſtigare inhumanum ducitis.

p.118. *gaudet, ſicut cui*) ita libri. ſcribe, *ſiquid ei.*

GIGERIA) Apicius; *iocinera & gigeria pullorum* retinuimus p.119.
nomen in noſtro idiotiſmo. *hiſetica* puto eſſe ſçculi No- 20.
niani verbum.

GENIVS, generis) ita libri. qui in toto hoc capite multis 27.
locis nullam habebant explicationem vocum, in textu qui-
buſdam additę erant in margine. Nos in omnibus repræ-
ſentauimus ſcribturam veterem.

HALVCINARI] ſæpius iam monuimus, quum exem- p.121.
plum adfert ſine auctoris nomine, Gellium intelligi, cuius 20.
doctrina & elegantia vt teſtimonio perhibendo aduocare-
tur meruerant; ætas ne nominatim laudaretur vetabat. ha-
bes exempla in v. *inaudita, intemperiæ, ſingulum, apludæ*, ali-
bi. ex eodem credo eſſe quę in v. *halophanta*: ſcilicet ex Gel-
lij octauo libro, cuius ſola lemmata ad nos peruenerunt: &
in ijs lemma capitis III. *quem in modum & quam ſeuere incre-
puerit audientibus nobis Peregrinus philoſophus adoleſcentem Ro-
manum ex equeſtri familia ſtantem ſegnem apud ſe & aſsidue oſci-
tantem.* quę poſtrema verba vides in hoc fragmento, quod
ſine controuerſia fuit in illo capite. *Halucinari* a græco
ἀλύειν notat Cloatius apud Gellium XVI. XII. vnde & *helu-
cus*. halucinari eſt languere, torpere, ſtupidum eſſe, cuius
modi homines oſcitare ſolent: ideo halucinari pro oſcita-
re. Cicero de Nat. deor. j. *quæ Epicurus oſcitans halucinatus
eſt.* Gellius eodem loco, *tarditatem animi & ſtuporem qui ha-
lucinantibus plerumque vſu venit*, id eſt oſcitantibus. Idem
VII. XVII. *at ille oſcitans & halucinanti ſimilis.* Feſtus; *helucus ab
hiatu & oſcitatione dictus.* nam. ita legendum, non *helueus*.
Omnino vt helucus ſumitur pro languido, ſemiſomno, nu-
gatore, vt ait Paulus ex Feſto, item pro languente heſter-
no vino, vt Tibulus, Apuleius & alij; ita halucinator, cu-
ius eadem origo, pro languido, ſtupido, oſcitante, quod
familiare ijs qui ἑωλοκρασίᾳ laborant. Alijs debeat alia om-
nia Gellius; certe Nonio debet octauus liber quod non
totus perijt.

ex equis & hinnulis) immo, *& aſinis*. Varro VIII. de lin- p.122.6.
gua latina; *quod ex quocumque aſino & equa naſcitur item mu-
lus aut mula, vt ex equo & aſina, hinnuli.*

naturæ & in hoc mundo) ita libri. adſcribſi defectûs notam, 22.
quia duo exempla coaluerunt, errore librarij heſitantis ad

repetitam vocem, infinitatem, vt iam ſępius monuimus. Alterum exemplum vnde ſit nondum inueni.

p.123.3. IGNAVIT) non dubitaui reponere hanc notam auctoribus omnibus libris manuſcribtis & antiquis editionibus; ſublatam in recentioribus, quia eadem nota mox totidem verbis in hoc capite. Sed periculoſum eſt tantum ſibi indulgere: vt hic notæ huius deletio in cauſſa fuit cur ſequens Afranij exemplum hereret in menda: *implicabatur caput fateor.* pro quo docti, faſcio. at in libris ita fuit: *Ignauit, ignauum facit. Accius Æneadis aut Decio: Implicare poſitum pro ornare. Afranius B.i.p.i.h.i. caput fateor ſed ſæpe ignauit f i.ſ. expectatio.* Vnde vides *fateor* ex loco Accij ſublatum adheſiſſe Afranio.

17. *brundiſio*) ſic libri. at ſupra, *brundiſinis*, in v. *degulaſſe*; quomodo & in Chariſio & Priſciano. *brun tiſina*, Feſto.

20. INCITAS) ita hic libri, & in primo exemplo Plauti : at in alijs omnnib. *incita* quod & modulus verſum Lucillianorum exigit.

p.124. INSOLVM] Vix fides adhibenda Nonio. quin potius in
17. vtroque exemplo *inſolum venire*, non aliud eſt quam apud Ciceronem & Varronem infra, *quoniam nomina non memini, quod non ſolum mihi venerit, ponam.*

22. *gignatam*) ſcribendum videtur, *ignotam.*

p.126.4. INVIDIOSVM) Errat. inuidioſam inimicis, eſt τοῖς ἐχθροῖς φθονερόν.

p.127.7 *Pomponius Citharista*) ita feci e lectione manuſcribtorum, *Et ariſta.* nam vulgati, *Ariſta.*

15. *Pauſimacho*) ita feci e veteri ſcribtura, *Epinauſimacho*: nam ἡ ἐπὶ ναυσὶ μάχη titulus eſt cothurni non ſocci. locum ipſum Cæcilij ita emendaui proxime ad eandem ſcribturam, quæ hæc eſt; *liber eſſem iamdiu habuiſſem ingenioſiſton amatores mihi.*

26. *Plautus Neruo*) Scribe, *Neruolaria.*

29. *Siſenna ab vrbe condita*) falſus titulus : nec enim ab vrbe condita orſus hiſtoriam Siſenna qui ſociale bellum ſcribſit. lege, *Vrbe condita iuxtim Numicium flumen obtruncatur* de Ænea ſermo eſt, quem fama vetus Lauinio condita occidiſſe ad Numicium. Id Siſenna ex occaſione narrabat in hiſtoria.

INDICARE) Nonij errorem dudum notarunt viri docti. p.128.

IMPOTENS] immo, intemperans, qui ſibi imperare non p.129.6. poteſt. in Cicerone, *nihil angantur.*

INAVDITVM) veteres prudentes, hoc eſt Gellius, quem 9. religio eſt ipſi nominare. locus eſt VII. VI. vbi male vulgo, *inora inaucitaue*, pro *inodora inauditaue.* vbi mirum tam corruptam lectionem inualuiſſe tamdiu, nec inueniſſe vindicem, arguentibus falſitatem ijs quæ de guſtu mox ſequuntur apud Gellium ex Ariſtotele.

INFESTVM) Et quod a Gellio VIIII. XII. 15.

IGNARVM, *quod neſciatur aut ſit*) ita ſcribſi e veſtigijs 18. ſcribturæ veteris, quæ habebat, *quod neſciat cura vt ſit incognitum.* Et hoc ex eodem Gellij capite.

ILLATEBRARE) Ex eodem Gellio XVII. II. qui adfert 21. ex Claudio, vt monuimus ſupra.

INFITIATORES) quid futilius hac explicatione? p.130.25

Ladon fluens ſub Sardibus) at Ladon Arcadiæ fluuius, non p.131.12 Lydiæ, neq. is inter auriferos. Vetus ſcribtura, *Ludon*, id eſt, *Lydum*. Lydum flumen eſt Pactolus qui Sardis alluit lateres regij Crœſi noti ſunt ex Herodoto. Mox bene fecerunt docti, *Vbi edicantur barbari.*

Et in Verrem) Omnino intelligit locum ex lib. IIII. accu- p.132.7. ſationis, qui eſt de ſignis, *nimia in iſtum non modo lenitudine ſed liberalitate oppugnarer.* Itaque legendum, *Et in Verrem quarto. nimia non modo lenitudine.* libri certe noſtri diſerte, *non modo lenitudo lenitudine pro lætitia.*

adiue heſiſtatis) Sic libri. ſcribe, *atque excitaſti.* 11.

Pyrrhi videt) ita libri, e quo bene reſtituerunt docti, *pyr-* p.132. *rhi videlicet largitas Fabricio.* 17.

LAXITAS) in Salluſtio videtur legendum, *Simul eos e.c.* 22. *i. i. Laxitate loci p.c.a.o.u.i.s.r p. acres inuadunt.*

Neuius Erotopægnion) immo, *Leuius.* cuius item nomen p.133. 8. reſtituendum ſupra v. *hoſtire.* Manſit in Gellio & Priſciano. Sequens exemplum ex Turpilio eſſe adſentior Hadriano Iunio.

Atta Aquis caldis) ita legendum, vt infra v. *Muginari.* In 11. Lucillio. Scribtum fuiſſe videtur: — *Et Diuos ture precemur.*

Conſilium faſti, pacem, tum impune luperis.

Ridet Satyricus eos qui ſcelus aut lubidinem animo

agitantes deos orabant, vt ipſis vite & ex animo procederet; deinde quaſi expiato crimine vltro ad lubidinem ibant.

19. *dimittat luſum*) *luſum*: eſt ſupinum, ad ludendum, non rectum: pro ludo aut luſione quod Nonius voluit. ſpectant, pro exſpectant vt ſæpe.

22. LABORIOSVM) a Gellio VIIII. XII. apud quem recte, *Caluus in poëmatis,*

Durum rus fugis & laborioſum.

24. LVTESCIT) ex Furio apud Gellium XVIII. XI. quem hic auctoritatis ignobilis ait, reſpiciens Gellium. at ſupra nominatim laudauit Furium.

28. *tum ad me fuerunt*) immo, *iuerunt.*

30. *altus alieno ſciens*) deeſt verſus integer omiſſus ab indiligente exſcribtore. Eſt enim idem locus qui infra v. *altus*, & v. *proſpicere. Habens antepoſitam alimoniam, ſedens altus alieno ſumtu, neq. poſt reſpiciens, neq. ante proſpiciens, ſed limus intra limites culinæ.* De homine ignauo & ſegni ſermo eſt, qui curaret nihil, niſi vt viueret ijs quę parata ab alijs: futura iuxta & pręterita ſuſq. deq. haberet. quo pertinet etiam ille locus ex eodem libro: *Ager derelinqueretur ac periret, ſquale ſcabreque illuuie & vaſtitudinę.* Recte ergo libri, *altus*, non vt vulgo, *alter.* limum dicit eum qui nec ante proſpicit nec a tergo reſpicit, ſed a latere ſpectat; hoc eſt qui nec præteritis attendit nec futuris, ſed tantum ea videt quæ circa ſe, non extra limitem culinæ.

p. 134. *quæ narrare*) vide an ſcribendum, *quin armare incœpſti ſcu-*
15. *tras feruentis? ſcutras*, diſerte libri. vt in Plauto, Philoxeno, alijs: vnde ſcutella. *Æneum* ijdem libri, idem quod *ahenum.*

Cocus magnum æneum quando feruit paulla confutat trua.

26. LATROCINARI) Varro lib. VI. de lingua latina: vbi habes; *In Cornicula, qui regi latrocinatus decem annos Demetrio:* Itaque hic legendum, *latrocinatus annos decem Demetrio, qui apud regem i.l.f.s.a.* quæ ſunt Nonij explicantis Plautum, vel potius eius a quo Nonius exſcribſit. In Ennio ſcribe *fortunaſq. ſuas.* Cetera recte edidimus e libris.

32. *Militaueram nam*) ita libri, vnde fecerunt docti, *Mihi Lauernam.* in Lucillio videtur fuiſſe, *Si verſus facies, Muſis; ſi vendis, lauernæ.*

Μειωπες) immo, *μύωπες*. p.135.11

Commandare vel cauſſam) adſcribſi notam defectus. hæc 33.
enim *vel cauſſam ſentire poteris*, pars ſunt alterius exempli.

Accius bacchis) Ex Euripidis bacchis: 136. 27.

ὅπως δ᾽ ὁ δαίμων ὁ νέος ὃν σὺ διαγελᾷς

οὐκ ἂν δυναίμην μέγεθος ἐξειπεῖν ὅσον

καθ᾽ ἑλλάδ᾽ ἔσται. ---

homo item lectus) hęc eſt vetus lectio; e qua non male do- 137.4.
cti, *domo iturus in curiam*.

inflammari & re) ita libri; vulgo *ardere*. Scribendum, p.138.3.
quod ſi vt decuit ſtares mecum aut meus te mœraret dolor,
Iamdiu inflammari Atridæ naues vidiſſent ſuas.
Verba ſunt Achillis ad Aiacem.

Gallei voce canora) ita ſcribſi pro vulgato, *Callaci*, & ſcrib- p. 139.
ta lectione, *Callets*. Drama eſt Decij alterius deuouentis ſe 21.
in pugna aduerſus Gallos.

MORSICATIM) libri, *Morſicatim. ſuis pullis*. Scribſi, *Ne-* 24.
uius pullis. vel potius, *Laeuus*. nam ſupra in *aſſulatim*, infra in
aſperiter diſerte libri noſtri *Vaius*. & læuij ſocco videtur con-
gruere magis hæc inſcribtio.

hic effebitum) propoſui veterem ſcribturam; e qua inge- p.140.
nioſe docti: *hic effætum mulierauit. hic Ganimedeo adoleſcenti* 18.
cubiculum pudoris primus polluit.

MEMORDI) habet a Gellio VII. VIIII. quem intelligit 21.
quum obſcuriores dicit.

METVS] Et hoc a Gellio VIIII. XII. 28.

MENDICIMONIVM) Et hoc ex eodem Gellio XVI. VII. 31.
Itaque ſcribendum *Cophinum*, non *Cropium*; Ex eo enim
mimo omnia eſſe credidit Nonius, quamuis ex eo Gellius
non aliud adferat quam MANVATVS.

quæ Græce φιλογύνεια dicitur.) quod in Cicerone ipſo paul- p. 142.
lo poſt hæc verba legitur, *odium mulierum, quale in Miſogynia* 29.
eſt, non recte ſe habet; corrigendum, *quale in Miſogyno At-*
tilij eſt: quod neſcio an a quoquam adhuc notatum ſit; cer-
te ego in veteri manuſcribto doctiſſ. Pithœi diſerte ſcrib-
tum reperi, *quale in miſſo gino Atili*. fabulę Attilianę is titulus,
ex alicuius Græcorum comicorum fabula. Menandri certe
μισόγυνης vel *μισογύνης* laudatur ab Athenæo.

243.15. *Nuperum, nouicium*) rectius ita ſine coniunctione quam in Plauti vulgatis. Nouicius ſeruus eſt νεώνητος vt recte Philoxenus, non vt Iuriſconſulti. Apuleio Metam. VIIII. *nouicius aſinus*, quamuis & ibi pro imperito & nondum artem edocto ſumi poteſt. Ratio inde, quod recens emti a mangone nouicij, quos conditio ſeruitutis ſecernit a veteranis ſeu veteratoribus, vt eſt in l. vlt. De ædis. Ed. ſcilicet, quia hi ſeruiunt patri familias in aliquo miniſterio, illi ſeruiunt mangoni in hoc tantum vt diſtrahantur. Rudes itaque & tritis opponuntur in l. præcipiunt. Eod. ti. Aliter definiuntur in cauſſa commiſſi. l. vlt. §. quoties. De public.

22. *Ocule*) Scribe, *hodie*.

24. NUBERE) nubere, ſiue a velato capite nubtarum, ſiue a nubendo id eſt tegendo, quia ſub tectum mariti ſubeunt, commune olim fuit omnis coitus. non tantum legitimi ac iuſti. Paulus ex Feſto; *pellicem, quæ vxorem habenti nubebat.* In peruigilio Veneris:

Vere concordant amores, vere nubunt alites.

Et in Codice, *quum vir nubit in feminam*. proprium tamen coitus legitimi, & inde etiam adſimulati, vt quum viri conueniunt in manum virorum, ſignatis tabulis: vt Suetonius & Tacitus de Nerone, Martialis de quodam Calliſtrato; Lampridius de Elagabalo; Iuuenalis:

— quid quæris? nubit amicus,
Nec multos adhibet. —

Sed non hoc ſenſit Nonius, aut ij quos dicit Itali. Monent enim recte docti vxorios homines nubere vxoribus dici, quia dominas ducunt domum: idq. voluiſſe Pomponium indicat titulus fabulæ, *Dotata.*

27. *Me vi deiectum domo*) vulgo, *me inde eiectum*. libri, *me indeiectum* ſcribſi, *me vi deiectũ*; tralatitio errore. In dicti Cretenſi fine libri V. *Et quo tutiores eſſent: ſumma ope inuigilare.* Ope, abeſt a libris; ſcribe, *Summa vi vigilare.* Mox pro *afra*, placet coniectura Iunij, *vafra.*

30. *forma figura*) poſſis ſcribere, *forma figuræ nitiditate hoſpes regius.* vt in illo verſu notiſſimo: πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιος τυραννίδος. ſed proxime accedes ad veterem ſcribturam quam repræſentaui, ſi legeris, *formæ, figuræ nitiditatem hoſpes geris.* Videntur eſſe ex his Euripidis:

ἀτὰρ

οὗτος τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ ξένε,
ὡς εἰς γυναῖκας, ἐφ' ὅπερ εἰς Θήβας πάρει,
πλοκαμός τε γὰρ σου ταναὸς, οὐ πάλης ὕπο,
γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος, πόθου πλέως
λευκὴν δὲ χροιὰν εἰς παρασκευὴν ἔχεις.

haud numine noſtro) Errat Nonius, Solens. *haud numine* 32.
noſtro idem eſt quod apud Terentium, *deo irato meo*, apud Horatium monente nuper erudiriſſimo Heinſio, *Ioue non probante.*

NOENVM) Nenum, nenu, an neno dicas, nihil intereſt. 33.
in Lucillij verſu ſcribe, *Sed tamen hoc dicas quicquid ſt. Fuſſium* libri omnes: ſed hoc fatum fuit eius nominis, vt vbique vulgetur Fuſius pro Fufio. In Varrone ſuſpicio eſt legendum, *Cras quidem ſi veneris, erit dies natalis fortis fortunæ.* Dies natalis deæ, quo ei ſacratum templum, vt dies natalis Salutis apud Ciceronem, γενέθλια πρυτανίτιδος ἑςίας Athenæo lib. IIII.

Splendet ſæpe) libri habent; *Accius bacchidem ſplendet.* lege, p. 144.
Accius bacchis: 12.

Idem ſplendet ſæpe, aſt idem nimbis interdum nigret.

Paraphraſis fuit illorum Euripidis:

πρῶτον μὲν εἰς τόνδ' αἰθέρ' ὄμμα σὸν μέθες.
ἀγ. ἰδού. τί μοι τῶνδ' ἐξυπεῖπας εἰσορᾶν;
καδ'. ἔθ' ωὑτὸς, ἤ σοι μεταβολὰς ἔχειν δοκεῖ;
ἀγ'. λαμπρότερος ἢ πρὶν καὶ διϊπετέστερος.

quod recte monuit illuſtriſſimus Scaliger.

quin id Circæo) lege, *de Dircæo.* item, *quadripedantum ſonipedum*, id eſt equorum. 17.

nidos potili) *nido*, voluit Nonius.

NESCIVM] a Gellio VIIII XII. Neſciam eodem modo p. 145. 4. 8.
Sidonius adfectator antiquarum lectionum VIII. VI. *hanc intra Gallias ante neſciam primus quem loquimur orator indidit proſecutionibus.* nam ita legendum. Vir doctus cui Sidonius multum debet maluit ſeruare lectionem librorum veterum, *an neſciam*, & cauſſas adfert. Sed ſi id voluit Sidonius, ſcribſerit *neſciam an primus*, non *an neſciam primus.* & verius eſt eum crediddiſſe Gallijs ante Nicetium incognitam Theo-

doſij Magni conſtitutionem; quæ certe ſi obtinuiſſet diu, non opus fuiſſet noua Iunioris promulgatione.

10. NOCTESCERE) Et hoc a Gellio XVIII. XI.

15. *Aut cum nepa*] adſcribſi notam defectus. deeſt enim pars alterius exempli. poſt quod dixerat in vtroque dubium eſſe poſſe, quia & de cancro poſſet capi & de ſcorpio. Sed ſcorpium intelligi conſtare ex Cicerone, cuius aculei non cadant in cancrum. hoc voluit.

25. NAENIA) *adducta*, pro conducta. vt in Lucillio, *Monogrammi quinque adductis pietatem vocant. Pergama laudari*, recte emendauit doctiſſimus Scaliger, & monuit iungenda quæ ſupra *v. præficæ*.

p.146. OFFENDO) vide num ſcribendum ſit, *offedo*, vt oſcedo,
32. frigedo, torpedo, mulcedo. Et in Afranio; *quoq. nunc offedo ædeprocul noſtra ſit mala*.

p.148. OPVLISCERE) Et hoc a Gellio XVIII. XI. in quo, *patrijs*
17. eſt, non *comptis*. Et certe in noſtris libris, quo magis *in campis*. vt reſtituendum videatur illud *patrijs*.

32. *Nouius filonico*) ita libri quod non fuerat mutandum. philonicus, vt Lesbonicus, Demonicus. Nouij verſus edidi vt in libris, medicinam expectantes a felicioribus manibus.

p.150. *Pomponius Maginus*) ita libri: ſed coniectura Iunij recta,
19. *Maccus Geminus*.

21. *Næuius*) immo, *Nouius*.

26. *Afranius liberto*) Edebatur, *Afranius aliber totius monilis*. neq. aliter libri, niſi quod *totus* pro *totius*. Scribe *Afranius liberto. Tui monilis*. libertus Afranij etiam infra v. *faceſſere*.

p.151.8. *is oritur ex catinatib*) immo, ex Cantabris. apud omnes Geographos. & ita reſcribendum bene monuit Iunius. *Naro* eſt in Dalmatia.

p.152.8. *Pici diuitijs*) Ita libri omnes & veteres editiones Plauti. nec audiendi, quibus conſtructio minus Latina viſa vt reſcriberent *Picos*.

25. *Sentinoſas*) ita libri, à ſentina.

p.153.10 PROXIMI) ex Gellio X. XXIIII.

17. PERNICIES) locus Lucillij videtur ſic poſſe emendari:

— nunc tu Contraheris, veluti in nubtijs verſere neceſſe
Nec ſine pernicie. —

vel potius ſic; *vel ſi innubtijs, vel ſi ſine, certe*
Nec ſine pernicie. —

Eſt e libro xxviiij. ſic enim rectius vulgati, quam libri
manuſcribti, xxviij. Is liber ſcribtus hexametris. Et in eo
diſſuaſio ab amore; indicant quę in v. *eiectum*: *Eijcere iſtum
abs te quam primum & perdere amorem.* Et in v. Flagitium:
Qui ei poſcent minus & præbebunt rectius multo; vbi eſt auerſio
ab amore mulierum ad pueros vt in Iuuenali Sat. vi. *Contraheris*, pro ſolicitudine angeris: vt Ciceroni & alijs.

Pigrare, *pertinere*) ita libri: ſed melius vulgo, *retinere*. 31.
lege etiam, *Epigonis*.

Palaestricos) libri vt edidi, *paper palęſtricos*. Equo fe- p.154.10.
ceris, *pater. palæſtricos*. aduerbium erit, παλαιστικῶς. idq. vo-
luiſſe videtur Nonius. Alioqui vix palæſtrici abſolute di-
cùntur: ſed ἐπιθετικῶς, palæſtrius cibus, palęſtricus ſuccus.
vt in Apologia Apuleij; *En vide quam facies eius decora & ſucci palæſtrici plena ſit.* Ita legendum: nam quod monuerunt
in veteri libro eſſe, *ſucci pala*, excutiebant prorſus; nam in
eo diſerte, *ſucci pala eſt rici*: id eſt ſucci palæſtrici. quod &
in alijs libris inueni.

Proletarii) Ex Gellio xvi. x. Itaque lege vt in eo, p.155.19
tenuiſsimo. item, *ſcutiſque feroq. Ornatur.*

Varro in Ephebo) ita ſemper libri noſtri, præterquam 31.
in v. *Seplaſium*, vbi, *Synephebo*, minus recte.

Accius Erigonus) ſcribe, *Epigonus*: &, *quos iam ab armis*. p.160.3.

Perfica, *perficiens*] ita recte fecerunt docti, perfica eſt 12.
quæ Euripidi τελεσφόρος. Medea:

ὕτως ἔρως σὸς πρὸς θεᾶν τελεσφόρος
γένοιτο παίδων. ---

Profligare) totum hoc a Gellio xv. v. niſi quod ad- 24.
uerſus ipſius Gellij notam inſerit locum Ciceronis e Tuſculanis, in quo *profligata* pro adfecta. Cetera fere ad verbum e Gellio. Itaq. recte libri, *peſsimum ad vſum*, quod Gellius *deflexa & deprauata a ratione recta & conſuetudine*. Item, *ad interitionem adductum*, quod Gellius, *ad perniciem interitumque deducendo*. Ergo mox ſcribendum, *nunc prope abſolutum aut ad.*

Tuſc. lib. v.) immo, *libro iiij*. p.161.23

quod humatus non ſit) Gellius iiii. vi. *porca etiam præcida-* p.163.23
nea appellata, quam piaculi gratia ante fruges nouas captas im-

molari Cereri mos fuit, ſiqui familiam funeſtam aut non purgauerant, aut aliter eam rem quam oportuerat procurauerant. Marius victorinus lib. I. *qui iuſta defuncto non fecerunt aut in faciendo peccauerunt, his porca contrahitur, quam omnib. annis immolari oporteat antequam nouam quaſi dapem mereat de ſegete capere.* E quo doctiſſimus Turnebus enarrauit locum Ciceronis II. de legibus, *quæque in porca contracta iura ſint.* Et ex eodem diſces quo modo reſtituendus alter locus in eodem libro qui editur corruptiſſimus. *Itaque in eo qui in naui necatus, deinde in mare proiectus eſſet, decreuit P. Mutius familiam puram, quod os ſupra terram non exſtaret, porcam heredi eſſe contractam, & habendas triduum ferias, & porco femina piaculum pati; ſi in mare mortuus eſſet, eadem præter piaculum & ferias.* Ita enim legendum.

24. Palangae) Pollux lib. VIII. τὰ δὲ τῶν νεῶν ξύλα οἷς ὑποβληθεῖσιν ἐφέλκονται αἱ νῆες, φάλαγγες ϗ φαλάγγαι. non ſunt confundendę cum plancis Feſti: nam eæ planę, hę teretes. quamuis & Chariſio *falanga fuſtis cui quid deligatur.*

p 64.6. *quippe habes enim*) ita libri noſtri. eleganter. vt in II. de Orat. *quippe leue enim eſt totum hoc, riſum mouere.* Lucretius lib. VI.

Quippe videmus enim veſtes humore madentes
Exſiccare ſuis radijs ardentibus Solem.

quod qui non notarant, vocem *Enim* in Nonio ſuſtulerant, in vtroque loco Ciceronis ſeparauerant addita diſtinctione quę eneruat omnem orationis venuſtatem: quidam etiam mutauerant. In eodem Lucretio ſæpius habes, *Quippe etenim.* Apuleius in Apol. *quippe etenim videbatur ſibi peridoneum maritum matri reperiſſe.* Particulam eam vſi veteres ſæpe aliter quam hodie in vſu ſit. Virgilius Georg. II.

— hunc Plauſus hiantem.
per cuneos geminatus enim plebiſq. patrumq.
Corripuit. —

In Apuleio habes ſæpe, *Vel enim*, elegantiſſime. Florido j. *Vel enim colliculus ſæpimine conſecratus.* in Apologia; *vel enim ſub vlmo marita.* In de Deo Socratis: *Sed quodammodo vtrinque ſeiugata, vel enim vtrinque commixta ſunt:* vbi male ediderunt omnes, *velut enim.*

8. Rvta) quę ſint ruta cæſa in ędium aut fundi venditione,

monuerunt docti. *Solum* ſcribſi in Cicerone auctoribus li-
bris ; & id rectum eſſe etiam obſeruatum eſt. Ennio, *ſola
regni*: item, *Stabilita ſcamna ſolûmque* In Cicerone eſt, *ſed
dicet te.*

RAVVM) In Cicerone; *modo cæruleum, mane flauum, quod-* 13.
que nunc quia a ſole collucet. Melius, præter hoc *rauum*, quod re-
ſcribendum e noſtro. item, *qua a ſole collucet.*

RAVIS) Veram lectionem Plauti inueni conſtanter in 16.
manuſcriptis hic & infra v. *poſcere;*

Vbi ſiquid poſcam vſque ad rauim poſcam prius.

quam & agnoſcunt lacunæ Feſti. Sequens exemplum &
clitellaria eſt.

RVRANT) ſculponeæ in Catone, ruſtici calceamenti ge- 20.
nus. item in Plauto, quicquid garriat Fulgentius. Bigę cor-
nutę, par boum. vt recte notauit Turnebus.

RARENTER) Pomponij locum habes etiam infra v. 25.
villicari quem ſcribſi vbique vt in libris. At infra in tractatu
de indiſcretis aduerbijs idem locus adfertur ex Trabeæ
Ergaſtulo, & ibi *villicarier.* Sententia eadem apud Sym-
machum, Epiſt. VIIII. VI, *Actores abſentium quibus res lon-
ginqua remittitur, tanquam ſoluti legibus viuunt, quia procul po-
ſitus nullus dominorum terror incurrit.* Ita legendum.

Sic ſine Simon,) ita libri noſtri. placet tamen magis quod 32.
in Plauti vulgatis, *ſic ſine modo.*

Quum tibi ſit) in Terentio ipſo melius, *dum tibi ſit*, quod p.165.7.
ex veteribus membranis docti adnotarunt.

RECIPROCARE) deerat in libris lemma, & nomen ſcrib- 10.
toris, a quo primum exemplum.

Romam vincet glad.) id eſt per tempus ludorum. alij hæc 14.
aliter, ſed ſomnia mera.

REDHOSTIT, *redit*) immo, *reddit.* Accij verba expreſſi vt 20.
in membranis, Tentabam, *quid hic redhoſtit? an quo me tem-
ptet facilius?* qualia illa ſunt Alcumenę in Amphitruone Plau-
tino.

— *nam quid ille reuortitur,*
Qui dudum properare aiebat? an ille me tentat ſciens?

Sed nec redhoſtit, idem eſt quod redit. & metuo vt aliud
lateat. In altero loco ; *aliter ac ſit elatum redhoſtit reſponſum.*
Didaſcalico libro, vt in Gellio III. XI. *primo didaſcalico:* ſu-
pra, *libri Capitonis coniectanei:* Varroni, *libri indices* hic paſ-

ſim, & alijs ſcribtoribus, Annales libri. Didaſcalici veterum Græcorum ſcribtorum qui fuerint, docte obſeruauit in Athenæum eruditiſſimus Caſaubonus: commentarios videlicet in quibus notata diligenter locus ac tempus quo fabulæ dramaticæ doctæ a veteribus poëtis, quæque aliæ circumſtantiæ obſeruandæ veniebant; cuiuſmodi libri ſcribti Ariſtoteli, Dicæarcho, Ariſtophaui, Callimacho, Eratoſtheni, Ariſtarcho, Crateri. Neſcio an quis notauerit Accij Didaſcalicos eiuſdem argumenti fuiſſe. Certe id ita eſſe euincunt teſtimonia quæ ex ijs adferuntur: hoc amplius, fuiſſe in ijs enarrationes, cenſuras ac iudicia de veterum poetarum ſcribtis: quod & fuiſſe in illis Græcorum libris haud abſimile vero. De poëmatis in genere locutum & de eorum differentia, arguit locus qui apud Chariſium lib. I. *Nam quam varia ſint genera poematorum, Babi, quamq. longe diſtincta ab alijs, noſce.* De genere ipſo elocutionis, hic locus. De ætate ſcribtorum, locus ex Didaſcalico primo, qui apud Gellium III. XI. de ætate Homeri & Heſiodi. Huc pertinet & locus qui infra v. *mactare*, ex primo didaſcalico: *Sapientiaque inuectæ atque honoris gratia patera Neſtorem mactauit aurea.* vbi enarrat Homeri locum ex Iliad. ψ'. Et locus e didaſc. II. qui infra; v. *temerius. Seu Euripidus, qui choros temerius in fabulis.* Inde etiam eſt quod fabulas Plautinas cenſeri a quibuſdam ſolitas notat Gellius III. III. ab indicibus Accij; quia de ijs diſputauerat in didaſcalicis. Libri ij ſcribti videntur ſoluta oratione, non verſibus, vt fruſtra ſint docti qui torquere voluerunt vt verſibus clauderent.

25. REPVERASCERE) in Nouio legerim, *fugitas perſonas, pater.* puerorum eſt pauere vbi perſonatos vident. Idem hic ſeni patri filius obijcit. Ciceronis locum bis eundem affert ſolita incogitantia.

p. 166. RAMICES) Confundit ramices & ramicem, quæ vt nu-
5. meris, ita ſignificatione diuerſa. Ramex hernia eſt in Lucillij loco, quem edidi vt in libris. & miror *arthriticus* notatum a Iunio e ſuis non placuiſſe viris doctis, qui certatim alia ſubſtituerunt. Iuuenalis eodem modo,

— iacet exiguus cum ramice neruus.

Philoxenus: *Ramex* ἐντεροκήλη. Ramices Pluratiuo numero pulmones ſunt, ſi credis Nonio & eo referendi Plau-

ti & Varronis loci. Scio quæ de hac re diſputata medicis: ſed poetæ non tam ſubtiliter iſta, & ſecuti opiniones vulgarias: itaque & venarum pulſus pro arterijs videas ſeruari, & pulmonem vino tangi contra monita Aſclepiadarum. Contentione ramices rumpuntur ſiue curſus, vt in Plauto; ſiue vocis, vt in Varronis loco, & in Plauto eadem mente, Captiuis;

Ego me tua cauſſa, ne erres, non rupturus ſum,

ſiue etiam conatus maioris, vt in altero Varronis loco. In ipſo Plauto pro *atrumdum*, melius, *iamdudum*.

Iube nunc attentare) Omnino ſcribendum; 18.

Lubet nunc attentare, lubet nunc animo ruſpari Phrygas.

Ex Homeri Nyctegerſia:

--- ἐμὸν ὀτρυνέει κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ

Ἀνδρῶν δυσμενέων δῦναι στρατὸν ἐγγὺς ἐόντα

Τρώων. ---

potes etiam, *Iubet nunc a. iubet n. animus r. P.* ſed prius malo.

RECENTARI] ad verbum e Gellio XV. XXV. p167.16

SALTVATIM] ex eodem Gellio XII. XV. p.168.9.

Maſurius Sabinus) Ex Gellio IIII. XX. in quo, vt in vulgatis Nonij, liber ſeptimus Maſurij laudatur, non ſeptimus decimus. 23.

SVSPICIOSVM) Et hoc a Gellio VIIII. XII. in quo rectius, *de re Floria: item: ſed niſi qui palam.* Viciſſim in Gellio perperam, *famuloſus*; corrigendum ex noſtro, *famoſus*. 28.

SVBICIS) locum Ennij habes apud eundem Gellium IIII. XVII. ſed is aliud notat; Subices v litera breui dici apud Ennium, & eſſe pro aëre alto, qui cælo ſubiectus eſt. At hic neſcio quem auctorem ſecutus notat non eſſe dictas ab ſubiciendo ſiue ſubijciendo, ſed ab altitudine. Et contra mentem auctoris ſui profert locum Virgilij, in quo ſubijcere de ijs quæ in altitudinem efferuntur. Sed hęc ſunt ſupinitatis & incogitantię Nonianę. *Sublimas* diſerte libri noſtri, vt in Accio & Salluſt. infra, item *humidas*, non vt in Gellio, *humidus*. 33.

SCRAPTAS) hoc quoque a Gellio III. III e quo reſcribſi, *Neruolaria*; nam male hic vulgo, *Friuolaria*, & in libris, *Aulularia Scraptæ* recte habent libri, vt in Feſto & Varrone: male in Gellio, *Stratea. Strictiuellæ*, ijdem libri. *Vitij aut* p.169.6

deformitatis meretricum, ad verbum e Gellio.

17. *quod conſecutura*) ita libri. iunge apices male diuiſos, *conſecutum* & cribe, *abs deo*, quod iam monitum alijs. Dictio, eſt oraculum, vt Ennio & alijs ſæpe. Ita obſcure, inquit, & ambigue oraculum a Deo effatum eſt, vt etiam poſtquam accidit id quod prædictum erat, vix poſſit ab ipſis prudentibus conferri & accommodari prædictioni oraculi.

21. SEPTEMTARIAM) ita libri: in quibus etiam & in antiquis editionibus eſt, *Sata*, pro quo recte fecerunt docti, *Santra*, cuius libri de verborum antiquitate laudantur a Sex. Pompeio, & ſupra v. *geniales*. E quibus locis & alijs eiuſdem Sexti Pompeij & aliorum Grammaticorum apparet quæſitas a ſantra vocum latinarum origines, vt mirer non ſæpius eum laudatum a Nonio in primo capite. Verum is certe Santram non legit, ſed quæ ab alio quopiam ex eo adnotata, hic & ſupra retulit.

28. SCRIPTAT) ita libri Sed omnino ſcribſit Nonius, *ſcribtas*: credieditque ludum eſſe duodecim ſcribtarum qui certe fuit duodecim ſcribtorum, ſiue ſcruporum, vt notarunt docti ex I. de Oratore, Ouidio III. de arte, & Quintiliano lib. XI. II. ex quo diſcis luſores dici *dare calculum*, quum eum promouent, vt hic. *ſi te alicuius dati pœnitet*: in Fabio, *quo dato erraſſet recordatus*. Eſt autem locus Ciceronis e Platonis Hipparcho.

32. SVCCIDIAM) errorem & ſtupiditatem Nonij iamdudum notarunt docti, quam etiam in proxima v. *ſuperbos* ridebit diligens & eruditus lector.

p.171.4. SIGNATAM] Et hic ſupinus error Nonij, cui tamen excuſatio ex vitioſis codicibus in quos incidit. Nam omnino ſcribſit Lucillius,

Primum Chryſi quum negat ſe gnatam reddere.

At Nonius legit *ſignatam*, & explicat virginem, quod non cadit in Chryſeidem, quæ certe nec virgo fuit quum data Agamemnoni: fuit enim ante Ectioni nubta.

11. *Varro lege Mænia*) non dubitaui doctorum virorum coniecturam admittere, quum in libris eſſet, *Gemina*. Titulus libri notus ex alijs ſuperioribus notis.

17. SINGVLVM) bene docti in priore loco Varronis reſcribunt, *ſemel vnum*, vt in altero. Poſtremum exemplum eſt ex ipſo Gellio XVIII. XIII. quem intelligit quum ait *alium au-*

Floritatis incertæ, vt monui ſupra.

iactato nominatiuo) ita liber optimus. nam in alijs hoc exemplum deerat, omiſſum ob inſignem deprauationem, cui non medeor. Nam quod vir doctus qui Vatronis fragméta edidit ex iſtis ruinis effinxit, nemo probabit qui ſciet quid ſit veteres libros tractare. 28.

SOMNVRNAS) ita libri noſtri, non *ſomnorinas*, nec *ſomnorinus*, quod doctiſſimo Scaligero videbatur; qui de hoc loco doctiſſime & ingenioſiſſime ad Catullum; ſed metuo ne nimium recedat a veteris ſcripturæ veſtigijs. p.172.2.

Varro Prometheo) ſcribe, *Prometheo liberato*, vt dixi ſupra. In ipſo bene docti, *quum ſumere cœpiſſet*; & mox, *quum ſat haberet, ſatias manum de menſa tolleret*. De natuta hominis tractatum in eo libro; in eo tractatu notarat ex animaduerſione veterum philoſophorum, inditam a natura voluptatem eſui ac potui, vt ea illecebra animalia ferrentur ad paſtum neceſſarium tuendæ vitę; ſatietatem, ne nimia ſumtione onerarentur. De eadem re Varro apud S. Auguſtinum de Ciuit. dei lib. XVIIII. *quorum neutrum fieri poteſt ſine corporis voluptate; nam ſine illa nec cibus potuſque ſumitur, vt viuatur, nec concumbitur vt generatio propagetur.* quamuis ea verba S. Auguſtini potius ſunt quam Varronis. *Sumere* ei actioni proprium verbũ notarunt docti. In Salluſtio ſcribſi, *Termeſtinorum*, quia ſcribſit eo libro de bello in Hiſpania geſto, in qua *Termeſtini* Adde videri ſcribendum, *Hus ſaltibus*. In Terentio. *Vbi ſatias cœpit fieri*. & aperte Donatus reijcit particulam cauſſatiuam. 8.

SOMNICVLOSVS) ex Gellio VIIII. XII. qui tamen notat *ſomniculoſum* eadem ratione dictum Laberio & Cinnæ, qua obſeruauit antea *laborioſum* & *ſuſpicioſum*, id eſt, non qui vacet ad ſomnos, vt barbare Nonius, ſed qui ſomnum conciliet, χαρωτικός. Itaque videtur Laberius ſcribſiſſe, *Ecaſtor muſtum ſomniculoſum*. verba ſunt mulieris quæ muſtum ebiberat; ita *aſpis ſomniculoſa*, quæ morſu ſtuporem & ſomnum letiferum ciet. Liberabis culpa Nonium ſi ſcribſeris, *quod ad ſomnos vocet*. 28.

Molæ) ita libri, quod bene iungitur vinclis & virgis. Hoc autem exemplum & ſequens, & alia multa quæ apud veteres Grammaticos, ſunt ex altera editione Bacchidum. 32.

p. 173. SODALES) in Cicerone ipſo, *qui mihi Quæſtor fuiſſet*. ſed
24. & ante dixerat *ſodalem & Quæſtorem ſuum*, & paullo poſt repetit non ſemel *ſodalem ſuum*: quod meminerat Nonius, vel is a quo exſcribſit hanc notam. Quæſtor fuerat Norbanus Conſulis Antonij, ſodalis erat tum quum accuſabatur a Sulpicio, credo alicuius religioſæ ſodalitatis, Lupercorum puta, Titiorum, aut aliorum eiuſmodi.

31. *eſciuit*) ita libri, id eſt, *exciuit*.

p. 174. *Nam me vt credam*) omnino ita legendum, quum in ma-
11. nuſcribtis ſit, *nam me vt heredam*. vulgo male, *nam* me heredem.

32. *adduce*) bene Lipſius, *adducere*. In altero loco Scaliger legebat, *ſperatam non audi tuam*. ſiquid mutandum, mallem, *non noui*.

p. 175. 6. *Lucretius*) non eſt quod ex fide Nonianorum codicum mutemus lectionem quæ in antiquis Lucretij libris,

Deniq. fluctifrago ſuſpenſæ in litore veſtes
Vueſcunt. eædem diſpanſæ in ſole ſereſcunt.

nec viciſſim vt e Lucretio corrigamus Nonium, qui, vt ſolet, memoriam ſecutus, non librum, paullo aliter hæc retulit.

13. *fabuliſq.*) ſcio quæ notata a viris doctis Sed omnino conuenientius quod alijs viſum, *ſtabuliſq.*

21. SVBSICIVVM) ſtupor Nonij, qui non vidit in Lucillio *ſubſiciuam operam* non eſſe aliud quam in Cicerone *operas ſubſicuas*. nam certe in Lucillio legendum; *præter hæc ſubſiciuam ſiquando voles operam*.

p. 177. 4 *M. Tullius de finibus*) eſt libro II. Poſtremus locus eſt ex Oratore, non vt edebatur ex lib. de Oratore. Proximus locus Plauti eſt e Perſa; vbi libri antiqui, *admigrat infamia*, vel, *admigrant infamiæ*, quod non fuit mutandum auctoritate Nonianorum codicum.

p. 178. TETINERIT] in Pacuuio, *Cedo, quorſum itiner tetiniſſe*
10. *aiunt?* in Accio, *nunc prodat victorem*. in altero loco Pacuuij volui editum, *Graios*: nam vulgo, *gradus*; libri, *grados*, e quo fecerim,

Sub iudicio quoque omnes Graios tetinerim.

21. *per cauum*) ita ſcribſi, quia libri, *percautum*. Cauum pro foramine, vt in Horatio, *Macra cauum repetes arctum*. Cauernam pro rima etiam Apuleius lib. x. *per quandam modi-*

cam cauernam rimantur me paßim expoſitis epulis inhærentem & cauam rimam Propertius lib. j.

O vtinam traiecta caua mea vocula rima
Percuſſas dominæ vertat in auriculas.

Tacitus taxim, vt Varro Gerontodidaſcalo : *Nouus maritus tacitus taxim vxoris ſoluebat cingulum* : Et Modio : *hanc eandem voluptatem tacitulus taxim conſequi lapathio & ptiſana poſſum.*

Nam te in tenebrica ſæpe) ita ſcribſi, quia in libris, *Intenebri-* p. 179.
cus. Tenebrica ſæpes, eſt tenebricoſus carcer, vt Tenebrica 15.
plaga in Verſibus Ciceronis ex Æſchylo Tuſ. 11. Euripides Bacchis: σκοτιαῖς κρυπτὸν ἐν εἱρκταῖς.

Plautus] locus eſt in Perſa.

Euno) ita ſcribſi, pro, *Heu non.* p 180. 12

Duraque inhorreſcens) & ſcribti, & editiones Nonij ha- p. 181. 23
bebant, *in ore iacens*, quomodo etiam olim excuſum in Lu- 27.
cretio, Lambinus ex veteris ſcripturæ veſtigijs edidit, *inhorrebat* : mihi proprius viſum, *inhorreſcens.* at pro *manebat*, idem Lambinus, *minebat* ; credo, recte. In vltimo Lucillij loco ſcribe,

— *atq, ſcorpius cauda Sublata.* ---- vt infra v. *contentum.* p. 182.
vulgare dolorem) Edebatur vulgo. *Ennius* ; *quæ ſcis in vul-* 30.
gum vulgas; At libri : *Et obductum verbis vulgare cœpit dicens, quæ ſcis.* Scilicet ſolito errore librarij verſus vnus exciderat, ex ſimilitudine vocum *vulgare*, & *iurgare.* Reſcribſi nomen & titulum Varronianæ Satyræ, cuius locus infra, in v. *vulgus*; vbi melius, *quæ facis.*

Ennius Nemea) Scribe, *Medea.* p. 183: 13.
Occidiſti, vt multa paucis) Euripides in Oreſte; 20.
οἰχόμεσθ᾽, ὡς ἐν βραχεῖ σοι τἀμὰ δηλώσω κακά.

noſtri loco moti) facile erat videre duo exempla coaluiſſe, 23.
& nomen ſcribtoris latere in menda. Itaque Iunius eliciebat, *loco moti cæſiq. Næuius. atque hercle.* Sed quum in libris noſtris eſſet, *Celeus tibe* ; non dubitaui reſcribere, *Cæcilius Tithe:*

Atque hercle vtraque te, quum ad nos venis,
Suffarcinatam vidi. ---

vt in Terentij Andria, *Vidi Cantheram ſuffarcinatam.* ---
& in Plauti Curculione;

Qui incedunt ſuffarcinati cum libris, cum ſportulis.
Nam eandem vocem hic eſſe debere patet ex ipſa fabula, in qua virgo vitiata, vt cognoſcis ex hoc loco;

Per myſteria hic inhoneſte grauidauit probro.

Eam quum peperiſſet eſt qui neget peperiſſe, & ſuppoſitum fetum dicat. id agnoſco in verbis quę hic relata. Huic reſpondebat neſcio quis argumento validiſſimo, quod habes infra v. *lacte*,

Præſertim quæ non peperit lacte non habet.

quę pertinere ad probandum verum fetum, non ſubditițium, quis non videt? *Vtraſque* ſemper libri noſtri; malim, *vtraque*.

33. *Accius Alcmena*) ita libri omnes ſcribti & editi: corrupte. Scribe *Alcmæone*.

p.184.5. *vero a vanitudine*) an, *Verum vanitudine Qui conuincas?* τὸ ἀληθές. an melius in Plauto, *vera?* τἀληθῆ.

11. *Idem lib.* III.] addidi hoc exemplum ex veteribus libris & antiquis editionibus, quod male aberat a nouitijs.

16. *id eſt, tractu viſceris*) errat. aues viſco falluntur apud Virgilium, id eſt τῷ ἰξῷ. feræ interdum tractu viſceris, quum ad cadauer illiciuntur ſparſis interaneis.

24. VETVSTAS) Vide ſtuporem Nonij, qui vitioſum exemplar nactus inepte explicare maluit quam corrigere. nam *Venuſtatis* in Terentio rectum eſt, quod agnoſcunt & omnes libri & veteres interpretes.

30. *Sed atratus*) Vnius literulę mutatione locum corruptiſſimum conſtitui. Videtur mox legendum, *tam deformatus*. Accius Staſiaſtis; *Vulnere tætro deformatum.* Salluſtius Iugurtha: *Nunc deformatus erumnis, inops, alienas opes exſpecto.*

p.185.8. *Iuſsit proficiſci exſilium*] Euripides Phœniſſis:

οὐκ οὖν σ' ἐάσω τήνδε γῆν οἰκεῖν ἔτι.
σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας, οὐ μήποτε,
σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος, εὖ πράξειν πόλιν.
ἀλλ' ἐκκομίζου· καὶ ταδ' οὐχ ὕβρει λέγω,
οὐδ' ἐχθρὸς ὢν σός, διὰ δὲ τοὺς ἀλάστορας
Τοὺς σοὺς δεδοικὼς μή τι γῆ πάχῃ κακόν.

Sequens locus male adferebatur e ſecundo de Oratore, qui eſt in II. De Natura deorum: & in eo *vaſtare* libri no-

ſtri; in ipſo Cicerone *vaſtari*; quod fruſtrà ſunt qui ex prauis Nonij editionibus mutant in *Vaſteſcere*. In loco Salluſtij liber optimus, *millia paſſuum xx.* vt in ipſo Salluſtio, non *xxx.*

Sapientia gubernator) Ex Homero Iliad. ψ'. p.186.

μήτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι· 24.

μήτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ

νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι.

Verrvcam). Ex Gellio iii. vii. vbi male iungunt vocem, *maturum*, cum iſtis, quę eſt pręcedentis clauſulæ. *Exitium de loci importunitate et hoſtium circumſtantia maturum.* In eodem rectè antiqui editi, *quadringentos aliquos milites*, vt & noſtri; non vt ediderunt poſtea, *aliquot*. De eadem re locus Quadrigarij apud eundem Gellium i. vii. *Dum ij conciderentur, hoſtium copias ibi occupatas futurum.* p.187. 22.

Vibices) habet ab eodem Gellio x. iii. in quo, *eos dolores.* noſtri libri, vt edidi, *eis dolores*; vulgati, *vis, dolores*; quod credo eſſe verum. *Vis* pluratiuo numero Salluſtius in Iugurtha, *quib. pro magnitudine imperij vis et mixtas omnis curæ eſſe decet.* De titulo orationis Catonianæ dixi ad Tacitum. 27.

Vellicatim) & hoc a Gellio xii. xv. vt monuimus ſupra. 32.

auctoritas prudentium) ita ſolet quum de Gellio. nunc quem intelligat nobis incertum eſt. p.188.5.

Virescit) A Gellio xviii. xi. in quo libri ſcribti, *vireſcunt*; e quo fecit Carrio, *Vireſcunt vulnere vires*, minus rectè. Eſt enim verum, *Vireſcit vulnere virtus.* Et *vireſcit* a vitib. non, quod video quibuſdam viſum, a vindi. 8.

Concoctuſque) Et hic ſuam memoriam ſecutus eſt Nonius, non Lucretij codices, in quibus rectè, 11.

Concoctoſque ſuo contactos perdere viro.

Venalitii) qui mancipia venalia habent; quos etiam ſeparat a mercatoribus Plautus Trinummo: 28.

Mercaturamne an venales habuit? ---

locum e ſecunda Corneliana habes in Oratore.

Vocare) locus Ciceronis eſt in primo de Oratore; in quo editur, *tecum communicabit*: quod videtur ex ſequenti Ciceronis ſententia adſcitum, aliudque fuiſſe, quod ſine melioribus libris non eruo. Certe aliter fuiſſe in libro quo 32.

vſus Nonius, hic locus indicio eſt: Et quod explicat, *ducere, trahere*, ſuſpicionem inijcit eum legiſſe; *Si de iure ciuili tecum ſerram vocabit*, vt ſit idem quod *ſerram ducere*, Varroni III. de re ruſtica; *ſerram reciprocare*, Tertulliano. Videant quib. ad manum antiqua Ciceronis exemplaria.

p. 189. 24. VNDVLATVM) inepte explicat *purum*, quaſi in loco Varronis vndulata toga opponatur prætextæ. Vndulata eſt ita texta vt vndas ſiue fluctus repræſentet, quæ Plauto *cumatilis*. Plinius VIII. XLVIII. *Vndulata veſtis primo e lautiſsimis fuit.* Et paullo ante; *Lanam cum colo & fuſo Tanaquilis, quæ eadem Caia Cæcilia vocata eſt, in templo Sangi duraſſe prodente ſe auctor eſt M. Varro, Factamque ab ea togam regiam vndulatam in æde Fortunæ, qua Seruius Tullius fuerat vſus.* qui locus Varronis fuit, credo, ex primo de vita populi Romani, eiuſq. pars hoc fragmentum: in quo obſeruabat ſignum Fortunæ eius de qua ſermo erat a Seruio Tullio dicatum, idque apparere ex duabus togis vndulatis, quę olim regię veſtes. Nam quod additum, *Et a quibuſdam dicitur eſſe Virginis Fortunæ*, indicat tantum non conſtitiſſe tum cuius Fortunæ id ſignum eſſet. Ἀπολογία quæ in illis, *Ab eo quod duabus*, non eſt referenda ad proxima ſuperiora verba de Fortuna Virgine, ſed ad ea quę præceſſerant apud Varronem. Dicatas Fortunæ plures ædes ac plura ſigna a Seruio Tullio priſtinę conditioni ſuæ memoriam ſeruante notat omnis antiquitas: in ijs præcipuę Plutarchus in Quęſtionib. Romanis, & in Declamatione, de Fortuna Romanorum: apud quem non eſt quod viri docti ſomnient Fortunam Conuertentem, & Blandam: nam ἡ ἐπιστρεφομένη nihil eſt aliud quam Reſpiciens, & μειλιχία, obſequens: vt ipſe diſertim explicat in illa quam dixi declamatione: vbi quod legitur, ἐν Ἀβεσκύμαις ἐπιστρεφομένης, omnino ſcribendum, ἐν Ἀεσκυλίαις, in Exquilijs Fortunæ Reſpicientis, Virgini ad fontem Muſcoſum, quamuis hęc aliter antiquarij. Dixi declamationem, quia omnino tres illi tractatus de Fortuna Romanorum & Alexandri pericula ſunt iuuenilia, in quibus exſultantem & luxuriantem ſtylum agnoſcere eſt, pluraque Floridi eloquij indicia, quam ſolidi iudicij, aut profundę eruditionis. adde quod plurima putide repetita.

Et in ipſa illa prima declamatione omnia ab initio periodi illius, ἆρ' οὖν ταύτην τὶς ἀρχὴν ποιησάμενος οἰκείαν: vſq. ad illa, περὶ δὲ Γαΐου Καίσαρος ἡδέως ἂν εἰπεῖν; prorſus tollenda ſunt, quæ ſeriem orationis interrumpunt, & nihil aliud fuerunt quam eius ipſius declamationis aliud meditamentum, vt Grçci vocant. nam quicquid inter eas periodos prorſus in ſequentib. enarratum eſt, exceptis tantum quæ in fine de Aio Locutio: ita enim vertendum fuit φήμης καὶ κληδόνος. Verum de tota ea re erit alius dicendi locus.

proinde vt non reges noſtri] expreſſi ſcribturam librorum, 27.
e qua docti recte fecerunt, *proinde vt olim reges noſtri*; niſi ſi, *vt tum Reges noſtri*.

cinerarius cludebat) bene viri docti, *cinerarios eludebat*; Ca- p.190.2.
tullus. *iam tuum cinerarius Tondet os.* — & inde titulus fabulæ Afranianç.

Incipit *de indiſcretis generibus*) Superiora duo capita fe- 4.
re exſcribſit Nonius ex aliorum obſeruationibus; pauca ex propria lectione, eaque fere leuia, quædam inepta, & etiam abſurda. Hoc caput & ſequens, credo, non aliunde habet. Nam hoc facillimæ obſeruationis; neque vllius aut doctrinç, aut iudicij, aut diligentiæ. Quid enim procliuius, quam obſeruare, quç verba varijs generibus enuntiata? vt *angiportus, armenta, fines, funes, angues*, & cetera eiuſmodi. quid autem imperitius quam eodem loco ponere varias nominum a verbis inflexiones ac deriuationes? vt *admonitum* & *admonitionem, auditum* & *auditionem, accubitum* & *accubitionem, blandimentum* & *blanditias, conſitus* & *conſituram, certamen* & *certationem, querelas* & *queſtus, curſum* & *curſuram, contemtum* & *contemtionem, decorem* & *decentiam, deſpectum* & *deſpicientiam, dominationem* & *dominatum, debitum* & *debitionem, errorem, errationem* & *erratum, fauorem* & *fauentiam, famulationem* & *famulatum, flexus* & *flexionem, interitum* & *interitionem, ingreſſum* & *ingreſſionem, luſum* & *luſionem, mercatum, mercaturam*, & *mercimonium, obſequium* & *obſequelam, piſcationem* & *piſcatum, partionem* & *partum, parationem* & *paratum, raptionem* & *raptum, reditum* & *reditionem*, &, ſi dijs placet, *regreſſionem* ac *reuerſionem, ſtatum* & *ſtaturam, ſtuporem* & *ſtupiditatem, ſationem* & *ſatum, tactum* & *tactionem, torporem* & *torpedinem, timorem* & *timiditatem, venatum* & *venaturam*,

vſum & *vſionem*. Item varias inflexiones nominum ab alio nomine, vt *arbitrium* & *arbitratum* , *conſortium* & *conſortionem* , *caſtitatem* & *caſtum* , *miſeriam* & *miſerimonium*; aut deniq. diuerſitates nominum inflexorum a primigenijs a quib. inflexa & deriuata ſunt, vt *ceui* & *ceuitatis*, *autumni* & *autumnitatis*, *compendij* & *compendiariæ*, *fetus*, & *feturæ*, *frigoris* & *frigedinis*, *periculi* & *periclitationis*, *propaginis*, *propagis* & *propagminis*, *pluuiæ* & *pluoris*, *fortis* & *fortitus*, *ſqualoris*, & *ſqualitatis*, ſiue *ſqualitudinis* : item differentias deminutiuorum, vt *balneolorum a balneis*, *corbulæ* a *corbe*, *canaliculæ* a *canali*, *curriculi* a *curru*. Adde *conatus* & *conata*, *euentus* & *euenta*, *textus* & *texta*. Iam in quibuſdam oblitus propoſiti genus vnum tantum notat, vt in *æra*, *copula*, *culter*, *colus*, *lupinum*, *perdix*, *polypus*, *veſtis*, *victus*. Alia ſunt in quibus manifeſte halucinatur, vt quum *ærarium* neutri neſcit diſtinguere ab *ærario* maſculini; quum illud ſit τὸ χαζοφυλάκιον, hic qui a Cenſoribus in ærarios relatus eſt: vbi *ætate* credit a Plauto dictum neutro, *hoc ætate*; vbi *cor* Ennio neutro; quod iamdudum refutauerat Gellius: quum ex Varronis loco *amnis quam Albulam dicunt*, credit amnem ab eo dictum feminino, quod non eſt neceſſarium: quum *tractum* qui de loco & regione dicitur, confundit cum *laneis tractis*. Poſtremo, quum *quale*, *ſimile*, *tale* credit eſſe feminina, quia de feminis dicuntur; quę non magis ſunt quam *potis* neutrum, quia veteribus *potis eſt* pro *poteſt*, vt *quale eſt*, *tale eſt*, *ſimile eſt*, etiam maſculis & feminis iuncta. ſuperſunt quędam notanda, vt in v. *ſuaſiones*, *pigret*, *turdus*, in quibus neſcias quid in animo habuerit Nonius. Sed de ijs ſuis locis.

10. *M. Tullius de Diuinatione*) Omnino totus hic locus ex margine irrepſit in textum, in qua notauerat lector, angiportus dictum a Cicerone, non angiporta. locus eſt lib. j. de diuinat. *effuſumq. frumentum vias omnes angiportuſq. conſtrauerat*. Itaque totum id tollendum, & Plauti loco ſtatim ſubnectenda Terentiana exempla.

17. *Nulli ſit cera*] ita libri noſtri. melius in optimis Plauti, *Ne illi*. & paullo ante, *quo abs te*. Notabis porro poſt eam ſcenam Plauti male addi continuo Scenam, *Sequere hac*, quaſi ſit eiuſdem actus. non enim conuenit vt ſtatim atq. leges legerunt exieruntque e ſcena nullo ſpatio interiecto

prodeant

prodeant rurſus in ſcenam cognita pactione Agyrippi. Immo debet quintus actus incipere a ſcena, *ſequere hac*, dum enim canunt tibicines, ſatis temporis fuit adoleſcenti, & paraſito vt reſciſcerent eam pactionem, de qua queſti in ſcena excedunt; & tum aperitur ſiparium, vt decumbentes aſpici poſſint a populo.

ARMENTA) bene doctiſſimus Scaliger in Ennij loco legit, *ad armentas eaſdem*: idem recte nomen Liuij reſtituit, 19.
pro quo in libris, *Viuius*. *Cornifrontes* libri melius quam *curuifrontes*.

nempe tuo) forte, *Menippe tuo*. Videtur in ea Satyra inſtituiſſe contentionem medicinæ ac philoſophiæ. itaque Herophilum medicum contendit cum Diogene Cynico; Heraclidem Tarentinum cum Heraclide Pontico. Inde inſcribtio *Quinquatruum*, quia in ijs contentiones poëtarum aliorumque nobilium artificum: nec enim audiendi qui mutare voluerunt. 26.

Varro Acinnius) immo, *Atacinus*, quod dudum monuit p. 191.
Iunius, & firmat Chariſij auctoritas.
22.

Sed tamen inflexu flectitur) ita libri. ſcribe, *influxu*. muta- p.192.2.
uerant vulgo, *inflexa*, vt accommodarent notæ Nonij, qui certe id obſeruauerat in præcedenti voce, vbi fuerat ſcribtum; *Sed quaſi amnis rapida, ſed tamen in fluxu flectitur*. Paullo poſt lege, *Accius Epigonis*. Varronis libri duo Periplu; primo nullus alius titulus; ſecundo etiam titulus περὶ φιλοσοφιάς.

Nænius Lycurgo lib. ij.] mendum manifeſtum. non enim 29.
duo libri vnius fabulæ. Scribe; *Liberi quaqua incedunt v. a. obterunt*.

ÆRA *neutri*) hoc obſeruat. quia illo ſæculo æra inualue- p.193.9.
rat feminino in Computis annorum, vt notum eſt ex Hiſpanica hiſtoria & alijs. Ab eadem cauſſa ſupra in capite 11. *Æram* dixit *numeri notam*, & laudauit Lucillium, cui *æra peruerſa* non aliter quam hic Ciceroni *æra probata*: nam certe ibi legendum,

Hæc eſt ratio, peruerſa æra, ſumma ſubducta improbe.

Habes infra ex eodem libro Lucillij: — *age nunc ſum* —

Mam ſumtus duc, atq. æris ſimul adde alieni.

Agellius hiſt. lib. j.) Scribe, *Gellius*, vt dudum monui. p.194.5.

Cn. Gellius vetus hiſtoriç Romanæ ſcribtor laudatus Halicarnaſſeo lib. II. Gellio noctium Attic. XIII. XXI. Macrobio Saturnal. I XVI. & III XVII. Vopiſco in Probo, Chariſio ſæpicule, alijs. Itaque in eodem ſcribtore Noctium Atticarum XVIII. XII. vbi vulgo *Cn. Velleius*, libri, *Cn. Vellius*: Scribendum, *Cn. Gellius*. Et initio primi de legibus corrigebat elegantiſſimi ingenij & acuminis Paſſeratius, *Succeſſere huic Gellius, Clodius, Aſellio.*

13. *Primus balneola ſuſpendit*) Sergius orata. Valerius Max. VIIII. I. Plinius VIIII. LIIII. Macrobius III. XV.

23. *buxus victa*] Scribe, *buxus icta, taxus tonſa.*

28. *meam eſſe leuitatis*) πιθανῶς Iunius, *notam eſſe leuitatis.*

33. *fortunæ eſcendere cliua*) libri noſtri, *ſcendere*, e quo feci, *eſcendere*. probum verbum iam a doctis reſtitutum infinitis veterum ſcribtorum locis. Inueni id diſerte etiam in loco Tuſculanæ quintę: *in rotam beatam vitam non eſcendere*: ita vetus liber doctiſſimi Pithœi, quem diligenter conſuli & ex quo non pauca in ijs libris reſtitui.

p. 195. 4. CYMA) vide Chariſij elegantem obſeruationem lib j.

5. *Cornelius Celſus*] Quintilianus fine libri XII. *quum etiam Cornelius Celſus, mediocri vir ingenio, non ſolum de his conſcribſerit artibus, ſed amplius rei militaris, & ruſticæ etiam & medicinæ præcepta reliquerit.*

19. COR) vide Gellium VII. II. in quo male, *dehortatur*; libri noſtri omnes recte, *de me hortatur*, id eſt me dehortatur, tmeſi Lucilliani. ſic infra, --- *cui ſit data deq. dicata.* id eſt, *atq. dedicata.*

24. *Ennius: Capitibus nutantis*) ita editum volui, quomodo in Gellij optimis libris XIII. XVIIII. a quo habet noſter, non, *nutaxtibus*, vt in noſtris manuſcribtis.

30. *Cei lib. ij.*) ita libri, quis non medeor, nec ipſi Varroni.

p. 196. *omnis humana conſortio*) in vulgatis Ciceronis, *conſociatio.*

15. locus Liuij eſt lib. vj. vbi recte; *quænam iſta ſocietas.*

19. *Licinius in Marte*) probabiliter Iunius, *Licinius Macer*, quem aliquoties laudat noſter. In eo ſcribendum, *pars magna leuis clypea portant.*

p. 197. 5. *Diuinarum; vt deum*) expreſſi ſcripturam veterem, e qua ſcribſerim, *Diuinarum* VI. *Deum ſignificans, non partem mundi, Sic pater magnus Saturni eſt Cælus.* Nonij ſunt illa, *deum*

ſignificans, non partem mundi.

fert anguſto ſaltu) lege, vt in Liuio; *nos hic pecorum modo* 20.
per anguſtos (vel, *aſtiuos*) *ſaltus, & deuias calles*: quod monuit doctiſſimus Lipſius.

Pacuuius. quiſquis tu es) Scribe. *quis tu es mulier*, vt apud 30.
Chariſium & Diomedem, qui ex Ennio adfert, non e Pacuuio.

Sic inuitatam matura) lege, *inuitata a natura.* p199.29

Plautus Mercatore) Scribendum. *Neutro. Plautus Mercat.* p.200.5
Nec calor, nec frigus metuo. Omnino enim ita fuit in libris Plauti quibus vſus Nonius, quomodo & Plauti libri manu exarati referunt, & lex ſeptenariorum flagitat. Sed Plauto aliter potuit conſtare ratio ex prioris verſus conſtructione repetita:

Neq. mihi vlla obſtabit amnis, neque mons, neq. adeo mare;
Nec calor; nec frigus metuo, neq. ventum, neque grandinem.

COLLVM] in Accij Epigonis lege, *quam amo.* in Varrone, *ſumens.* 15.

Lippus edenda) Scribe, p.201.9
Lippus edenda acri aſſiduo cepa lacrymoſa,
inducta voce *ceparius.*

Meletrice] ita libri, Scribe, *Meretrice*; vt infra v. *proſumia.* p.191.16

quorum Luxuries) bene viri docti, *fortunæ cenſa peredit.* in 23.
ſequenti nota ſuſpectum eſt nomen Attæ, qui certe drameta ſcribſit, non epigrammata. Et vox *tibi*, quæ ſuperflua eſt in fine exempli Plautini videtur adheſiſſe ex nomine ſcribtoris, cuius ſequens fragmentum eſt, vt ſit, vel *Tibullus in Epigrammatis*, vel potius *Cinna*; e quo exemplum alterum in v. *Cummi.* In ipſo fragmento pro *diſſoluta*, libri *de ſoluta*, vt appareat ſcribtum fuiſſe ab auctore, *reſoluta.*

Idem epulo cibus) Scribe; p.204.
Idem epulo cibus atque epulæ Iouis omnipotentis. 18.

FRONTEM) Vide Gellium xv. VIIII. in quo rectius. *neq.* 27.
vt mittas ſcias, quam noſtri, *neque vitare ſcias.* Bene vtriuſq. libri manuſcribti, *Subditiuo*, quæ eadem cum Hypobolimæo. Ita enim Cæcilius fabularum quaſdam nominibus Latinis inſcribſit, vt *Fallaciam, Exſulem, Meretricem; Portitorem, Venatorem*; quaſdam Græcis, vt *Aſotum, Harpazomenem, Hymnidem, Nauclerum Syracuſias, Synariſtoſas, Titthem;*

quaſdam mixto ab vtroque titulo, vt *Hypobolimeam raſtra-*
riam; vel etiam vtroque vt *Oboloſtatem* ac *Feneratorem*; *Hypo-*
bolimæum & *Subditiuum*; ſicuti Plautus *Phaſma* & *Moſtellariam*;
Aſtrabam, & *Clitellariam*. Alioqui Plauti omnes epigraphæ
Latinæ, Terentij Græcæ: Sicuti Titinnij Latinæ, *Barbatus*,
Diuortium, *Fullonia*, *Fullones*, *Gemina*, *Prælia*, *Priuigna*, *Pſal-*
tria, *Quintus*, *Setina*, *Veliterna*: item Afranij; *Abducta*,
Æquales, *Auctio*, *Augur*, *Brunduſina*, *Baccho adoptatus*, *Cine-*
rarius, *Compitalia*, *Crimen*, *Depoſitus*, *Diuortium*, *Emancipatus*,
Epiſtola, *Exceptus*, *Fratriæ*, *Homo*, *Incendium*, *Libertus*, *Mari-*
ti, *Materteræ*, *Megalenſes*, *Pompa*, *Priuignus*, *Prodigus*, *Promus*,
Repudiatus, *Simulans*, *Sorores*, *Suſpecta*, *Vopiſcus*, aliæ. Turpi-
lij contra omnes Græcę, *Boethuntes*, *Canephorus*, *Demetrius*,
Demiurgus, *Epiclerus*, *Hetæra*, *Lemniæ*, *Leucadia*, *Lindia*, *Pa-*
raterusa, *Pedium*, *Philopater*, *Thraſyleo*: nam certe non eſt eius
Veliterna, & falſo eius nomen infra, v. *rica*. In loco Pacu-
uii melius vulgo *turpido*, quam in libris, *turpitudo*: niſi ſcri-
bendum ſit *turpi*, *Liuido*. locum Plauti habuiſti ſupra v. *peti-*
lus.

p.205. *Qua ſine omnis res*) idem locus eſt qui infra in capite *de in-*
14. *diſcretis aduerbijs*, V. humanitus. quare vtrobique legendum,
Qua ſine omnis res atq. artes humanitus aguntur. Reſpexit no-
tum Moralium principium: πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα πρᾶξις.
Finem feminino obſeruat etiam Gellius XIII. XVIIII. in
quo lege, *Si mutes*, *vt hic finis dicas*, *durum atq. abſonum erit*.

Accius Pari) ita libri: Sed nec illa fabula alibi vſpiam
p.206. laudatur, & in toto hoc capite multa adfert ex auctoribus
12. nomine tenus, non additis locis vnde exſcribſit. Itaque *pa-*
ri videtur eſſe pars verborum Accii, qui ſcribſerit, *Pars frena*
terſa ori equorum accommodāt. Mutauerunt qui non capiebant
conſtructionem, *pars accommodant*. quæ ſimilis Virgilianæ,
Pars in fruſta ſecant, & alibi ſæpe, *frena terſa*, vt galea terſa.
Ærea terſa nitet galea. ſimile eſt eiuſdem Accij Medea. *Peri-*
te in ſtabulis frenos immittens feris. In ſequenti nota Pompo-
nij loco ſcribe, *Balneæ*, vt fiat ſeptenarius integer.

p.207.2 *cogniti ſunt*] ita libri. Ciceronis vulgati, *quum cogniti ſunt*
vt ſit ſuſpicio fuiſſe, *cum agniti ſunt*: quod proprium eius rei
verbum.

29. *Piſiadtacematico*) ita libri. forte verum ſit quod doctiſſi-

mo Turnebo viſum, *Piſis diadematico foro.* Mox melius Iunio, *gelu ſed m. o. verno tabeſcit.* nam libri *Venio.*

herebat muero. ita libri; Scribe *miſero.* p 208.12

Ruſtici edunt libenter pedibus) Scribe, *dapibus.* p.209.5.

de offic. lib. iij.) adduxerat locum illum e III. offic. vbi p. 210. editur vulgo; *Et prima luce Pomponij domum veniſſe dicitur,* ipſe in libris ſuis habebat, *Et primo luci.* Sequebatur alterum 15. exemplum, cuius pars prima & Ciceroniani vltima omiſſa a negligente librario, vt ſæpe in toto opere. Itaque adſcribenda defectus nota.

Imperito) lege, *Imperito nonnunquam concha videtur margarita, vitrum ſmaragdus*: proxime ad veſtigia ſcripturæ vete- p. 213. 25. ris quam repræſentaui, ad ſententiam aptiſſime Satyra ea docuit laudes vulgo datas rebus non eſſe veras laudes, vt alia exempla indicant: pręcipue id quod infra v. *iuxta. Qui pot eſt laus videri vera? innoxius eque furaci eſt ſeruus, atq. nequiſſimus ciuis iuxta ac P. Africanus.* Idem docet hoc exemplo, malum eſſe æſtimatorem veræ laudis vulgum, non minus quam precij gemmarum imperitum, qui earum loco lapillos & calculos viles ſæpe miratur.

Potius quam non magno meſſe) ita Scribſi, quum in libris in- 33. ueniſſem, *potius quam non magnum eſſe non proba media.* Vulgo hęc corrupte edebantur.

Mendvm) Ciceronis locus eſt Epiſt. ad Attic. II. VII. p. 214.3. quem ex ipſo Cicerone correximus. Alter e Verrinis eſt e Prętura Siciliensi, *quod mendum iſta litura correxit?* quod dudum monuit eruditiſſimus Victorius. In ſequenti nota in loco Ennij legerim,

Nec metus vlla tenet, freti virtute quieſcunt.

In ſequenti Varronis: *acciti ſumus vt depontaremur. murmur fit verus*: quod iam monuerunt docti & titulus libri euincit.

Romam ipſam marcoſide) hæc eſt vetus ſcriptura; e qua eli- 31. ciebam: *Romani pſammacoſioe, non qui in vrbe internum dinum cal.* id eſt, ψαμμακόσιοι. quod pro ingenti numero dictum veteribus obſeruant veteres Grammatici. Eupolis in χρυσῷ γένει. ἀειδημεῖ, θεατὰς ψαμμακοσίους. Vide quæ obſeruata ſcholiaſti Ariſtophanis ad ipſum initium Acharnenſium. Ergo hoc ait, Romanos eſſe infinitos præter eos qui in ipſa vrbe moram continuam degebant. *Internundinum*

&internundino his omnibus locis vna vox eſt, quod non putauit Nonius, pro toto eo ſpatio quod inter nundinas.

p.215.32 *Ibi Fimbrianæ ſed.*) libri, *ibi Fimbriariæ ſeditione q. r. p. o.o. & m. o. Syllæ ſcariq. erant.* vnde volueram fieri; *Hi Fimbriana e ſeditione q. r. p. o.o. & m. odium Syllæ Scauriq. erant.*

p.216.23 *nutantibus*) ita libri, hoc eſt *notantibus*. Alterum locum Varronis habet a Gellio XI. I.

p.218.5. *quin reciperet ſe huc ceſsim*) ita ſcribſi, quia in libris meis, *ceſſum*. at in Plauto, minus eleganter, *eſum*. Varro Seſquiulyſſe. *ne me quoq. quum ab Ilio ceſſim reuertero.* Mox libri habent, *de re ruſtica*: ſed in libris quos habemus non exitat.

30. *Næuius*) credo, *Nouius*. & in eo, *purpuriſſam*: & in ſequenti nota, *petere peſtem pernicium.*

p.219. 12. PIGRET) vide ineptias Nonii, qui pigtori maſculino iungit exempla verbi, pigret.

25. PARATVS) Gellius I. XIIII. *neq. pro magnitudine dignitateq. lautam paratum eſſe.*

30. *Pomponius Dogali*) ita libri. Scribe, *Dotata*. & mox, *Nouius Dotata*. Pomponij Dotata ſupra in v. *Effli&im*, & *pauliſper*. Nouij infra, *artiuit*. Sed Nouij locus & qui imperfectus alterius Scribtoris, exempla ſunt penus femininæ. neutri exempla ex Plauto, Afranio, Horatio habes apud Chariſium & Priſcianum. vide & Gellium IIII. I. e quo habet noſter quæ ſup. v. *mundum.*

p.223. 22. *Patrui*) ita libri. Scribe, *fratri patrueli meo.* in nota præcedenti bene docti, *Sal ſordidum tunſum eſt.* Vide Feſtum.

p.226.8 SVASIONE] manifeſte aliquid deeſt. fuit enim exemplum ſuaſus dicti maſculino, & initium alterius notæ, qua ſeruitium & ſeruitutem dicta notabat; illud neutro, hoc feminino.

p.227. 27. *Scendit hora*) bene docti, *Scandit aura*. Porro & ex hoc & ex alijs fragmentis apparet Nyctegreſiam Accij non ex ſolo Homero adumbratam eſſe, in cuius Nyctegerſia nihil tale: ſed & ex Rheſo Euripidis, & fortaſſe ex alijs.

30. *Vbi nunc terriculata*] ſic libri Scribe, *terricula tua ſunt?*

p.226. 16. TVRDI) Multa de hoc loco docti, quîs ſuum iudicium relinquo. mihi certe nondum ſatisfecerunt: in libris noſtris, *caudes audes*, vt videatur fuiſſe. *contra quid audes dicere?* cetera non adſequor.

p.230.21 *Acous Euryſace*) locus corruptiſſimus. in fine videtur

fuiſſe, *vulgum abigit, ciuis euitat, mœros diſijcit.*

Optatum) Video doctos velle, *Turpilius Dotata: manus meas.* Sed nec Turpilius Dotatam ſcribſit, aut vllum drama Latino titulo, vt dicebamus ſupra: Et lateat potius nomen Attæ, quod in veterum libris fere vbique corruptum. p. 231. 22.

Incipit de varia] Sequitur caput quartum, quę pręcipua pars totius operis. Id, vt dixi ſupra, fere totum a propria lectione Nonij: itaque nuſquam erratum ſępius. Nam homini & imperito & indiligenti ſatis fuit e libris quos legebat ſine vllo iudicio adnotare diuerſas verborum ſignificationes quæ ipſi viſæ, præcipue e Virgilio: pleraſque detortas in contrariam prorſus ſententiam. Itaque quod in toto opere locum habet, vt librum fragmentorum tantum cauſſa legamus, quę adſcribta ex optimis ſcribtoribus, hoc potiſſimum in iſto capite tenebimus, cuius fere nullus vſus alius. Notauimus in quibuſdam inſigniores errores: in omnibus nec opus fuit, & nimio fuiſſet tędio. p. 232. 11.

phrygios per aſſa cornus) ita libri & hic & infra v. *liquidum.* p. 233. 12. Sed nullo commodo ſenſu, quicquid docti argutari voluerint: vt omnino melius ſit, *cantus*, quod vulgabatur, vel *chorus*, ſiue *choros.* In Ciceronis loco ſcribendum; *Ergo non probares, ſi conſilio pulſo lubidines, quæ ſunt innumerabiles iracundiæq. tenerent omnia.* Facit vt ceteri ciuilis doctrinę magiſtri; conſtituturus Rempublicam ab homine ſumit exemplum; in quo is demum rectus ſtatus, quum dominatur potior illa pars, quam hic conſilium, ſæpius mentem vocat: deterrimus, quum ſubiecto & parente τῷ λογικῷ potiores ſunt ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμιά. Ita eſt in Republica, vbi optimatium conſilio inſuper habito plebis arbitrium eſt. In altero loco ſcribe, *tū virtute, labore, induſtria tueretur ſummi viri indolem, niſi nimis animoſe ferox natura illum neſcio quo* impelleret: hoc enim aut ſimile quod verbum deeſt. Et hic exēplum ab hominis natura. Siquis eſt optima indole, is addita recta cultura manet in officio, metuendumque id tantum, ne animo elatus feratur ad calidiora conſilia; hoc eſt τῷ θυμῷ, qui in optimo quoque multum poteſt, in deterrimo ἡ ἐπιθυμία. At in ſapientiſſimo vterque coercetur freno rectæ rationis. Lucillij locum habes etiam infra v. *ſubigere.* Videtur altercatio

fuiſſe viri & vxoris renuentis imperium viri. Nam ex illius perſona etiam hęc ſunt infra eodem libro:

Tune iugo iungas me ante, & ſuccedere aratro
Inuitam, & glebas ſubigas proſcindere ferro?

Ex viri autem ore iſta:

- - - an ego te equam atq. animoſam
Theſſalam & indomitam frenis ſubigam ante domemque?

In Accij verſu ſcribe cum doctis: *claſſes trahere in ſalum, & ut d. a. s.* quod dare vela ventis vulgo, hoc ille *vela immittere anime ventorum*. Claſſem pro naue, claſſes pro nauibus dici non eſt nouum. Liuius Ægiſtho:

Tum autem laſciuum Nerei ſimum pecus
Ludens ad cantum claſſum luſtratur.

p. 234. 12. APTAM) locus Ciceronis de Luna eſt, parua mutatione recte conſtitutus. in Accij loco poſſit ſcribi: *Omnia mea, ſiqua adeo ſum aptus, alter in promtu occupat.* vel, *ſique labore ſum aptus*: in Pacuuio, *crebro*: Alter Accij locus videtur eſſe ex Medea. Lucillij loco bene docti, *reſtibus* in altero etiam, *lectus*, pro *vetus*: in Salluſtio *occipere, vel milites occoepere*.

p. 235. 22. ÆQVALES) in Lucillio non muto quod olim monui,

Verum vnum cecidiſſe tamen ſene Tireſia
Æqualem conſtat. ----

id eſt æqualem ſenis Tireſiæ. in Afranio libri, *conuinium*: nec abſonum vt id vetus poëta dixerit pro conuiua.

p. 236. 19. *Vni ſibi*) addidi hanc vocem e noſtris libris. De Pompeio ſermonem eſſe notauerunt docti, & addiderunt locum Seruij ad Æneid. xi In Siſenna poſſis, *Vt apertis lateribus*.

p. 237. 5. *quid benefaciam*) Scribe, *quid benefacta mei patris, cuius o. t. e. u. a.* Eſt ex probris Oreſtis ad Menelaum.

33. *Tune Dia Medea es*) Hic locus indicat non eſſe verſam Accij Medeam ex Euripidis Medea, quicquid viſum viris doctis. Nam hęc ſunt Ægei ad Medeam Athenas venientem, quod nec fit in Euripide, & alterius eſt temporis: In loco Verrinę de ſuppliciis ſcribſi, *atq. ore Portus*, ex ipſo Cicerone. male libri noſtri & editiones, *opere*.

p. 238. 21. APPELLARE) In Lucillii loco appellare nihil eſt aliud quam adloqui. Toto eo libro iurgium viri cum vxore dotata, certe domina. cauſſatur ille non minus ſibi licere adloqui dominam, quam ſeruis ſuis licet adloqui dominum. Ex eodem libro habuiſti ſupra; *Quum pacem peto, quum pla-*

eo, quum adeo & quum appello meam. Mox confundit *appellare*
& *appellere.* nam certe *appellare* ſcribtum fuit, vt in libris in-
ueni, deceptuſq Nonius inflexione verbi in duobus exem-
plis quæ adfert, quę ſunt coniunctiui modi.

M. Tullius de Rep.) locus, credo, mutilus eſt: nam ipſa p.239.
vox, *æmulus*, quam notat, deeſt, niſi ſi latet in illis, *audio* 10.
quando; vt fuerit, *qua enim iudicatur iſte optimos doctrina, ſtu-*
dijs, artibus æmulando? Sed potius crediderim mutilum lo-
cum, vt dixi.

Varro) in loco Varronis doctiſſimus vir malebat, *accediſſe.* 30.
Et certe neque hic locus in libris noſtris apparebat; neq.
vllus alius locus a Nonio allatus e tertio de re ruſtica: nul-
lus item e ſecundo: quum multi ſint e primo.

M. Tullius. Accipite) locus eſt in lib. II. actionis ſecun- p.240. 2
dæ, ſiue de Prætura Sicilienſi.

Ær, ſonus] in Varronis loco aer nihil aliud quam anima. p. 241.
Et bene libri, *pertuderis*, non *perculeris.* non enim aera reddet 26.
percuſſa, niſi pertundatur.

AGERE) ſcribendum, *Agere, egerere.* Varronis locum edi- p.242.
di vt in libris, quorum veſtigiis nihil propius quam, *qui* 15.
Augiæ egeſſit topon, vt ipſe Nonius fallatur exemplo ſuo.

agnouit prolem ambiguam) Omnino legit in Virgilio, *pro-* p.245.
lem ancipitem; aut exemplum hoc nihil ad notam. 12.

AVRA) in primo loco aura eſt odoris, in altero fulgoris, 20.
in Varroniano caloris quædam velut exuuia, quales credi-
ta Epicuro ac Leucippo fluere a rebus iugiter. & Vitellioni
atq. alijs qui viſum ex imaginibus credunt, incurrere in
oculos videntium.

loquacium proloqui] ita libri: an *loquacium*, vt mendacium? 26.
elegantia ſęculi Noniani. an fuit, *loquacium more loqui*? Po-
ſtea ſcribe cum doctiſſimo Turnebo: *Ennius Choenice: tum*
tu iſti crede, atq. exerce linguam, vt argutarier poſſis, niſi quod
choenice minus rectum, pro quo reſcribendum, *Phoenice.*
Verba ſunt Pelei ad filium Achillem, quum is traditus Phoe-
nici.

Cæcilius Embono) vitium notauerunt docti: mihi videtur p.246.
reſcribendum, *Symbolo*, vt infra v. *deſtitui.* Pomponianæ ti- 12.
tulus in libris, *Aſina*, vel vt infra v. *feſtinatim*, *Aſinaria.* In
Afranio ſcribſerim: *Vide vt ludos hinc auſcultaui procul.* quod
Nonius nec recte explicat, *videre*, quaſi non ludi auribus

iuxta atq. oculis.

p.247. *Varro Seſquiulyſſe*) in bene longo fragmento nihil video
23. quod ad Nonij notam faciat. Doctiſſimus Turnebus voluit, *præter canem album*: Sed ea vox nulla eſt in libris, neq. hic, neq. infra v. *cognoſcere.* vbi repetita pars huius exempli. Et tamen nihil veriſimilius excogitari poteſt. Argus canis Vlyſſi notus ex Homero: quem alij album explicant, alij aliter.

p.248.7 BELLVM) in Lucillio legerim, deleta copula,

Ætatem iſtuc tibi laturam bellum, ſi hoc bellum putas.

Verba viri ad vxorem, cum qua diuortium facit, vt indicant alia ex eodem libro. Ætas, inquit, tibi ablatura eſt iſtam quam te habere credis formæ elegantiam. *Iſtuc bellum*, vt Terentio, *Veſtrum tam ſuperbum.* græcis τὸ καλὸν, τὸ αἰσχρόν. Varronis locum vtrumque dudum reſtituerunt docti. In tertio e Seſquiulyſſe ſcribſi *bella vxore*, quia libri habebant, *videre debeat illa vxorem*? Quartum e Vimarcho ſic lego: *Socius es hoſtibus; ſocijs bellum ita geris, vt bella omnia tecum auferas.* Verres & alios id genus prouinciarum prȩſides increpat, quibus nefas fuit relinquere apud ſocios ſiquid viſum elegantius.

27. *Committere, donare*] inepte. commiſſa hereditas, non eſt donata vel relicta, ſed iure ſpeciali quȩſita poenæ vel delicti nomine. Sequens locus e Diuinatione eſt, non vt ſuperiores editiones præferebant ex tertia actione. In Lucillio, *ne mutires quiquam*, vetus ſcribtura eſt, pro, *cuiquam.*

p.249. *Aut oculos capti*) capti oculos, hoc eſt priuati oculorum
24. vſu, qui quid capit, id ſuum facit; qui capitur, id amittit. Capi enim ita dicitur, vt exigi Lucillio, Symmacho, Iuriſconſultis. Ergo capti oculos, qui oculos amiſerunt, ſiue oculorum vſum, id eſt cæci. Ita luminibus captum dicunt Iuriſconſulti, vt in l. III. c. qui dare tut. vel cur. & qui dari non poſſunt, *Luminibus captum curatorem haberi debere falſo tibi perſuaſum eſt*: quam adfero ut liberem inſigni menda. Videtur dicere, non poſſe cȩcum eſſe curatorem; quod falſum eſt. nam nec I. C. ti ſurdum & mutum repellentes a tutela cæci mentionem faciunt; & l. I. c. qui morbo. luminibus captum excuſationem habere ait, non ait non poſſe tutelam vel curatelam exercere. Habet ergo excuſationem

cæcus, hoc eſt, non cogitur inuitus ad ſuſcipiendam tutelam; vt & poteſt deponere tutelam cæcitate ſuperueniente. l.poſt ſuſceptam. D. de excuſ. tut. cogi tamen vt deponat non poteſt: vt oſtendit lex etiam ſi tutor. D. de auct. & conſ. tut. nec nouum eſt vt is poſſit ſuſcipere tutelam qui cogi non poteſt vt ſuſcipiat. Itaque primum hoc malum ex vitioſa ſcribtura legis illius, quod videtur dicere cęcum curatorem eſſe non poſſe. Aliud malum, quod latuit nos definitum illa lege, cęcum non eſſe in ea cauſſa vt ei curator dandus ſit: quod certe quamuis nullibi tam expreſſe ſcribtum, verum eſt tamen. nuſquam enim numeratur inter eos quibus datus curator aut lege aut Pretoris edicto. Et certum eſt eum ſupereſſe poſſe rebus ſuis, quum & magiſtratum retinere poſſit, & pupillo auctoritatem exhibere, & teſtamentum facere; quod nulli eorum permiſſum iure veteri quibus curator datus propter vitij morbi ve cauſſam, ſoli ei, cui propter ætatis infirmitatem. legendum ergo in dicta l. III. *curatorem habere debere*, non *haberi*: procliui errore: cuius ſimilis heſit in l. 17. D de excuſ. tut. vbi ſcribendum, *domini nauium non videntur habere inter priuilegia.*

CEDERE] quę ante hanc notam in vulgatis libris reſtabant obſeruationes vocis *colere*, reieci in paginam ſequentem, optimi libri ſecutus ordinem, quem etiam ſeruaui in ſequentibus plurimis notis. Vulgati aliter exhibebant, contractis in vnum corpus & locum omnibus vnius vocis obſeruationibus, ab hominibus diligentioribus ipſo Nonio, & qui eum diligentiorem voluerūt videri quam fuit. At hęc diligentia, vt dixi ſupra, ſępe veteribus ſcribtoribus nocuit: eamq. ipſam boni iſti ordinatores non vbiq. adhibuerant: non certe ſupra, in v. *agere*, *capere*, non infra, aliquot vocibus. Non nego quędam loca eſſe in quibus Nonius ipſe alio ordine ſcribſerit, vt infra v *calumnia*, & alijs aliquot locis. Sed in huiuſmodi rebus nihil tutius quam ſequi vetuſtiſſimos codices. p.250. 22.

Plautus Milite) Error μνημονικὸς Nonij, niſi ſi ſcribas, *de milite*. Eſt enim locus in Epidico, non in Milite. p.254. 24.

Dic mihi, en vnquam) ita diſerte libri noſtri, non, *an vnquam*, quod & modulo verſus repugnat, & veteres editiones Plauti abnuunt, vt monitum optimo Gulielmio. Eo- p.255.7.

dem modo reſtituendum in Ciſtellaria: *Sed tu en vnquam cum quiquam vulgo conſueuiſti?* Habes & in Rudente, & in Trinummo; item in Terentij Phormione.

Cedo, en vnquam iniuriarum audiſti mihi ſcribtam dicam?

Virgilius: *En vnquam patrios longo poſt tempore fines*
Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen
Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas?

Item: — *en erit vnquam*
Ille dies, mihi quum liceat tua dicere facta?

Liuius lib xxx. *en vnquam ille dies futurus eſſet, quo vacuam hoſtibus Italiam bona pace florentem viſuri eſſent?* Feſtus; *En vnquam, ecquando.* Philoxenus; *En vnquam,* ἔιποτε. ϰὴ ποτέ. *En vſquam,* ἔι που. Et paullo poſt, *En vſquam,* οὐδαμόϑεν. Tangit doctus Grammaticus duas ſignificationes huius particulæ; modo pro, Vnquam ne, vel, ſi nunquam: modo pro, Ecquando. prior his verbis, ἔιποτε altera: hoc, ποτέ. Similiter in, *En vſquam.*

11\. *nihil ad te*) Scribe, vt in Terentio, *concrepuit abs te.* in Varrone expreſſi veterem ſcribturam, in qua mutem *propter* in *præter*, vt ſit, *præteruolitans aures vulgi percrepis vocibus.*

p257.12 *Solus dixit*) Scribe, vt in Cicerone, *Edixit.*

31\. *numeri mei*) ita libri. Scribe; *Neſcis, Numeri: mei omnem m. c.* in Pacuuio; *Callent dominum imperia metuere.* in Sereno, *callet ſenium arte bibendi.* Homerus de Neſtore.

--- Νέϛωρ δ᾽ ὁ γέρων ἀμυγητὶ ἄειρεν.

Vide Athenæi dipnoſophiſtas lib. x.

p.258. *Signum recte comparebat*) ita ſcribſi. Vulgati & manuſcribti
28\. male, *comparabat.* de ſigno viduli ſermo eſt: ſoliti autem ſigna inſpicere antequam reſignarét, num integra. Plautus Amphitr. Cicero III. in Catilinam: alij paſſim.

30\. *atque Ixiones Archolocheo*) libri omnes, *Theſtiados Ledæ, atq. Ixiones alcholocheo*, Scilicet ab heſitante librario ſcribtum bis fuiſſe, *alochlocheo*: pro, *Ixiones alochoeo*. nam certe Lucillius ſcribſerat; *Theſtiados Ledæ, atq.* Ἰξιονίης ἀλόχοιο. Leda Theſtias, filia Theſtij. Apollodorus & alij. Ἰξιονίη ἄλοχος, Dia, ſeu quæ alia mater Pirithoi. Eſt hemiſtichium Homericum e Rapſodia Iliad. ξ΄.

οὐδ᾽ ὁπότ᾽ ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο,

ἢ τέκε πειρίθοον θεόφιν μήστωρ᾽ ἀτάλαντον.

notum eſt vel ex Horatio Lucillium ſolitum inſerere multa Græca Latinis verſibus. Habuimus ſupra;

Num centes καλλιπλόκαμον, καλλίσφυρον illam?

& eodem loco:

Compernem aut varam fuiſſe Amphitryonis ἄκοιτιν.

Et mox; *τυρὼ ἐυπατέρειαν aliquam rem inſignem habuiſſe.* quod hemiſtichiũ eſt ex Necyomantia Homeri. habuimus ſupra alium Lucillij locum in v. *abſtemius*, vbi vulgo editur, *thaunomeno inquit valua, ſororem Lanificam dici ſiccam atq. abſtemiam vbi audit.* vbi certe ſcribendum, *chaunomene inquit Balba*: hoc eſt χαυνουμένη. inepte & putide gloriabunda propter ſororis laudes. ſed redeamus ad locum hic relatum; de quo quæ alia certatim viri docti ſomniarunt, fruſtra fuêre. nihil enim coniectura noſtra certius. In altero Lucillij loco Hyacinthum dicit *cortinipotentis delicias*, vt Virgilius:

— ardebat Alexim
Delicias domini. —

Cortinipotens Apollo præſes oraculorum. Virgilius:

— nec me Phoebi cortina fefellit.

in Epiſtola Caßij: hoc a te) ita ſcribendum. vulgo male ede- p.259.
batur; *Caßij hoc ait: ita contendo:* nec melius libri, *hoc agit.* 24.
Simile eſt apud eundem Caſſium. *hæc a te peto non ſolum R.P. nomine.* in Epiſtola x. III. libri XII. familiarium: quam Epiſtolam quę ſequitur quarta decima male tribuitur eidem Caſſio, præſcribenda nomine Lentuli. Accij loco non medeor. Scripturam veterem expreſſi: item in Turpilij e Lemnijs: male enim libri optimi, *Lemonis*, e quo liber Fabri, *lenonibus*: ſed *Lemnijs* rectum. In altero e Philopatro lege, *Geme meas fortunas*, vel potius, *hem meas fortunas.* in Pacuuio, *quorſum flexu viæ contenderet.* in Ciceronis loco libri *Tuuero*, quod eſſe *Tubero* monuit maximus Cuiacius. in Afranio poſſis ſcribere, *qua contendi ſemita.* in Salluſtij loco, *contendit*, ex ipſo Salluſtio.

Compono) adſcribſi defectus notam, quia deeſt vox *fin-* p.260.
gens, reſtituenda ex loco qui infra v. *fingere*, vbi plura de to- 29.
to loco.

Cernere, amittere] at in eodem loco Ennij paullo poſt p.261.7

explicat, *dimicare vel contendere:* mira incogitantia.

14. *vitalem Bæbium*) libri, *babium*: ſed in Thyeſte quid loci Bæbio aut Babio, Romano nomini? Omnino ſcribendum,

Impetrem facile ab animo vt cernat vitalem βίον.

Idem eſt quod Ciceroni, *vt vitam vitalem ducat.* Atrei verba ſunt, ita vitam ſibi vitalem ducentis, ſi inſigni aliquo facinore vltus ſit Thyeſtis iniurias. Itaque *cernere* explicat Nonius *iudicare.* In Accio libri, *eſſet quiſque armis:* vt rectum ſit quod edebatur vulgo, *eſſet quis qui armis.* In altero Pacuuij loco bene docti.

Qui ſeſe ad fines eſſe ad cauſſandum volunt,
De virtuted ego poteſtatem cernundi do omnibus.

22. *Cernere rurſum cedere*) immo, *ſuccedere:* cernunt enim hereditatem filij qui ſuccedunt patribus. At in Accij loco nihil tale: videtur enim Agamemnonis eſſe qui Achilli in iurgio dicat, ſi imperium ipſi decernatur, tum ſe traditurum ei exercitum. Itaque ſcribtum fuerit ab Accio: *cernant, tradam exercitus*; id eſt, decernant: non *cernam*, quod Nonius legit, & explicat cedam.

p.262. *Idem libro x.*] Lucillij eſt, non Pacuuij. itaque videtur de-
10. eſſe alter locus Lucillij quem antea laudarit, qui confuſus ſit cum Pacuuiano. In Turpilio *frugis* pro *phrygis*, quo modo locutos veteres notat Cicero.

26. *Confidenter pro ſe & proterue loqui*) ita ſcribſi ex ipſo Plauto. at vulgo hæc adherebant ſequenti notæ: *Conſternari ſignificat deyci, pro ſe & proterue loqui:* quem errorem habebant omnes ſcribti & editi: niſi quod liber Fabri, *probroſe & proterue loqui*, a mala nimium diligentis librarij manu.

p.264. *num te emere*) ita ſcribſi e Cicerone: nimis turpiter erra-
24. tum vulgo; *nimium temere.* Sed ita infinita in his libris heſerant membra, incuria ſuperiorum editorum, quæ e libris Ciceronis, Virgilij, Plauti corrigere procliue fuerat.

p.265. CITARE) primus locus Ciceronis eſt e Prætura Sicilienſi;
26. alter e præfatione ſecundi de diuinatione; vbi legendum, *quorum ſtudio legendi meum ſcribendi ſtudium vehementius in dies citatur.* in Cicerone editur, *incitatur.*

p.266.8 *ad veſperum*) ita recte libri Ciceronis: nec recte hic, *ad piræum*, in vulgatis, & in manuſcribtis, *Epirum.*

Conijcere, colligere) forte, *confligere*: Et in ipſo Afranio; p.267.
—— *Noli mater me præſente cum patre* 29.
Conijcere, non, ſi me viuum vis, mel meum.
In loco ex Incendio bene docti, *de ratiuncula*,

a lictoribus tuis, C.R.) vulgo, *a lictpribus tuis, pater*. in libris, p.268.
pr. e quo feci, C. R. id eſt, ciuem Romanum. quam multa 26.
errata irrepſerint e notis in optimos ſcribtores, nimium experti ſunt qui eos diligenter tractarunt. in Virgilio melius, *Aceſtes*. in II. de officijs; *eſſem confectus*.

quod non eorum) in Cicerone, *atomorum*. in Epiſtola ad p.269.
Cæſarem ſcribe, *vt opinio mea fert & conſenſus ciuitatis.* 13.

Solus rhetor) vidi qui reſcriberet, *prætor*. ſed *rhetor*, quod p.271.
in omnibus libris, rectum eſt: nam & hanc laudem vt cete- 11.
ras Stoici dabant ſapienti ſuo. Lucianus ἐν βίων πράσει. ὅτι μόνος οὗτος σοφὸς, μόνος καλός, μόνος δίκαιος, ἀνδρεῖος, βασιλεὺς, ῥήτωρ, πλούσιος, νομοθέτης καὶ τἄλλα ἐστίν. *Ædilicium modium* bene reſtituerunt docti. *Modius* certe eſt in omnib. libris noſtris, non *mundus*, nec *munus*.

Meſſanæ C.R.) & hic eædem notæ quæ ſupra, in libris, ſi- 27.
gnificant ciuem Romanum. Verſus qui mox e Lucillij XXVI. laudatur, totidem verbis extat in Mercatore Plauti. In Varrone, *Aiax tum credit*.

Lucilius lib. xxviij) Scribe, *lib. xxviij*, vt infra v. *Vrgere*. p.272.
Verſum ipſum ita concinnabis; 11.

Cæde oſtium: Gnatho vrge, reſtant, perijmus.

Gnathonis perſonam hic inductam diximus ſupra. ad hanc pugnam pertinent illa ex eodem libro:

Malo hercle veſtro confectores cardinum.

Mox libri, *commiſcere*, non vt vulgo, *conſumere*: Et in Lucillio, *fallor*, non *ſqualor*; ſed legendum *pallor*, vt infra cap. VI.

Conſtitutiones) aut Nonij culpa, aut librorum, quos male p.273.
ſecutus eſt: nam certe ſcribtum fuit a Cicerone, *conſitiones* 12.
& inſitiones.

De Bruto) ſcribe, *D. Bruto*. locus Ciceronis alter eſt e Pretura Sicilienſi. 22.

Ferre vix poſſumus) melius in Cicerone, *tenere*. e quo etiam 31.
ſcribes, *teneamus*, non *tueamur*; nam libri noſtri, *tuneamur*.

CVRATVM *eſt natum*) voluit, *ſanatum*. nam iam ea ætate p.274.8
inualuerat is verbi vſus.

19. *roſtrum ſum roſtra*) ita libri. ſcribe, *roſtrum ſuum roſtra adfert:* impudentis hominis roſtrum, ſimul alluſio ad roſtra, e quis ad populum dicturus veniebat.

p. 275. *Pomponius Panſa*) Scribe, *ſponſa papipola*, vt infra capite ſeptimo.

23. *qui laudem, Lache*) ita ſcribſi, quia in libris *ache*. Vocatiuus eſt a recto Laches. Palliata eſt fabula vt ipſe titulus in-

p. 277. 28. dicat. Errant qui putant duo exempla in vnum coaluiſſe.

31. *nemo iſtum ventrem*) expreſſi veterem ſcribturam, e qua fecerim.

Nemo i. v. p. de lice tute
Vtilia atq. videbis. —

p. 278. 3. *delenificam mulierem*) ita ſcribſi, quia in libris, *delenefica mulierem*. in poſtremo Lucillij loco Scribe, *id quod velit*, vt ſupra v. *concedere*. item, *eligat*, vt infra v. *eligere*.

27. *id eſt dic*) in optimo libro fuerat, *duc*: Sed eraſo altero apice remanſit, *dic*. Vtrumque delendum.

p. 279. 11 *hoſpitem depoſita*) ſcribe, *depoſitam*.

p. 281. 5. *tuique tu illo*) ſcribe, *cui, quæ cum illo fuerim, dignabor dari?* Andromachæ verba ſunt, quærentis cui eam Græci daturi ſint in ſeruitutem, quæ fuerit Hectoris vxor. in altero loco recte libri, *quem ore*. Sed melius eſſet, *alloquar*. Poſtremo negligentia librarij omiſſis duabus lineis confuderat locos ex oratore, & ex III. de oratore, quos ex ipſo Cicerone reſtitui.

15. *vidimus*) ſcribe, *videmus*. Septenarius eſt.

p. 282. 10 *complecitum*) ita liber optimus, id eſt, *placitum*.

30. *Sertorius*] Egregium locum Salluſtij paruula mutatione feliciter conſtitui; nam pro *quaſi* ſcribſi, *euaſit*, certiſſima coniectura. Item, *portu*, pro *fortis*, quod hic erat, & *parthis*, infra, capite de doctorum indagine, v. *demſuper*. Res ita eſt. Pulſus ad oppidum quoddam Sertorius, fuga ab ſuis paſſim facta, quum ſtipati ad portam fugientes arcerent aditum, humeris ſuorum in murum euectus eſt. Plutarchus in Sertorio, λέγεται δὲ πρός τινι πόλει τροπῆς γινομένης, καὶ τῶν πολεμίων ἐπικειμένων τοὺς Ἴβηρας ἀμελήσαντας αὑτῶν τὸν Σερτώριον σώζειν, καὶ τοῖς ὤμοις ἐπαιρομένους ἄλλους πρὸ ἄλλων ἀνακουφίσαι πρὸς τὰ τείχη. quod idem notat Seruius in VIIII. Æneid.

Æneid. Hoc amplius Salluſtius, per corpora calonum euectum vſq. ad medium murum, inde ſupra murum ſublatum manibus eorum qui in muro deſuper ſtabant. Itaq. ſcribendum, *dein ſuperadſtantium manibus*. Et errat Nonius infra, qui putat *deinſuper* vna voce ſcriptum a Salluſtio.

habetur) ſcribe, vt in Virgilio, *agetur.* de loco Lucillij dixi 25.
ad Ariſtænetum.

nec viuere ducunt] Et hic ſolitum erratum errauerat libra- p.283.
rius: Omiſerat enim quæ inter duas voces *ducunt.* quæ reſti- 24.
tui ex capite de doctorum indagine, vbi adfertur hic verſus ex Lucillij lib. xxvj.

qui ſex menſes vitam ducunt, orco ſpondent ſeptimum.

quem procul dubio etiam hic attulerat.

Hercules Autianus) ab Autio, vbi poſitus, non ab Autæo. p.284.2.
Sequentem locum reſtitui ex ipſo Cicerone. vulgo turpiter edebatur, *apud pretorem criminatus eſt Balbum illum ducere.* Mox, *proprium pro temporibus ſeruare*, ſcribſi e libris; & ita voluit Nonius; ridicule, vt pleraque omnia.

papulæ) ita recte libri, non vt edebatur, Papillę. Sed totus 31.
verſus ita reſcribendus;

Tamen aut verruca, aut cicatrix, næuus, papulæ differunt.

Hoc ait, quantumuis ſimiles homines tamen aliquâ differre, ſaltem verruca, cicatrice, næuo, papula.

demiſſo) adſcribſi notam defectus. quia librarius ſolens p.286.
omiſit finem exempli Ciceroniani, & initium alterius: cuius pars etiam eſt in illis verbis, *demiſſum, humile, miſerandum, abiectum.* quæ certe non ſunt Nonij.

M. Tul. in Phil.) Inepte adferebatur ex philippica ij. qui p.287.
primum hæc natura coherentia. quod eſt ex III. de offic. ſolita 12.
culpa librarij, qui omiſerat locum illum e philip. II. *quid ego illum ab eo diſtrahere conarer?* quem reſtitui.

deſtatua) ita ſcribſi, quia in libris, *adeſtabba*: in quibus p.288.
etiam eſt, *quam tu reſtitui.* Itaque totus locus videtur ſic con- 26.
cipiendus: *De ſtatua neſcio cuius Clodij, quam tu reſtitui iuſſiſſes Anconæ, quum ea deiecta eſſet ex S. C.*

deduce rationem) ſcribe, *deduc orationem*, vt ſup. v. *citumá.* p.289.9.
quo loco viciſſim ex iſto reſtituendum, *de cælo ad hæc citeriora. Citeriora* ſane ibi etiam libri. nec obſtat quod in lemmate eſt, *cituma.* nam ita ſolet.

molliſſimaque multorum) hęc addidi e libris. Omnino ſcri- p.290.12

l

bendum, *multaq. ſimilia multorum.* Sic ſupra v. *ducere, & multa talia:* & alibi.

14. DI PRECOR) vide Gellium VI. XVI.

p. 291. *Iniuriatum*) ita libri, & *inuaſſe*, pro inuaſiſſe. Scribe,

51. *Impuratum hunc in ſauces inuaſſe, animamque*
Eiiſiſſe illi. —

p. 292. 3. *Plautus Sticho*) corruptiſſime circumferebatur hic locus in editis iuxta & ſcriptis libris, diuiſus in duo exempla, quorum alterum adferebatur e Poenulo. Errore nato ex ignoratione vocis *pauſillulo*, quam mutauerant in *Poenulo*. nos totum locum e Sticho Plautina reſtituimus, in qua etiam rectius, *ſubmerum*. in Pacuuio recte docti *labos*, pro *clauos*. nec obſtat, quod Nonius explicat *perfici*.

8. *Andromache. malo torquentis*) Duas fabulas Andromachæ nomine ſcribſerunt veteres Tragici: vnam ad Troiam, in qua caſus Aſtyanactis. Alteram in Theſſalia, vbi Neoptolemi connubium & Hermionę eius vxoris zelotypia. Vtramque docuit Ennius: primam videtur inſcribſiſſe ſimpliciter Andromacham, e qua locus vnus in v. *lauerent*: alter in v. *rarenter*. Alteram puto inſcribtam fuiſſe *Andromachemolottus*, compoſito nomine ex matris nomine & Molotti eius filij. Ex ea hic locus, & alter in v. *ſummum*; tertius in v. *ſonunt*. Vbique corruptus titulus: nam hic in libris eſt, *Andromache malotorquenti*: e quo faciendum, *Andromachemolotto*; *Quantis cum erumnis illum exanclaui diem.* Infra; *Andromachae malo annos multos*: e quo ſcribendum; *Andromachemolotto*; — *Annos multos l. ab domo.* In tertio libri; *Andromachethemapotide*; e quo videretur faciendum, *Andromachemolottide*; vt eſſet Ἀνδρομάχη ἡ ἐν Μολόττοις. Sed ſuperiores duo loci mihi potius perſuadent, *Andromachemolotto*, vt dixi, a filij Molotti nomine, de quo Euripides in Andromacha; ita compoſito nomine, vt *Prothesilaodamia*. porro hic locus videtur effictus ex illis Euripidis;

πολλὰ δὲ δάκρυά μοι κατέβα χροὸς, ἀνίκ᾽ ἔλειπον
ἄστυ τὲ καὶ θαλάμους, καὶ πόσιν ἐν κονίαις.

19. *Accius Phœniſsis*) Euripides;

ἴθ᾽ οὐ φονεύσεις παῖδ᾽ ἐμόν. λίπε χθόνα.

Item: ἀλλ᾽ εἶα τέκνον, πρὶν μαθεῖν πᾶσαν πόλιν,

φεύγ' ὡς τάχιστα τῆσδ' ἀπαλλαγεὶς χθονός.

Sed & in minis Eteoclis & Polynicis, ter & quater Eteocles fratrem exire iubet.

Omnia prius experiri quam armis) Ita diſerte libri noſtri: neque aliter legit Donatus. Male addiderant vulgo *Conſilio*; alij *verbis*. In Andria: *Omnia experiri certum eſt prius quam pereo.* p.296.4

expedire vult) ita libri. pars eſt alterius exempli, cuius principium cum fine Terentiani omiſit librarius. 33.

Expetere, *accipere*) ſcribe, *accidere*. p301.27

Felix, fructuoſus, ferax) Duobus modis dicuntur felices arbores: primo, quæ fructum ferunt, vt agreſtes & infrugiferæ contra infelices. Paulus ex Feſto. *Felices arbores Cato dixit quæ fructum ferunt, infelices quæ non ferunt.* Eo ſenſu *felix olea* Virgilio VI. Æn. *infelix oleaſter* II. Georg. &, *ramis felicibus arbos*. Contra Lucillius; p. 302.4

Ardum, miſerrimum. atque infelix lignum, ſambucum vocant. Et forte ab eadem mente Virgilio *felix malus Medica*. Liuius lib. V. *nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum.* Alio ſenſu felices & infelices arbores Pontificum religione probatæ damnatæve, non ſolum quod ferant aut non ferant, quamuis velle id videatur Plinius. *Infelices*, inquit, *exiſtimantur damnatæque religione quæ neque ſeruntur vſquam, neq. fructum ferunt.* quod & de myrica ſiue tamarice repetit lib. XIII. XXI. & firmari videtur ex eo, quod fertiles melioris ominis ſunt: vnde Artemidoro κοινῇ πάντα τὰ ἔγκαρπα τῶν ἀγρίων βελτίονα, καὶ ἀκάρπων τὰ μὴ φυλλορροοῦντα, πλὴν ἐλαίας καὶ δάφνης, Sed Macrobius oſtendit eſſe etiam in infelicibus fructiferas: & diſtinctionem Pontificum eſſe a tutela deorum, in qua ſingulæ arbores. III. Saturnal. *Sciendum quod ficus alba ex felicibus ſit arboribus; contra nigra ex infelicib. docent nos vtrumque Pontifices. ait enim Veranius de verbis Pontificalib. felices arbores putantur eſſe quercus, æſculus, ilex, ſuber, fagus, corylus, ſorbus, ficus alba, pyrus, malus, vitis, prunus, cornus, lotus. Tarquinius autem Priſcus in oſtentario arborario ſic ait: Arbores quæ inferum deorum auertentiumque in tutela ſunt, eas infelices nominant; alaternum * ſanguinem, ſilicem, ficum atram, queq. baccam atram, nigroſque fructus ferunt: itemque aquifolium, pyrum ſyluaticum, ruſcum, rubum, ſenteſque quibus*

portenta, prodigiaque mala comburi iubere oportet. Diſtinctionem hanc obſeruant in ſacris & alijs boni ominis rebus, vt felices arbores adhibeant; vt apud Varronem in nubtijs; apud Tacitum in reſtitutione Capitolij, *ingreſsi milites, quibus fauſta nomina, felicibus ramis*: apud Gellium *flaminis Dialis vnguium & capilli ſegmina ſubter arborem felicem terra operiuntur*; & *flaminica Dialis in rica de arbore felici ſurculum habet*. Donatus in Prologum Eunuchi: *vt ſacrum locum eſſe ſimularet, eumque tranſitum intenderet ſertis ac fronde felici rem diuinam ſæpe faciens*. Seruius Fuldenſis in II. Æn. ex Maſurio Sabino: *nam antiqui felicium arborum ramos cortice detracto in effigies deorum formabant*. Cōtra infelicium lignorum vſus in comburendis portentis & ſiquid aliud male ominatum. Tarquinius. Theocritus. Catullus. Lycophron.

ὅταν δ' ἀκάρποις γυῖα συμφλέξας φυτοῖς
ἥφαιστος. ——

vbi Locrides puellæ piaculares infelicibus lignis crematæ ab hoſtibus Troianis. Infelicem arborem etiam legimus in lege Regia; *Infelici arbori ſuſpendito*. ſiue lecta arbor infelix huic muneri, ſiue eo ipſo ſit infelix; vt ſuſpendioſam arborem virere negat apud Plinium Cremutius. Mirari poſſis in funere felicem arborem apud Virgilium lib. VI.

Idem ter ſocios pura circumtulit vnda
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ:

Sed ſacrorum & expiationis res eſt: & alioqui olea ſolennis funeri. Artemidorus: *καὶ ἐγκάρπων τὰ μὲν φυλλοῤῥοοῦντα, πλὴν ἐλαίας καὶ δάφνης· τούτων δὲ, ἐπὶ τῶν νοσούντων ἡ μὲν ἐλαία θανατηφόρος οὖσα τετήρηται, αὐτή τε, καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς, καὶ τὰ φύλλα· δάφνη δὲ σωτήριος· καὶ γὰρ εἰκός· τοῖς μὲν γὰρ ἀποθανοῦσιν ἐλαίαι συνεκφέρουσιν δάφνας δὲ οὐδαμῶς.* quæ poſtrema verba docebunt te cur in luſtratione Virgiliana e lauro non fit aſperſio, quam alioqui ſolitam obſeruauit doctiſſimus Turnebus, & dixerat Seruius. Nota item eo loci *Spargens rore*, non eſſe pro rore marino; ſed ita dictum *rore & ramo*, vt alibi, *pateris libamus & auro* ne audiamus eos quibus mutare animus fuit.

9. FASTIGIVM) Repetit infra, capite de improprijs. Faſtigium proprie tectum ita aptum, vt ex vtraque parte aqua

delabatur. Cicero III. de Orat. *Capitolij faſtigium illud & ceterarum ædium non venuſtas, ſed neceßitas fabricata eſt: nam quum eſſet habita ratio quemadmodum ex vtraque parte tecti aqua delaberetur, vtilitatem templi faſtigij dignitas conſecuta eſt, vt etiamſi in cælo Capitolium ſtatueretur, vbi imber eſſe non poſſet, nullam ſine faſtigio dignitatem habiturum fuiſſe videatur.* Gellius II. x. *Varro reſcribſit in memoria ſibi eſſe quod Q. Catulus curator reſtituendi Capitolij dixiſſet, voluiſſe ſe aream Capitolinam deprimere, vt pluribus gradibus in ædem conſcenderetur, ſuggeſtuſque pro faſtigij magnitudine altior fieret:* hoc eſt, pro ratione altitudinis ipſius templi. maieſtas enim amplior templi, ſi aſcendatur pluribus gradibus, maxime eius quod altum eſt. At Tacitus defuiſſe etiam altitudinem templo notat, eamque additam reſtituto a Veſpaſiano, ſolum id addicentibus auſpicijs. Varronis locum edidi vt in libris, reſectis quę fruſtra addita erant: in Varronis ipſius libris ſcribtis ita eſt; poſtrema verba ſunt ſequentis clauſulę, *Aggeris bonus.* vt videas incogitantiam Nonij tam negligenter exſcribentis veterum ſcribtorum locos, & inde obſerues quam periculoſum ſit hæc fragmenta ita incurioſe exſcribta emendare.

M. Tullius de offic.) Et hic peccatum erat a librario vt ſæ- 20.
pius alibi. aliud enim exemplum eſt: & fallebant vulgati, qui addere hoc Nonium volebant Virgilij verſibus. ineptiſſime. *quum,* eraſum erat in optimo libro; aberat ab alijs. locus eſt III. offic. In Varronis loco vide num rectius; *non poſſe ſe amplius perferre.* Mox ſcribſi e libris, *Ferre conſerere,* pro quo vulgo, *conferre.*

Colligere auxilium] Edidi vt in libris reperi. Ingenioſe p. 303.
coniiciebat Paſſeratius; 14.

Collegæ auxilium, tametſi indignus, feramus.

de Fabio Maximo auxilium ferente Minutio ſibi imperio exęquato. nam & hoc libro quædam de Annibale fuerunt. Sed periculoſæ ſunt in his locis coniecturę, neque is liber ſcribtus hexametris, & Nonij explicatio repugnat.

Sall. in Catilina bello) ita libri. ideoque addidi notam de- p. 304.
fectus. nam locus quem adfert eſt e Iugurthino, in oratio- 18.
ne Memmij. Itaque peccauit librarius vt ſolet, omiſſo vno aut altero verſu: in quib. fuerat locus e Catilinario; forte ille ex oratione Cęſaris: *poſtquam Reſp. adoleuit, & multitudine ciuium factiones valuere.* aut potius ille ex elogio Catonis;

non diuitiis cum diuite, nec factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute certabat. Factionis nomen ambiguum, & per ſe non aliud quam conuentum & conciliũ ſignificat. Ideo Philoxenus explicat τάγμα; quamuis reſpicere videtur ad factiones Circenſium. Obtinuit vt in deteriorem partem raperetur, quomodo in eodem Philoxeno *factioſus*, νεωτεριστής: qui apud Plautum non alius quam potens & diues quia ſcilicet diuitum conuentus & conciliabula ſeorſim, ſeorſim pauperum: vnde fere non ſine adiuncto *factio* in Plauto. Eſt tamen vbi ſimpliciter pro potentia & opulentia ſumatur, vt in Salluſtio & alijs. Locum Titinnij credo eſſe ex Setina, pro quo irrepſerint illa verba, *Sed iam.* quæ & corrupta erant eodem modo in libris in v. *confutare, & Valentia.* In Plauti loco libri, *dotes dapſilas*: & forte ita etiam veteres, qui & extranea verba amarunt efferre ſpecie ſuorum. *Interdicere* in Turpilio eſt e libris. Cæcilij locum notarunt docti eſſe eundem qui apud Gellium II. XXIII. affertur e Plocio, *Nam opulentorum famam facile occultat factio.* Sed nec ibi conſtans lectio: & hic fortaſſe verius quod ediderant, *Cæcilius Philumena: Eorum famam occultat factio.*

p.305.2. *Adeone es ferox*) ita libri. Et ſic legit Nonius. Sed vera lectio, *Eone es ferox*; quam ſi ſecutus eſſet, adiunxiſſet ſequentibus, in quis *forma ferox, fortunis ferox*, ſimilia ſunt. In Ciceronis loco recte Iunius, *ne ferociorem faciant te tam præclara iudicia cæli.* in poſtremo loco Plauti fefellerunt Nonium quæ præceſſerant in Plauto, *ſtulta viueret, & fluat facetijs.* inde cordatum & facetum adſumſit. At debuit attendere potius ſequentia; *Eam nobilitatem &c.* Inde enim hæc ferocia. Suſpicio eſt ſcribſiſſe Plautum, *nimio eram ferocior.*

16. FAMA *eſt opinio*) Rectius hoc notaſſet ad illum locum, *famamq́; fouemus inanem*: vbi ſpem profuturi numinis inepte exponit. Fama autem etiam eorum quę ſciuntur & noſcuntur: vt illo loco,

— Sed famam extendere factis
Hoc virtutis opus. ----

nec deſinit fama eſſe, quamuis res perfecte noſcatur, quod Macrobium latuit in reprehendendo Virgilio.

p.306.9 FORTIS) ita eſt. forte veteres dicebant quicquid excelleret quaque in re. inde fortis pro formoſo, diuite, nobili.

neque in Virgilio tamen neque in Lucretio fortis celerem ſignificat, quamuis addat hic de curſu, ille de fuga. fortis equus in vtroque vt bellator equus, adiuncto perpetuo, & in Virgilio etiam neceſſario. Et aperte tremulos artus hœdorum opponit Lucretius, vt fortem videatur dixiſſe pro valido, ſicut Philoxeno, *fortis* non ſolum γενναῖος, ſed etiam ἰσχυρὸς, & Nonio, *magnarum virium.*

naturam dico) Scribe, *natum abdico, faceſſe.* nam qui voluerunt, *matura, dictum faceſſe,* non aduerterunt quid hic eſſet faceſſere. Verba ſunt Telamonis eijcientis Teucrum. 32.

Siquidem ſis pudicus) firmant ſatis hæc verba lectionem verſus præcedentis apud Plautum; *Ego opinor rem faceſſo:* quam mutare voluerunt viri docti tamen. Sed hoc dicit; Ego ſum qui peto; meum ergo primo loco dicere. quo quid clarius. Nam & venuſte ſolent illud, *Opinor.* Varro II. de re ruſt. *Ego, opinor, inquit, incipiam primus, quoniam in me videre coniecisse oculos.* Ius eſſe vt actor primus dicat, is vnde petitur poſterior quis neſcit. Terentius: p.307.4

Atque in Theſauro ſcribſit cauſſam dicere
Prius vnde petitur, aurum quare ſit ſuum,
Quam ille qui petit, vnde is ſit theſaurus ſibi,
Aut vnde in patrium monumentum peruenerit.

fatiſcere rurſum deficere) ita omnino ſcribſit Nonius. Accij verſui ſimile apud Catullum: 8.

Non tamen ante mihi langueſcent lumina morte,
Nec prius a noſtro ſecedent corpore ſenſus,
Quam iuſtam a diuis expoſcam prodita mulctam,
Cæleſtumque fidem poſtrema comprecer hora.

Tranſduit) libens ſcribſi *tranſdunt*, quia ita placuit maximo Cuiacio. at ſupra in v. *properiter,* infra v. *molle* libri diſerte *tradunt*, quod ſcilicet idem eſt. in loco Virgilij ſcribſi, *tolerabile nomen* ſecutus libros, pro vulgata *numen.* qui ne audire quidem volebant, nunc geſtiunt ire. 28.

dum præcipitare poteſtas.) ita eidem Virgilio *nox cælo præcipitat, nimbus, Aconteus, Palinurus præcipitant*: ita *Nilus* Ciceroni *præcipitat, pondera* Lucretio. Poeta vetus; 32.

Mænius a caſtris miles melioribus auſus
Hoſtilem ſaltu præcipitare ratem.

Tacitus III. Hiſtor. *præcipitanti in occaſum die.*

p.308.3. *quantum poteſt*) ita libri. in Plauto, *poteris*. Mox ſcribſi ex eiſdem, *efflatus*. Et hoc ſane voluit Nonius. Sed hic fuga nihil aliud quam velox curſus. Fugere enim videtur vetus, qui nunquam eodem loco conſiſtit, ſed fluit ſemper.

13. *Cupide petis*) ita hic libri. at ſupra, *Cupide cupis*, quod & in Plauti pleriſque libris video & ſequor. ſic *cupienter cupere* Ennius; *ſapienter ſapere* Plautus. Mox ſcribſerim, *Occaſionem nacta*. *Pauſillus* antiqua ſcribtura eſt pro *pauxillus*.

17. *Lucilius lib. viiii.*] Eundem locum habuiſti ſupra v. *Componere*, ex lib. viij. Lucillij, quem hic libri volebant eſſe ex Nono Virgilij. Libri omnes habēt *fictrices* pro *fingens*; & ideo legi volebat Iunius, *amplector labra, labellas Fictrices compono*. Sed ſi ita eſt, fruſtra erit Nonij nota; nec ſatis appoſite fictrices labellas dixiſſet. Itaq. malui quod editum vulgo, *fingens*; precipue quum & hic & ſuperiori loco libri conſtanter habeant *Labellis* non *labellas*. Verſus modulum ſuſtinet aſpiratio. ψωλοκοποῦμαι vtroq. loco rectiſſime idem Iunius, & proxime ad ſcribturam veterem.

21. *antondens*) vulgati, *attondens*. mihi religio non fuit ſequi veterum librorum ſcribturam; *Antondens*, vt ancidere, ancilia, & ſimilia.

p.309. *quam tætrum facinus*) Ita libri, & hic & infra v. *tætrum*,
32. omiſſo *tam*. & recte. In iiſdem mox, *nullum malum eſſe facinus*: non, *magnum*. Et ita omnino legit Nonius, qui explicat *factum*: vti & in Plauti loco, quem male ſubijciebant poſteriori notæ contra librorum fidem.

p.310. *fures etiam ſerui*) nimirum quia apud Virgilium oppo-
18. nuntur dominis, & dambetas idem fur ac ſeruus. ſed ſeruus Ægonis, fur Damonis. & alio modo opponitur, furi dominus, alio ſeruo. vt & apud Tibullum,

Et domino ſatis, & nimium furiq. lupoq.

p.311. *Ventrem alienum*) legebant, *a lienum æſtu*. Sed eos refel-
24. lunt quæ infra v. *mæſtum*. ſiqua in nobis corporis pars male affecta eſt, fouetur cataplaſmo: Itidem venter vbi mæſtus eſt fouetur cibo, quem ille ordeum molitum dixit, polentam ſignificans, vt notauit magnus Turnebus. Prorſus ita Plautus cibos dicit ventris focula:

— *nam iam intus ventris fumant focula.*

29. *Sub terra fouere larem*) ita ſcribſiſſe Virgilium perſuadet mihi Nonius: vulgo *fodere*: at iam dixerat, *effoſſas latebras*.

cum cullia ac vino) placet quod Turnebo & Iunio viſum, *p.* 312.
cum culigna ac vino, in quo quæ vemebant ad fetam amicæ gratu- 11.
latum, dijs mactabant. Culigna ex Feſto nota. Sed de eo mo-
re quærendum amplius.

Virgilius Æn. lib. v.] ita Scribſi inuitis omnibus libris. 22.
nam vulgo afferebatur *e tertio Georg.* in libris, *e quarto* credo,
errore ipſius Nonij, qui meminerat carcheſia Bacchi nomi-
nari eo libro. Monere hoc loco id libuit ſemel; alijs ſexcen-
tis ſimiles errores emendaſſe ſatis fuit; quam curam negle-
xerant priores editiones.

Et Æn. lib. ij.] expreſſi locum corruptiſſimum vt reperi 26.
in libris. Veriſimillimum mihi videtur quod notatum in
ora editionis Iunianę, eſſe ex Ennio: nam certe in toto Vir-
gilio nihil tale. Scribendum ergo. *Ennius lib. ij.* facili labſu.
Sequens locus neq. e prima Philippicarum, neq. e xv. vt li-
bri volebant, ſed e principio quartæ decimæ. In Aſinaria
funerate. antiqua ſcribtura, pro *fenerato*, vt funebris pecunia
pro fenebri.

FILVM, *deducta*) ita melius libri quam *ducta.* proprium *p.*313.10
huic rei verbum. Filum pro oris lineamēto non ſine exem-
plo. Habes & in Plauto, & in Apul. de deo Socratis: *De-
mones fila corporum poſſident rara & ſplendida.*

Qui & poſcent minus] ita ſcribendum. vulgo, *quiete poſcent:* 16.
& prebent; libri *præbunt.* De pathicis pueris ſermo eſt: Alia
exempla ſunt ex hoc libro quæ indicant dehortatum eſſe
Lucillium ab amore mulierum & re vxoria. In ijs & hoc
ſimile illi Iuuenalis:

Nonne putas melius, quod tecum puſio dormit,
Puſio qui noctu non litigat. —

Videtur etiam in illo libro fuiſſe, qui contunderet faſtum
eorum qui forma ferociores erant; vnde illa;

Ætatem iſtuc tibi laturam bellum, ſi hoc bellum putas.

Et illud de linea alba & Socratis exemplo. Ita & hic mone-
bat turpes ex ſole tuſos & minori pretio conduci, & mori-
gerari commodius, & minori periculo. Sed placet magis
quod prius dixi. *Præbere, dare*, propria verba harū libidinū.

Graue, plenum) voluit dicere, cui grauida vbera. Sed om-
nino aliter Virgilius; cui tentare graues fetas nihil aliud eſt 32.
quam tentando graues reddere. ſic grauis pietate non eſt
plenus; ſed grauis ibi eſt vt explicat, infra, ſapiens cum au-

ctoritate. Ea auctoritas maxime a cultu deorum & benefactis erga homines. Ita graue non eſt amarum: nec ſi centaurea amara, ideo amarum graue non enim odorem amarum dixeris. locus eſt Georg. IIII.

19. *Accius Deiphobo*] Secutus apices veteris ſcripturę locũ corruptiſſimum reſtitui, certiſſima coniectura. De Vlyſſ ſermo eſt, cuius ſorti obtingere metuunt captiuæ Troianæ Eurip. Troad. ἰώ μοι μοι, μυσαρῷ, δολίῳ τε λέλογχα

φωτὶ δουλεύειν

πολεμίῳ, δίκας

παρανόμῳ δάκει.

ὃς πάντα τὰ κεῖσ' ἐνθάδ' ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖσε, διπτύχῳ γλώσσᾳ,

ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα,

πιθέμενος πάντων.

Ignauia ei obiecta ab inimicis & perfidia: hoc enim eſt,

Qui neq. amico amicus vnquam grauis, neque hoſti hoſtis fuit.

Amicus grauis eſt conſtans, certus. hoſtis grauis, noxius. Laus ſumma eius, qui amicis beneficus, hoſtibus noxius. Ageſilaus apud Xenophontem Hellen. IIII. εὖ ἴσθι μέντοι, ἔφη, ὥσπερ ἐκεῖνον ἐχθραίνοντα δύναται τιμωρεῖσθαι, οὕτω καὶ φίλον ἄνδρα εὐεργετεῖν δύναιτο. in Salluſtio lege; *Namq; is preter ſolita vitioſis magiſtratibus.* in Virgilio grauis Aceſtes non eſt grandæuus, ſed grauiter increpans.

p.315.5. *Salluſtius lib. II.*) alius locus eſt ab illo quem Aruſianus profert. *Ea continet vir grauis & in Republica nemini inferior.* cui explicatio Nonij ſane congruere non poteſt. Velim legi, *Et continetur grauius.* Quod mox explicat *graue, nocens;* indicat eum non aliter legiſſe in Virgilio, & debere locum integrum ſcribi,

Galbaneoque agitare grauis nidore chelydros.

Accij locus de nece Ægiſthi eſt, quomodo eam refert Euripides in Electra. Placeret legi, *Atq. Oreſtes.* hoc eſt, ſtatim, vt apud Virgilium:

Atque illum in preceps prono rapit alueus amni.

p.316.3. *Vende thenſam*) ita recte libri. thenſa non ſacrorum ſolum, vt apud Feſtum & Philoxenum, *thenſa*, ἅρμα θεῶν.

Placet etiam legi, *confinge eius ſuperbiam.* Eiuſdem argumenti quæ infra v. *tunica.* Nonio medicinam faciāt docti, ſimul videant cur bis eandem fabulam nominet. in libris, *Nunc res me ipſam reprimit.* in Afranio credo tollendam particulam *a.*

GARRVLAE) neſcio cur vulgatis editionibus placuerat magis, *Garulæ*, nam libri certe melius *Garrulæ*. Garrulum Varro videtur dixiſſe pro arguto, qualem fuiſſe Dionyſium indicant quę in deos deſpoliatos iocari ſolitus. Certe ita garrulus apud Gellium xv. xxx. *ſi forte ijdem ſunt garruli natura & ſubargutuli.* 11.

Nec tumultuantem) in Cicerone, *de gradu deici vt dicitur.* p. 217. 4.

Herbam veteres palmam) proculdubio ab eo more quem Feſtus notat, & a quo ſermo in vſu, *dare herbam.* Sed neque Virgilij locus ad rem facit, in quo herba non aliud quam pabulum, vt eodem libro: 14.

--- *nec nemorum patitur meminiſſe, nec herbæ.*

Et victoris additum nomen nihil iuuat. nec verſus Accij ab ea mente, vt docuit doctiſſimus Scaliger: ſed Nonius ſimpliciter herbam donari victori putat, ſignum victoriæ: nam & in Afranio non videtur dari a victo. Sed in eo liber Fabri, *herbam decet*; credo, minus recte. In Accio ſcribſi, *conſtituit*, e Cuiacianiano, quomodo etiam fuiſſe antea videtur in Victorino. alioqui ſcribſiſſem, *circumſtat* potius quam *cāluſtrat.*

HABERE, *ſatu eſſe*). Errat ſermo vulgaris, quum quis percuſſus, aut deceptus, vt habere & hoc habere dicatur: quod recte notauit Turnebus e Terentio & Prudentio. nam Terentij locum ſane, nec recte interpretatur Nonius. 21.

Vbi hic Moſchis) ſic diſerte libri noſtri. Moſchis mulieris nomē l. 47. de iure fiſci. In Accij loco libri, *vrbe*, non *vrbem*, aut *vrben*. In Plauti, *patriſabo iam huius*; nec multū aliter manuſcribti Plautini; nec mihi ſatisfaciunt, quę tētata a doctis. p. 318. 5.

Habere, dicere) hāc vocem addidi e libris. *Salem habere* putat Nonius eſſe, iocum dicere. Sed errat. *Sape* aberat a libris, & mox additum in vulgatis male illo loco, *habere facere ſæpe. Quod in te eſt, & magno* etiam hic libri agnoſcunt, vt & ſupra. 8.

Saltem infernus) expreſſi librorum ſcribturam. *Tenebrio* placet viris doctis pro *tenebro*. de morte fuiſſe videtur ſermo. Fullo vlulam cur timeat ſubtiliter enarrauit maximus Turnebus. 12.

heautontim.) immo, in Hecyra. in Lucillio libri *hoc*, e quo 19.

ſeci, *huc.* vulgo, *hic.*

13. *Habitare, vti*) *epicrocum habitare* pro epicroco veſtiri, & *comas habitare* pro alere & promittere, notant docti.

19. *Hiare, mirari, ſtupere*) nullum exemplorum adductorum conuenit huic expoſitioni: nam & in primo *hiantem* non aliud eſt quam loquentem: & in altero loqui ſeu clamare conantem. In primo recte, *geminatus enim.* infeliciter quidam reſcribſerunt in Virgilio *geminatur*, & incluſerunt parentheſi; non capientes elegantiam vocis *enim*, quam ſæpe veteres adhibuerunt intenſiue, non cauſſatiue. in altero *incertus*, non deterius quam quod in Virgilio vulgatur, *inceptus*. In Varrone aſſentior optimo & eruditiſſimo Nicolao Fabro legenti, *Quicumq. euidenter circumſtant nos, rident credo ridere hiantes video, ridentes non audio.* Duorum ſermo eſt; poſterioris ſurdi; qui diducentes labra videt, riſum audire non poteſt.

p. 319. 11. *Horrendum, ridiculum*) immo tu ridiculus. Horrendum vbique non aliud quam terribile, & horror fere idem cum terrore: neque aliud. *horrendæ ambages*, aut *horrendum dictu* perſonas terribiliores eſſe, & eos qui perſonat, notum.

15. *Leuat integros*) ſic libri vulgo & hic & in Lucretio, *iuuat.*

18. *auare ſumere*) auare de quauis auiditate dicitur. Plautus Curcul.

hoc vide vt ingurgitat impure in ſe merum auariter.

Recte ergo hoc Nonius. ſequentia omnia minus recte.

p. 321. 3. *nobiſcum eſſet*) Scribtura vetus, *a nobis*: Sed non dubito quin rectum ſit *nobiſcum eſſet*, vt Iuuenali, *vna ſimus*; Terentio, *apud me ſis*, Cic. II. de Orat. alijs. *Comeſſet* ſane hic locum non habet.

11. *Coronam*) libri habuerunt *horonam. huiuſmodi* triſyllabum eſt, vt ſupra in verſu Lucillij *cuius* monoſyllabum. Cetera recte emendauit Lipſius, cuius iudicium ſecutus ſum.

19. *mirum ſi inuitauit*] bene in Plauto, *mira ſunt niſi inuitauit.* in Lucillio docti legunt, *Scito etenim bene longinquum.* ego ſcribturam veterem repræſentaui, in qua, *tibo*, credo repetitum e ſuperiori linea, in Varrone Lipſius, *ipſum aude vino inuitaui.* poſſis etiam, *ipſum auidum inuitari poculis.*

p. 322. 6. *qui poteſt laus videri*] notauerunt viri docti in quibuſdam libris eſſe, *laus videri vera innoxijs.* Id me manu duxit ad emendationem huius elegātiſſimi loci. *Qui poteſt laus*

videri vera? innoxius æque furacei eſt ſeruus, ac nequiſſimus, ciuis iuxta ac Publius Africanus. Diximus ſupra Satyram fuiſſe de ijs quæ falſo admirari & laudare homines ſoliti; idque titulus ipſe indicat. in ijs laudibus, liberum eſſe, ciuem Romanum eſſe. contra docet neutrum in laudis veræ ac ſolidæ parte ponendum; quando nec bonus ſeruus minus ſeruus ſit quam malus, nec bonus ciuis, Africanus puta aut Lælius, magis ciuis quam Tubulus aut Catilina. Seruum innoxium, aut innocuum, nam hoc fortaſſe propius ad librorum noſtrorum ſcribturam, opponit furaci; quia vitia ſeruorum vulgo, furtum ac fuga: quæ fere iuncta ſemper, vt Terentio, Martiali, Hieronymo. *Et furem non eſſe, fugitiuum non eſſe*, laudes ſeruorum, non aliorum: Philoſtrato, atq. Hieronymo: eæque fere expreſſe in venditionib. ſeruorum l. 17. in fine. & l. quod ſi nolit §. ſi venditor. De æd. edict. altera etiam neceſſaria, quamuis non expreſſa, fugitiuum non eſſe.

videatur) lege, *videretur*, vt in Cicerone. 15.

ita effletu] hæc eſt ſcribtura veterum codicum, cui non 23.
medeor. locus Ciceronis eſt e lib. j. de oratore, non ex oratore, vt vulgabatur.

Vos qui regalis] Et hic expreſſi librorum ſcribturam: e qua 33.
recte docti, *Ingenio arbuſta vbi nata ſunt, non obſita.* libri *obſtutas.*

Automedia) ſic libri, non *Andromeda*, *Immane te habeat*, p. 323.
quod in vulgatis. fortean legendum; *Immani tabe templum* 10.
obuallatum oſſibus. Mox vulgo, *victum ad manſuetum applicans*; quod adumbratum ex Iaſonis ad Medeam ſermonibus qui apud Euripidem, notauit maximus Scaliger. In Philocteta vulgati, *Phrygiam minorem eſſe immanem Græciam.* Sequens locus e tertio de Rep. eſt, non e quarto, & iungendus cum ijs quæ paullo poſt in v. *impurus.* De Epicuro ſermonem eſſe notarunt docti.

in cæli pugnas) cæli pugnæ ſunt θεομαχίαι, ſiue γιγαντομα- 32.
χίαι: quas ſcribere adortus is quem alloquitur; de quo & illa ſunt ex eodem libro.

Et ſua perciperet retro rellicta iacere,
Et ſola e cunctis nunc noſtra poemata ferri.

Saluere iubere ſalutem) ita ſcribſi vno ductu, auctoribus li- p. 324. 5.

bris. qui mutauerant, locum Terentij ſolum aduerterant; alterum Virgilij non item. ſed neq; in Terentio potes explicare, *ſalutem mittere*; & in Virgilio nihil aliud eſt quam *velle*.

13. *inſidamq. flaticam*) ſic libri, e quo Iunicus, *conflaticam*.

20. *Imbuere eſt initiare*) vulgo habebatur, *imbuere eſt intimare vel intiare*; heſitantis ſcilicet vtrum ſequeretur librarij, cuiuſmodi errores in libris infinitos notarunt docti. at in optimo libro fuit tantum, *intimare*, & in margine, *initiare*: quod ſecutus ſum potius, quam uis hæc ætas ſæpe intimandi verbo abuſa, ſed alio ſenſu pro docere & planum facere aut ſignificare, vt in Imperatorum Conſtitutionibus, & in Gloſſis, *γνωρίσαι*, *ἐμφανίσαι*, *φανερῶσαι*, & vt vt capias, Virgilij ſane loco nullatenus conueniet. *Initiare* quin Nonius ſcribſerit mihi non eſt dubium.

29. *hoc in doctis intellectibus habemus*) intelligit caput xij. quod inſcribtum, de doctorum indagine: vbi plura de v. imbuendi.

p.325.5. *Ilico, in eo loco*) ita ſcribſi, quum libri haberent, in eo loco, nam vulgo ediderant, *id eſt in eum locum*. At ſequentia exempla euincunt addidiſſe hanc notam Nonium. In Accio velim legi, *habitat nobis quam propius*. nam correctum erat in optimo libro, *propius*.

23. *tantum quantum*) non placet quod edunt in Terentio, *tantum quam reipſa*. magis eſt vt tantum deleatur, additum non recte quaſi explendę ſententiæ.

28. *Iacet, plenum eſt*) male capit terram iacere niueis aggeribus, quæ informis dicitur aggeribus niueis. iacet terra, quæ ſordet, nec culta eſt, poſtea edidi e libris, *nec lectus eſt*. iungendus enim Lucillij verſus cum illo qui ſupra,

Et ſola cunctis nunc noſtra poemata ferri.

p.328.8. *in re iactanda*) libri, *in re agenda*. & mox, iactare, *iacte mittere*. forte, *late mittere*.

25. *inuoluta incendij*) ſcribe, *incendio*, vt ſupra, v. *fax*, & in Cicerone.

26. *Tuq. harum*) libri, *mearum*.

p.329.3. *intentaq. brachia remis*) fruſtra ergo ſunt qui in Virgilio mutarę voluerunt quod non capiebant. Aliter intenti ſunt nautæ, aliter intenta brachia: hæc remis, illi ſigno. Inten-

dere animum in Hortenſio non recte explicat, neq. paullo
poſt in Catone. Tranſlatio ab arcu: de diligenti & accura-
ta meditatione.

Imago, vagina) turpiſſimus error. non enim aliud imago 10.
quam effigies Saturni. proprium nomen his e ligno ſtatuis
maiorum quæ diſpoſitę in atrijs, *imagines*, quis neſcit?

tum pſeudomenus) ψευδόμενος. fallacis argumentationis 19.
nomen. Ariſtoteles & alij. in Virgilio fere vulgatur, *fragor
intonat ingens.*

itaq. in eam panſam) ſic libri, vulgo *palam*. mihi placeat, 28.
itaq. in eam cauſſam v. e. inuectus.

Inſulta miſerum te quoq.) clauſula heroici verſus, in qua p. 330.
tmeſis Lucilliana, pro inſultate, vt notarunt docti. In ſe- 21.
quenti nota acute doctiſſimus Lipſius, *prius non tollas, quam
Tullium Ex nomine atq. omine ipſum interfeceris.*

interpellare, dicere, ducere) heſitantis librarij fuit, vt ſupra, 33.
initiare vel intimare. Certe *ducere* hic locum non habet.

ire, accumbere) ſic libri, non, *incumbere*. credo, recte. neq. p. 331.4.
ergo recta emendatio, *iret Demaenetus*, ex Aſinaria Plauti.
Res enim hic conuiuij, vt vides.

quam legere) ſic libri forte, *Eam*. poſtea libri ijdem, *ætas* p. 332.
vegenda, rectius quam quod in vulgatis, *vegeta*. nec tamen 20.
recte. nam & modus ſyllabæ repugnat, & vegere ipſum
aliud ſignificat quod huic loco non conuenit: itaq. reſcri-
bendum, vt edidi, *degenda*. Et erunt tamen qui, *vegenda* pre-
optabunt, & contra modulum ſyllabæ, & contra vim ver-
bi, hoc ſolo, quod abſtruſius paullo & varius vocabulum,
vt ſunt ingenia eorum qui hodie inſaniunt in his literis. In
loco Ciceronis male iungebant vulgo illa verba quæ ſeiun-
ximus, quæ certe aliunde ſunt; & vt ſæpe, linea integra ex-
cidit. in Virgilio; *vel quæ ſublegi*. in Turpilio volunt docti,
Poſtis arcedat & ſermonem hinc ſublegat: id eſt, poſtes acce-
dat. in Plauto malim, *ſermonem eius ſublegam*: falſo adfertur
ex Aulularia, quæ lenonem nullum habet; credo, vt alibi,
pro *Vidularia*.

Luſtris ſtudet) idem exemplum ex Aſinaria bis adfert. nam p. 333.11.
fruſtra libri priore loco, *Stridet*. in Turpilio ſcribe,

Quibus em rebus deſpoliaſti, fæde dum in luſtris latet.

Em, & *Im* pro Eum notatum apud veteres Donato, Philo-

xeno, alijs. in Afranio ſcribſi, *ab luſtris.* vulgo *ab ijs luſtris:* libri, *ab in luſtris.*

24. *ille nobilis*) de Diogene, aut Menippo. *terra pila,* libri, & ad eum modum multa in libris veterum. in Virgilio recte editur, *liquuntur.* & errat Nonius qui hæc confundit.

31. LIMARI, *exquirere*) ſuſpicio eſt Nonium accepiſſe pro rimari; nam ſane *limari* libri, non *limare*: & exquirere ac delinire illi alteri conueniunt magis. vitio exemplarium in quæ corrupta inciderat factum eſt vt ea miſceret, & adderet hæc de lima. Similis error in Philoxeno, qui fortaſſe a Nonio habet, Limatur, rimatur, terit, ζητεῖ. in loco Menæchmorum libri noſtri, *anum lima preterunt*: at in Plauto editur, *ianuam lima proterunt*: quod vel de clauſtro compedum, vel de carceris porta interpretantur; neutrum perſuadent. Et veriſimilior Gulielmij coniectura, *lamnam lima proterunt*; aut alterius, *anulum.*

p.334.4. *Nec a quoquam*) ſcribe, *ne a quoquam*: cetera ſcribſi proxime ad veterem ſcripturam, quæ hæc fuit; *ne cum quoquam acceperis alio mercedem annuam miſſi abeſſe, nec cum quiquam limares caput.* mox in voce *ſcematico* neq. agnoſco indicem fabulæ, neq. cur hic potius addiderit figurate dictum video, quam alijs exemplis. In Liuij loco; *cum illo ſoror mea voluntate nunquam limauit caput.* verba ſunt Philomelæ intexta telæ qua indicauit ſorori flagitium Terei.

28. *quod æs aut quid aliud*) ita ſcribſi proxime ad ſcripturam veterem, quæ fuit, *quod eſt aut quid aliut. In forma infuſum,* vel *in formam fuſum,* rectum eſt: forma exemplar, τύπος. ita forma e luto qua vtuntur conflatores, e ligno qua ſutores calcearij. Philoxenus; forma, χαλάπους, τύπος, μορφή. Accij locum tentarunt viri docti, non ſanarunt libri, *tum libida deleide lore hoc anima corpus liquerit.* in altero Næuij loco, *percontate nos,* & quod recte docti fecerunt, *percontat, Æneas. Liquerit* legiſſe Nonium, apparet: *reliquerit* tamen hic libri, & infra v. *percontat, reliquiſſet.*

p.335.7. *laudato ingentia rura*) Notarunt ſumtum ex Heſiodo;

Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐν φορτία θέσθαι.

quod ſæpe alia verbis laudemus, alia ſequamur. Iuuenalis Sat. XI.

Sed laudem ſiliquas occultus ganeo. —

Lucretius

Lucretius lib. III. *Hinc licet aduertas animum, magis omnia laudis*

Aut etiam venti, ſi fert ita forte voluntas,

Iactari cauſſa, quam quod res ipſa probetur.

Habes etiam in Iuuenali Sat. I. *— probitas laudatur & alget.* Cicero ad Atticum x. *laudari atque amari, ſed parietibus conti-neri.*

id eſt, *nec nominandi*) habet a Gellio II. VI. 9.

hanc primo ab litore) ita libri, non minus recte quam quod apud Virgilium, *hanc primum ad litora.* 16.

Tum laſciuum) habes verſum integrum ſup. v. *pecus. claſ-ſum*, antiquum eſt, pro claſſium, vt *menſum* apud Cenſorinum & l. c. toſ Cantus claſſum ſymphonia eſt ad quam mouentur remi, & ad eam ſimul Delphini, quos conſtat muſicæ amantes & *ſimum Nerei pecus* commode dici. Et ſpeciatim hanc Delphinorum ad claſſem Græcorum ab Ilio redeuntem laſciuiam notauit omnis antiquitas. Euripides electra; 21.

κλειναὶ νᾶες, ἄι ποτ' ἔβατε Τροίαν

τοῖς ἀμετρήτοις ἐρετμοῖς

πέμπουσαι χορὸς μετὰ Νηρηΐδων,

ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελφὶς

πρῴραις κυανεμβόλοισιν εἱλισσόμενος.

Cicero de Diuinat. I. *An Achiuorum exercitus & tot nauium rectores non ita profecti ſunt ab Ilio, vt profectione lætipiſcium laſciuiam intuerentur, vt ait Pacuuius, nec tuendi ſatietas capere poſſet.*

Luſtrare, ſequi) non recte. Eſt enim circumſpicere & explorare in verſu Virgilij miror eſſe quibus placeat *mecum* coniuncte legi. *reſonant me cum cicadis arbuſta*, ita dictum, vt, *Formoſam reſonare doces Amarillida ſiluas.* 23.

Cicero in Catil.) ita libri, recte. nam vulgo male auctorem citabant Salluſtium *Luſtrantur* in eo pro illuſtrantur; quod ſatis ſit refellendis ijs qui maluere, *eluſtrantur.* 25.

luxantur] at in Plauto *luxuriantur*. nihil tamen mutaui. nam & in Feſto habes, *luxantur a luxu dictum, id eſt luxuriantur:* quaſi Plauti locum in animo habuerit. Mox *præſpicere* libri habent, non *perſpicere.* 29.

ad quos] habes eundem locum infra in capite *de doctorum indagine:* vtrobique corruptum, nec medeor. p. 336. 11.

27. *quos non iacta*) ſcribe, *quos non lacte nouo.*

p.337. *lautum, mundum*) ita recte libri. vulgo, *nudum.* ijdem mox,

10. *Vilico quod hanc ſatis ſi vix putant lautum.*

25. *Et in Hortenſio*) expreſſi ſcribturam veterem: e qua faciendum; *nec dubito quin quicumque veſtitum lautum ac victum elegantem magnifice neque minus quam deceret colere inſtituiſſent.* Verba ſunt ex Hortenſij oratione qua increpabat vniuerſam philoſophiam. In ijs Socraticos Platonem, Ariſtippum, qui lautius quam Cynici alijque philoſophi vixerunt. Nota ſunt quę in Platonis *προφλὼ* obiecto a Cynicis.

p.338.11 *pater huius pacem*] at ſup. *paneci* in v. *tricones.*

p.341. *quia illorum*) libri, *qui aut*, Scribe, *quia aut illorum copias.*

17. in loco e Didaſcalico primo expreſſi ſcribturam, quam ex veteris ſcribturę veſtigijs elicuit maximus Turnebus, quem haud ſcio cur ſequi noluerint alij poſtea. Diximus ſupra qui eſſent libri didaſcalici; in hoc exſecutus fuerat Accius locum Accij ex Iliad. Ψʹ. vbi ab Achille ceteris ducibus dantur ἀριστεῖα luctæ, curſus, diſci, aliorum certaminum. Neſtori patera, quam noſter cenſet datam ei ἀριστεῖα ſapientiæ. Aliter Athenæus libro x. Dipn. qui cenſet fuiſſe præmium φιλοποσίας.

27. *quod kalendis*) ſcribe, *quot calendis.* Fauata puls, eſt fabacea, non fauo dulcorata. Macrobius Satur. I. XII. Ouid. VI. faſtorum. malo etiam, *dijs mactant.* locum Accij e Neoptolemo eſſe non e Philocteta bene monuit Iunius. nam in libris eſt *Accius opeolempota.* Idem recte, *macte his armis, macte virtute patris.* In Plauto libri, *exuo foras*, e quo ſcribſi, *exi o foras.* Erat hic locus in ea parte Amphitruonis quę perijt, & in cuius locum ſubſtitutæ ab imperitis ſcenæ duę, & in ijs fidei faciendæ inſerta quędam ex ijs quę apud Nonium: ſed non omnia. cetera fugerunt eorum indiligentem diligentiam, quæ fraudem arguunt certiſſime. In Nouio eſt qui ad aram obteſtetur numen, vt mulieri inimicæ malum immitat. Virgis mactat numen, vt in Mercatore Plauti, *Da ſane hanc virgam lauri.*

p.34[illegible]. *quibus ignes*) bene Gulielmius, *ingenium.* locus e Milite

20. non exſtat in vulgatis Plauti, nec ſine audaci mutatione inferri poteſt. Idem Gulielmius volebat in ſcenam, *ſequimini*,

vbi vulgo, *multimodis ſapis.* malebam in vltimam, vbi, *magis ſapis.* ſed verius eſt habuiſſe Nonium in animo locum illum ex ſcena, *quod volui vt volo. at geſtio. at modice decet. Moderare animo: ne ſis cupidus.* locus Ennij eſt ex illis Euripidis.

πρὸς σῇσι πλευραῖς πῶς ἐμὴ κοιμίζεται,
ἡ φοιβὰς, ἣν καλοῦσι Κάσανδραν φρύγες.
ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ,
ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων
χάριν τίν' ἕξει πῶς ἐμή;

in Accio ſcribſi, *iacite thyrſus leues.* proxime ad ſcripturam veterem, *iacet etniſus.* Imperite Palmerius, *thiaſos, thyrſus,* τοὺς θύρσους. in Turpilio malim, *ſuum.* in Varrone recte libri, *aut leuiter.* Sapiens aut dolore non attentatur, aut attentatus non deijcitur de ſtatu. in loco e Tithono, Iunius *ambos.*

MITIS] in Lucillio lege; *Eſt illud.* locus Ciceronis integer conſarcinatus ex fragmentis a doctiſſimo Victorio: *Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius, aut Philiſto breuius, aut Theopompo acrius, aut Ephoro mitius inueniri poteſt?* hiſtoricorum veterum elogia ſunt: itaque male edebāt vulgo, *aut theophraſto mitius,* inducti vetere ſcriptura, quę habuit, *aut teoforo mitius;* ſolenni errore etiam apud Gręcos, in quibus εὔφορος non minus ſæpe quam ἔφορος. Poſtea ridicule Nonius interpretatur maturum in Plauto & Turpilio. in Cicerone videtur ſcribendum, *quumque autumno terras ad ſuſcipiendas fruges patefecerit:* vel, *recipiendas.* Afranij locum addidi e libris. p.343.7.

Meret militat) in Lucillio ſcribendum;
— dum miles Hibera; p.344.
Terra ſac meret ter ſex, ætate quaſi, annos.* 28.

octodecim annos, quaſi ætatem dicit, id eſt quaſi omnē æuum. ſic enim ſolent: vt ætatem ſeruire, pro, omnem vitam ſeruire. Ridicule ille in Aſinaria Plauti ſeruus;

Ætatem velim ſeruire, Libanum vt conueniam modo.

vt apud Euripidem Hecuba: — τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη
αἰῶνα τὸν σύμπαντα δουλεύσω βίῳ.

in altero loco ſcribendum:

Annos hic terra iam plures miles Hibera
Nobiſcum meret. —

Sequentia valde confuſa ſunt, ita reſtituenda. *Meret, humillimum & ſordidiſſimum quæſtum capit, & ob mercedem, laborem vel infamiam corporis locat, vnde & mercenarij & meretrices dicuntur. Varro.* &c. Separanda enim hæc verba Noniana ab exemplis, quæ tamen ille adſtruit minus commode. Nam primum Varronis adhuc de militia eſt; hoc ſolum diuerſum, quod ſuperioribus merere abſolute dictum; hic plene æs merere. Et *æs militare* dixit generali vocabulo, vt *æs equeſtre* apud Chariſium, ſpeciatim merent equites, *æs auxiliare* apud Tacitum ſocij.

p. 345. 22. περὶ ἐξαγωγῆς) Recte hunc titulum Varroniani libri conſtituerunt viri docti. Proprium ſpontaneæ morti nomen ἐξαγωγῆς, vt exitus apud Vlpianum l. xj. §. Non ſolent. de his qui not. inf. Diſputatio omnis Varronis in hoc libro de cauſſis abeundi ex hac vita: in ijs de communi illa paſſimque vſurpata veteribus, qui victi ne victoribus ludibrio eſſent pręoptabant mortem, idque cum laude. Plena exemplorum omnia. Et ad hanc cauſſam exemplum Annibalis. Altera cauſſa deſperatione vitę in anguſtis rebus, exemplo Andromedæ, infra v. *ſtupidus* quam non probauit Varro, vt improbata conſenſu optimi cuiuſque & ſapientiſſimi veterum, qui mollitiei tribuunt non fortitudini, ferre aduerſa non poſſe. Tertia videtur fuiſſe, vitandi mali cauſſa; mali dico Stoici. hoc eſt, ne quid malum in te admittas: ſi ferri te ad vitium ſentias; ſi corpus inuitet te ad flagitium: quam cauſſam abitionis videtur probaſſe Varro loco qui ſupra v. *gangrana*: idque exemplo morborum qui corpori accidunt. Digitus præciditur, ne malum ſerpat ad brachium: quidni & folliculus hic, ne perrepat ad animum? ſpecioſa ratio; falſa tamen. Malum ac vitium vitandũ eſt alijs rationibus, non malo ipſo: quę diſputatio longa & pręclara. Et ſcimus diſplicuiſſe Eccleſię veteri qui impatientia libidinis, ne peccarent, virilia ſibi amputare præoptaſſent, quia virtute ipſa & amplexu boni vitare malum debemus, non his remediis: ideoque ij remoti a Clero, & ſpe Epiſcopatus aut miniſterij Eccleſiaſtici. Alia cauſſa mortis in Seneca, ſi poc-

niteat de alicuius maximi facinoris; vt in Alexandro, qui Clytum transfodit, *Et intellecto*, inquit, *facinore mori voluit, certe debuit.* nam ita ſcribſiſſe Senecam, & acuminis captandi gratia id extuliſſe, facile mihi perſuadetur. At nulla cauſſa leuior mortis voluntarię, aut inanior. feciſti male; viue & viuendo bene emenda vitam priorem; compenſa male facta bene meritis. Prorſus rectiſſimum illud Varronis in quacumque cauſſa mortis; *Quamnam te eſſe dicam feram, qui manu corporis feruidos fontium aperis lacus ſanguinis, teque vita leuas ferreo enſe.* Et bene conſultum apud antiquiſſimos quoſque vt infames haberentur qui ſibi attuliſſent manus. Carnificis loco habitos, hoc eſt in ſumma deteſtatione, notat Feſtus. ignominia poſt mortem multatos, Caſſius Hemina apud Seruium & Plutarchus. ne iuſtis quidem honeſtatos Artemidorus & Varro apud eumdem Seruium. Vide quæ Cicero in VI. de Repub. & ibi Macrobii collectanea.

Et in area) rectiſſime ita libri. Spatium omne vacuum, p. 345.
area: poſtquam ædificium impoſitum eſt, qua ædificatum, 12.
deſinit eſſe area; quod vacuum relictum, area eſt. priori ſenſu *area Capitolij*, apud Tacitum iiij. hiſt. poſteriori, *area Capitolij*, ſpatium vacuum qua adeatur ad Capitolium, in Hemina hic, vt in Varrone apud Gellium II. X. *voluiſſe ſe aream Capitolinam deprimere, vt pluribus gradibus in ædem conſcenderetur.* Item apud Suet. Caligula XXXIIII. Varro apud Macrob Satur. iij. iiij. *in quo præter ædem ſit area aſſumta deum cauſſa.* Itaque non eſt area in omnibus templis; quędam enim adibantur ex ipſo vico publico. At maiora quæque & auguſtiora præter templum aream habuere. ita habes aream Vulcani ſub dio, in Gellio iiij. v. aream fori, quæ extra forum, & e qua proſpectabatur faſtigium fori XIII. XXIII. aream palatinam XX. I.

Molle, placidum) Recte explicat. *mons mollibat mare.* placi- p. 347.
dum reddebat: mons ventum arcebat, atque ita mollibat 14.
mare ſtationem tutam efficiens, ſcio aliter viſum viro magno, qui reſcribſit, *qua montem mollibat mare*; ſed minus bene, neque in Ætna placet mutari, *Edit humum lima.* rectum enim eſt limo. humus limo editur, quia terra primum in limum liqueſcit, & ita dehiſcens dat introitum ſpiritui. Addo in eodem poëmate, paullo poſt, ſcribendum:

— non eſt hic cauſſa docenda,
Dum ſtet opus cauſſæ. —

non, vt editur, *docendi.* Dicturus de Ætna ponit primum
terram concauam eſſe & ventis peruiam. Eius rei cauſſas
plures an quirit deinde incertus vtra earum verior, an ſimul
omnes; addit iſta, ſatis ſibi eſſe, rem ita ſe habere, etiamſi
cauſſam veram demonſtrare non poſſit. itaque mox ab ef-
fectis probat ita eſſe, quod minus probabat per cauſſas. non
neceſſe eſt τὸ διότι monſtrare, dum conſtet τὸ ὅτι. quod
ſemper in principijs ita eſt. Ariſtoteles j. Ethic. Cauſſa,
τὸ διότι: opus cauſſæ, τὸ ὅτι. itaque ſtatim monſtrat cauam
eſſe terram, non demonſtratione potiſſima, ſed ſecunda-
ria; hoc eſt τῇ τοῦ ὅτι, non τῇ τοῦ διότι.

23. *miratus præmia pugnæ*) ita libri noſtri, non, vt in Virgi-
lio, *palmæ.* in Lucillio recte libri, *endo muco*: id eſt τῷ μυχῷ.
p. 351. *nam hic ſum nobilis*) ita ſcribſi e Feſto, in quo idem locus.
29. libri noſtri, *ſuam.* in Cicerone, *ind.* eſt *indices.* male edeba-
tur, *id.*

p. 352. *numero ſignificat cito*) male vulgo, *numero ſigno.* libri, *nu-*
15. *mero ſignificatio.* numero eſt cito, vel nimium cito: quod &
notat Feſtus, e quo lux aliqua iſtis fragmentis, in eo cor-
ruptus locus e Caſina Plauti: quem ita leges; *Ere mi ST. quid
vis mea ancilla? P. nimium ſæuis. ST. numero dicis: ſed hoc quic-
quid eſt loquere.* nam rectum illud, *numero dicis*, neque mu-
tandum vt crediderunt. ſæuire aiebat erum ancilla, quia
minabatur: ille ait, numero eam hoc dicere, hoc eſt, ni-
mium cito queri de eius ſæuitia, quam expertura ſit maio-
rem, niſi eloqui incipiat. ſed tamen ſtatim redit ad blandi-
tias, & id quidquid eſt vt explanet rogat. In Milite prorſus
eodem modo, ſcena vltima:

Perij. Py. haud etiam: numero hoc dicis.

ſic enim diſtinguendum. nondum tu quidem periſti, & ni-
mium cito perijſſe te ais, qui ſtatim periturus tamen.

p. 353. *Summis nitere opibus*) ita ſcribſi e veteri ſcribtura, *ſummi-*
11. *nitinere opibus.* vulgo, *ſummis niti naturæ opibus.* non longe
ab hoc loco fuit verſus qui apud noſtrum,

Et quod tibi magnopere cordi eſt, mihi vehementer diſplicet.

Totus is liber ſcribtus ſeptenarijs, & errauerit Nonius,
qui niti opibus explicat opibus fultum eſſe, quum dicat eum

cum quo contendit adniſum ſummis viribus. Errat etiam
in loco Virgilij, vbi niti volare explicat, quia alarum
mentio.

NARE) *innare*, pro innatare, vt Apuleio *ſupernare* pro ſu- 21.
pernatare. Mil. VI. *Credemus etiam exemplo tuæ veritatis & Phryxum arieti ſupernataſſe, & Arionem delphino ſupernaſſe, & Europam tauro ſupercubaſſe.* ita ſcribendum: vulgo male, *gubernaſſe.* & obſeruat exacte diſtinctionem nandi a natando, vt nare piſcium ſit & nauium, quæ vno ductu aquas ſecant, ſicut deos ſecare aëra ex Homero notat. Heliodorus: natare aliorum animalium, quæ terræ ſueta.

NECESSITVDO) peccatum hic erat vt ſexcentis in No- 28.
nio, incuria librarij, qui verſum vnum aut alterum omiſerat. quibus demtis locus e Iugurthino confuſus erat cum altero e Catilinario. nam ita libri & editiones habuerunt: *verum ea neceſſitudo, quæ etiam timidos fortes facit. Idem in Iugurtha: coactus rerum neceſſitudine.*

NECESSITAS) habet a Gellio xiij. iij. vbi *neceſſitas vis* p.354.
quæpiam premens ac cogens: e quo reſtitutus eſt Cæſaris locus. 7.

OCCVPATVS) locus Plauti in Amphitruone non exſtat, 32.
eſtque ex ijs quæ diximus deeſſe in ſcena, *Quis ad fores.* in Ennio lege, *Hector vi ſumma*, item, *iam ferre*, vel, *inferre.* Seneca Troad.

Quum ſubito noſtros Hector ante oculos ſtetit,
Non qualis vltro bella in Argiuos ferens
Graias petebat facibus Idæis rates.

in Varrone, *non nugas ſaltatoribus in theatro fieret*: id eſt, nugax, vt monuerunt docti: hoc eſt, non exhiberet ſe deridendum populo, quum repreſentatur in theatro a ſaltatoribus. In Hortenſio velim, *& tholum macelli*: libri ſane omnes, *macelli.* Locus ex Epidico melius collocatus fuiſſet in fine huius notæ, nam & ibi occupare pecuniam eſt fenori dare, vt in Verrina, & in Pomponio.

Erat opinio bona de Planco) vulgo edebatur, *de Plautio*; p.356.
manuſcribti, *de Plantio.* ſed verum eſt *Planco*; cuius hiſto- 14.
ria omnis coniuncta cum Lepidi hiſtoria; fluxa fides vtriq. & eodem tempore, neque auctoritas retenta apud eos quorum partibus acceſſerant. in Accio, *ſtirpem educebant.* in altero Ciceronis loco edidi, *quod voles a me fieri ſcribito.* male omnes libri, *ſcripto.*

10. OBSCAENVM) obſcænum ſemper aut immundum ac turpe, aut praui ominis: quæ alia nugatur Nonius, errat ſolens. In Ciceronis primo exemplo placet librorum noſtrorum lectio, *ſi rerum turpitudo adhibetur aut verborum obſcænitas*, prę vulgata. vtrumque enim reprehendit, ſi aut iocus in verbo palam obſcænus, aut in ſenſu. locus Accij ex Aſtyanacte deerat in omnibus exemplaribus præter optimum illud Victorinum; aberat etiam ab antiquiſſimis editionibus; ita ſoliti & alia prętermittere, quę inſigniter deprauata. Eum ita tentabam emendare:

Non Chalchas Phrygiorum fata edixiſſet exercitum
Morari, nec me ab domuitione arceret obſcæno omine.

primum illud, *arceret obſcæno omine*, certum eſt: item, *fata edixiſſet*, pro *fac ac deſiſſet*. mihi quoque certum Calchantis nomen latere in illis, *hunc atcaiſpinem*; pro, *nun calcas*. Cetera minus certa; nam pro *ſpinem regionum*, poſſis *ſeminum regiorum*, *ſpem Phrygiorum*, aut quid ſimile, item pro *me ab domuitione*, poſſis *meam domuitionem*, Notum ex Latina & Gręca tragœdia, reditum parantes Achiuos à Calchante inhibitos priuſquam reliquias Hectorei generis funditus extirpaſſent, occiſo Aſtyanacte. in Accij altero loco recte monuerunt ſcribendum, *arcem aſteumque*. In Lucillio ſcribſerim, *deum rex auertat verba obſcæna*. at in libris repetita vox *vertat*, credo errore librarij.

p.358.7. *defenſore*] velim, *nunc amatorem, olim defenſorem & patronum volet*.

10. *Lucillius Sat. lib. xviiij.*] ita malui cum vulgatis, quam cum ſcriptis, *xxviiij*: qui liber vix ſcriptus hexametris. Videtur idem diſputaſſe Lucillius, quod apud Ciceronem Themiſtocles, vter præferendus, vir qui pecunia egeat, an pecunia quæ viro. Salluſtij locum bene emendarunt docti; item Varronis, in Terentio rectum eſt, *præmium donum*, vt diſtichon epigrammatium, mulier meretrix, & ſimilia.

13. OFFENDERE] in Turpilio libri, vt edidi, *adimere pol.* vulgo, *ad limen* pol. in Lucillij lib. XXVII. libri, *neque alia in mare vlla*. in Terentij Eunucho editur, *Conueni*, non *offendi*: & ita Nonius retulit ſupra v. *conuenire*. ſed omnino habebat in animo locum illum e Phormione; *offendi adueniens cum quo volebam atque vt volebam collocatam filiam*. In Plauto

vox *tenebroſum* irrepſit e ſequentis notæ initio, vbi ſane fuerat, *obſcurum eſt ſine lumine, tenebroſum.*

OBSERVARE] Nota ſæculi Noniani vocabula, *magnificare*, & *ſuſpiciter*, quod dixit infra, *ſuſpicioſe*, in v. *ſeruare*; in Lucillio bene Iunius, *audeat*. p. 359. 29.

OBESVM) habet a Gellio XVIIII. VII, e cuius optimis libris legendum, *Læuius*, non *Næuius*. *in carmine* ſcribſit Nonius, vt eſt in libris, ex illis Gellij, *inſigniter dictorum in Læuiano illo carmine*, locus ipſe in noſtris corruptus, & e Gellij fidelioribus reſtitutus. p. 361. 13.

Plautus Moſtellaria) ſic ſcribſi. male libri omnes & editiones, *Ciſtellaria*. locus eſt in ſcena, *Iamprìdem ecaſtor.* 29.

tam eares) id eſt, tametſi ea res. ſed *præuortit* ibi non aliud quam in altero loco eiuſdem fabulæ. Ita & Cicero I. de diuinat *neque habes aliquid quod huic ſermoni præuertendum putes*. & in Plauto ſæpiuſcule. p. 362. 22.

promiſſaque barba] in Virgilio eſt, *immiſſaque* idque agnoſcit ipſe Nonius ſupra in v. *immittere*. Sed multa habet eiuſmodi μνημονικὰ ἁμαρτήματα. 30.

ſenidicis dictis) ita recte libri noſtri, quomodo & optimi Terentiani. In Siſenna, *protelatos perſequuntur*. Mox pro *adiuuare* ſcribſi, *adiugare*, ſecutus iudicium maximi Cuiacij; ſed metuo ne Nonius ſcribſerit, *adiuuare*, vt eſt in editionibus & in libris: ita certe videtur voluiſſe ex loco Varronis. Protelo in ijs omnibus locis aduerbialiter poſitum. *Pauſillulum* eſt pauxillulum. p. 363. 2

ſed ipſi ſeu animum) lege, *ipſi ſuum animum periclitentur, tum videant quid ſe putent eſſe facturos.* p. 364. 8.

premere, tegere) ita recte libri, non *regere*. Varronis locum edidi vt in ijſdem libris: cauem egregie emendauit maximus Scaliger: *Capitis corona faſcijs tiligneis Faciem labore flatili viridis premit.* p. 365. 12.

Iam cornu petat] grandiuſculum vitulum notat, vt in Pſal. LXVIII. ϰ ἀρέσει τῷ θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα ϰ ὁπλάς. p. 366. 25.

ponere, obſeruare) ſcribe, vt in libris, *ſeruare*. Ex ijſdem ſupra reſcribſi, *conterere*, pro vulgata, *continere*. p. 368. 7.

Dura iacet pernix) ita certatim legunt veteres grammatici. 19.

at nihil certiùs, quam ſcribtum a Virgilio, pernox, vt monuerunt docti.

28. *vbi nitidi ephoebi*) vulgatam lectionem enarrare niſus eſt maximus Turnebus. Sed mihi Palmerij coniectura placet magis, *modeſte amicti paſcunt pecora.*

p.369. *plagæ ſunt & in retibus*) ita recte libri. pro eodem infra,
12. *maculæ retiales.* locus Virgilij eſt libro *iiij.* non *viij.*

p.370. *Cæcilius Synariſtoſis*) συναϱιστοῦσαι. habet à Gellio xv.xv.
14. vbi male Cæcilij verba mutarunt.

28. *Ægro corde*) Veriſſimillimum eſt quod Merula monuit, *comas paſsis palmis lacerantes.* locum Iphigeniæ ſic emendabam: *Paſſo velo vicinum Aquilo in portum fert orias.*

p.371.4. PRAESTARE) Locos omes Ciceronis edidi vt in libris. in primo editur apud Ciceronem vulgo, *emtori damnum præſtari oportere.* ſed aliter legiſſe Nonium interpretatio eius arguit. Alter locus deeſt in omnibus libris; in optimo poſt *Tullius* ſpatio vnius lineæ vacuo. Tertius locus e III. de offic. aberat a vulgatis, quem ex libris reſtitui in Terentij loco magnum flagitium factum erat. deſcribſerat Nonius locum e Phormione, vti e libris edidi: at boni viri qui alterum ex Eunucho notius meminerant, reſcribſerant confidenter, *Terentius Eunucho, dij immortales, homo homini quid præſtat?* locus eſt in Phormione, ſcena, *Agedum vt ſoles.*

precipiunt) lege, *præcipiunt hæc iſti, ſed facit nemo.* incuſat
p.372. philoſophos ignaua opera & philoſopha ſententia. in Lu-
10. cillio *prædicere* ſcribendum non *prædicare*: & fortaſſe pro *tueri Tuſci*: Eſt enim ſeptenarius:

Porro amici eſt bene præcipere; Tuſci, bene prædicere.

Etruſci oſtentorum interpretes & aruſpicinæ doctores.

p. 373. *quid hoc ſicut facit*) libri, *ſic facit.* omnino ſcribendum, *ſi*
30. *cum faſcibus clam te ex vrbe proieceris.*

31. PRAESTRINGERE) hic vero Nonij error eſt, qui præſtringere legit in his omnibus locis, vitioſe. Nam & in Plauto, *præſtinguere*, fuit, & in alijs, *perſtringere.*

p.374. *In quibus partibus*] addidi hæc verba e libris, reliqua nem-
7. pe ex præcedenti Varronis clauſula. Quod Plauto palmam dat in ſermonibus, volunt eſſe in iocis, quibus ſane excelluiſſe Plautum teſtatur conſenſus antiquitatis: ſed & ſermonis Latini proprietas ei attributa, vt & a Gellio verborum Latinorum: in quo recte eſt I. VII. *Plautus verborum*

Latinorum elegantiſſimus; nec mutabit, qui apud eundem notauerit VII. XVII. *Plautum linguæ atque elegantiæ in verbis Latinæ principem.* At in eodem illo capite VII. libri I. male Carrionis editio, centeſimum quinquageſimum annalem Claudij quadrigarij nominat: nam neque tot libri ſcribti quadrigario, & in tertiodecimo ac ſequentibus ea ſcribta quæ his poſteriora. ſunt enim hæc de eadem hiſtoria quam ex Catone habes in eodem Gellio III. VII. quæque tractata quadrigario libro III. quomodo reſcribendum cum alijs editionibus.

Nonius decuma) ita libri recte, non *Næuius*. in ipſo vide num ſcribendum, —quod *prophana in domo*, 31.

Si tris menſes ſim in æde, vt p. d.

vt tres menſes det ſacris in æde, totidem profanis domi.

Dehinc poſtulo) Et hic memoriæ ſuæ nimium credulus p. 375.
Nonius non conſuluit Terentij codices: in quibus: 15.

—*alios mores poſtulat:*

Dehinc poſtulo, & ſi æquum eſt te oro Daue.

At hic aſſuit ex præcedenti ſcena illud, *vt nihil ſit moræ*. nam ita omnes libri.

PROTINVS] Duo notat; primum, varie enuntiatum a veteribus, qui & *protinam* & *protinis* dixerunt: deinde varia ſignificatione ipſum *protinus* vſurpatum, nunquam tamen pro ſtatim. Prius ad tractatum honeſte dictorum, vel de aduerbijs proprie pertinet, alterum ad hunc tractatum. In Varrone fine libri VI. habes hoc tantum, *protinam a protinus continuitatem ſignificans*. In Siſenna non dubito quin rectum ſit quod Iunio viſum, *caſtra de planitie*: item, *intra finis Aſculanorum*. In Tuberone, ſcribendum, *antiquis*. 29.

at ipſum HACTENVS) Omnino ſcribendum, *tenus*. Cætera reſtitui e libris. At ſupra vbi, *poteſt eius aduerbij enuntiatio varia*, ſcribe, *Eſt eius aduerbij*. p. 377. 23.

PLAGA) ſecutus veteres libros hæc reieci in hunc locum: nam ea ſeparata fuiſſe ab ijs quæ de plaga ſuperius dixit, indicio eſt quod eumdem Virgilij locum repetit. Plaga aut a Græco πληγὴ, & tum producitur; aut ἀπὸ τοῦ πλαγίου, quando corripitur, ſignificatque partes diuerſas e quibus quid compoſitum: vt in veſte quæ varijs pannis contexta vel conſuta, plagas dicis: in retibus, quæ diſtinctis maculis; in agro, qui pluribus arcis diſcriminatus; in prouincia 33.

ipſa, quæ diuerſis regionibus. Ita habes hic plagam cæli vel agri; in Virgilio plagas, quæ alijs Zonæ, vt cæli plagas in Varrone, ætheris in eodem Virgilio, agri in l. 41. §. agri. De leg. vt. & alibi ſæpe. Plagam in retibus *maculam retialem* vocat, iij. ſupra viciſſim dixit *maculam eſſe in retibus plagam*: quod verbum Itali & nos retinuimus in idiomate vulgari, quum dicimus *Maglia.* Rurſus in veſte *plagam* ait eſſe *clauum*: paullo aliter Varro, qui plagam e clauis: VIII. de ling. lat. *Nam ſiquis tunicam in vſu ita conſuit, vt altera plagula ſit anguſtis clauis, altera latis.* Ita *ſpectare dimotis plagulis cælum* in Suetonio. Et ad eum modum quę adfert exempla. In Pacuuio neſcio an reſtituendum ſit, *Et ſinitu picta de plaga pallam.* Afranio non facio medicinam.

p.379.2. *Religioſos*) habet a Gellio IIII. VIIII. quem male exſcribit tamen. locus Ciceronis eſt ex lib. Epiſt. ad Atticum nono, vt edidi. In eo eſt, *alter in vulgus ignotus*, cuius vltimæ vocis abſentia doctiſſimo Turnebo impoſuit. in Terentio libri noſtri, vt & Terentiani antiqui, *odium*, neque nouum, vt ita vtantur veteres.

21. *Modo ne nefarium*) De hoc loco infra capite ſequenti.

29. *& per venditorem*) in Cicerone, *per errorem:* quod credo eſſe verum. Langius deleuit verba hæc, *ſi hoc non eſt*; vt vides, male Sed ille vir magnus vt multa reſecauit ex ijs libris ſummo iudicio, ita interdum etiam rectis manus attulit.

p.380. RIGIDVM] Errat. rigidum a rigendo; id a Græco ῥῖγος:
21. quod vel glacie concretum, vel adſtrictum duritia. Id quia rectum, interdum pro recto ſumitur rigidum, vt in Virgilio rigida curuis opponuntur. In eo rectum eſt *mouere*, non *moueri*; item *motare*, non *nutare.*

p.381. REMI *ſunt nauales pedes*) Ex opinione Nonij, quam re-
12. petit infra cap de improprijs, in v. *reuocare* pedem. Poſtea remos pro remigibus ex Virgilio notat; ita enim reſtituimus auctoribus libris.

p.382. RVMPERE] in Terentio rectum eſt, *rumpere gaudium*, vt
16. rumpere vocem, queſtus, ſilentia, Virgilio; In eodem rectum eſt, *introrumpere*, adiuuātibus optimis Terentij exemplaribus. Lucilij locus ſupra v. *contenturum*; Afranij infra, v. *feruere.*

Si ſecubitet) ita ſcribſi, quia diſerte in libris, *ſi ſe cubit &c.* 33.
Videntur eſſe viri iurgantis cum vxore, cui ne daturum quidem ſe dicit quod petat, etiamſi ſeorſum cubare velit: quaſi hoc ſummum habeat in notis ſcilicet.

REDVNDARE, *redire*) hoc vero ſine exemplo. & aliquem *p.* 384.
abuſum notat Noniani ſæculi. In nota ſequenti, *hoc redi-* 16.
uit, in Lucillio, pro, huc redibit.

rumore ſecundo) Seruius refert ad antiquum Tiberis no- *p.* 385. 8.
men, *Rumon.* Feneſtellæ locum ludum ita reſtitui: neque eſſe arbitror qui amplius ambigat quin ita legendum. Pro initionibus etiam melius, *contionibus.* Ennij exempla duo in vnum coaluerant.

Caput obnubito] ex Verrinis adfert, quæ habes in Rabi- *p.* 386.
riana. credo memoriam ſecutus. 15.

Quod ſupereſt] Et hic memoriæ ſuæ credidit. nam in Vir- *p.* 387.
gilio eſt, *Hoc metuens, cæli menſes & ſidera ſerua.* 29.
In Meneandri loco repræſentaui ſcripturam optimi libri. Turnebus in ſuis fuiſſe teſtatur, *τηρῶ τὴν διὰ τὸν αἰγόχων.*

ſtrata viarum) id eſt, ſtratas vias. Iſidorus. *Strata dicta* *p.* 389.
quaſi vulgi pedibus trita. Lucretius: 18.

Strataque iam vulgi pedibus detrita viarum.

Ipſa eſt & delapidata, id eſt, lapidibus ſtrata. Idem Iſidorus mox: *Agger eſt media ſtratæ eminentia.* Vides iam Iſidori ętatem vſam ſtratę vocabulo, vt hodie Italicus idiotiſmus vtitur, pro via.

Secundum, iuxta) Repetit infra, de doctorum indagine. 21.
In Ciceronis loco, libri, *ſibiq. ſupra.* in Cicerone, *ſibiq. præſidentes.* cuius hic pars tantum exſcripta Nonio. in Virgilio,

Miſſuſque ſecundo defluit amni.

Ne quis lictorem) Ex antiquis legibus quæ virgas remoue- *p.* 394. 5.
runt a corpore ciuium Romanorum. *Iuſſiſſe velit*, formula ſolennis legum, pro iubeat: reſtituenda legi 11. C. Theod. de infir. his quę ſub tyr. aut barb. geſta ſunt. *Tyranni & iudicum eius geſtis infirmatis nemo per calumniam velit quod ipſe ſponte fecit euertere, nec quod legi time geſtum eſt.* quem locum vulgo male credunt eſſe mutilum. In loco Ciceronis lectio doctiſſimi Iunij ferri non poteſt. Attaliam & Atarnam Myſiæ vrbes obtrudit in Epiſtola ad Cæſarem iunio.

rem, ad quem ſane non ſcribſit niſi poſt Cæſaris Dictatoris mortem, neque poſt id tempus Cicero in Myſia. Liber optimus habuit *Athiquijam at nā.* cuius lectionis veſtigia ſecutus reponebam; *quum iter facerem Appia via matutina tempeſtate ſpurciſſima.* Bis Cicero poſt Cæſaris cædem abijt ex vrbe ad oram Campaniæ maritimam, animo tranſeundi in Græciam. Id iter Appia via eſſe norunt omnes. In Varrone ſcribe, *noluerit.* In Pomponio liber Caſauboni, *peditibus.* Simile illi Petronianæ quadrantariæ, quæ ſedere in equeſtribus volebat. In primo Lucretij exemplo recte libri, *infeſtu ſenſu*, id eſt, *infeſto*, vt in ipſo Lucretio. In altero libri, *Spurcitūs, idem ſubrutunda videtur.* in ipſo Lucretio mire variant libri, vt tamen conferenti varias ſcribturas fere certum ſit fuiſſe vti edidimus.

Spurcities, idem ſubus res iucunda videtur.

30. *Sobrium, madidum*) ita liber optimus: e quo feceris, *non madidum.* Vulgo, *inauditum*, e quo faciebam, *inamdum.* in Cicerone pro *lentibus*, vulgo *ſenibus*, quod melius eſt. At pro *ægris*, libri omnes ſcribti, *eugris.*

p. 395. 29. *Varro ἀμοιμεμεις*) hic titulus vbique corruptus: & nos vbique repræſentauimus ſcribturam optimi codicis: e qua nihil puto melius elici poſſe quam quod doctis viſum, *ἄμμον μετρεῖς, περὶ φιλαργυρείας.*

p. 397. 32. *Signati ſacra*] ita libri, non *ſignata*; quod confirmat Lipſianam coniecturam, *ſigna tum ſacra eſſe deſierunt.*

p. 398. 2. SAVCII) nota ætate Nonij abuſos voce *Saucius* tranſlata ad mœſtitiam animi. In Phoeniſſis ſcribſi, *Obit nunc veſtra mœnia.* vbi vulgo, *vbi.* In Turpilio ne ſequar docti viri coniecturam obſtant duo; quod nec Patrocli vulnus Achilli nuntiatum ante mortem, nec locus huic rei in Turpilij fabula.

31. *Lucillius Sat lib. vij*) ita recte libri, non *viij.* eſt enim ex eodem libro, e quo illa quæ ſupra,

— vetulam atque viroſam
Vxorem cædam potius quam caſtrem egomet me.

p. 401. 12. *Varro Seſquiulyſſe*) hoc fragmentum addidi e libris, quod deerat in omnibus editionibus. In eo notabat Varro vetitum bono more nequis ad imperia eueheretur antequam legitima ſtipendia meruiſſet. nam certe legendum eſt, *am-*

tequam militia ſubactus aliquot annis erat. Polybius libro VI. πολιτικὴν δὲ λαβεῖν ἀρχὴν οὐκ ἔξεστιν οὐδενὶ ἐὰν μὴ δέκα στρατείας ἐνιαυσίους ᾖ τετελεκώς.

Ennius Andromachemolotto) De hoc titulo dixi ſupra. libri ſcribti habebant, *Andromacha, hec malo.* Editiones, *Andromacha hac malos.* Videtur locus eſſe ex illis Euripidis: p.402.5.

παρέλυσε δ' ἂν Ἑλλάδος ἀλγεινοὺς
πόνους, οὓς ἀμφὶ Τροίαν
δεκέτεις ἀλάλωτο νέοι λόγχαις.

niſi ſi ex illis:

ἃς εἵνεκ', ὦ Τροία, δορὶ καὶ πυρὶ δηιάλωτον
εἷλέ σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὀξὺς Ἄρης.

quod non ſolum ſtringit) corruptiſſime hęc edebantur vulgo. nam & interuenerant hæc verba, *celeriter præterito*, quæ ſunt ſequentis notæ: & *tranſglubit* edebant male, quia inuenerant in libris, *ram glubit*, e quo faciendum erat, *ramos glubit*, vt in Varrone: in cuius optimis libris recte *quod*, vt & in Nonio: & notauit doctiſſimus Scaliger. in vltimo Virgilij exemplo bene libri, *Themillæ*, non *Camillæ*. 403.8.

Lucillius lib. xviij. addidi notam defectus; locus enim eſt Tragici veteris, a quo habet M. Tullius Tuſcul. I. Itaque deeſt exemplum Lucillij omiſſum a negligente librario, vt ſæpe in ſequenti loco Virgilij libri conſtanter, aſpargine, quomodo etiam ſemper in Pandectis Florentinis. p.405.3.

Sic Socrates) Lucillij locus integer, iunctis duob. fragmentis: *Et amabat omnes; nam vt diſcrimen non facit, neque ſignat linea alba; ſic Socrates in amore & in adoleſcentulis meliore paullo facie ſignat nihil quod amaret.* Dixi ad Ariſtænetum. 12.

Nam qui enare) Repræſentaui ſcribturam veterem, niſi quod in fine fuit, *poſtremo & pluuio contriſtat frigore celum;* ſcilicet omiſſis notis vocum Toga, tollere, tenacia, tempeſtas, trepidare, tangere, & initio vocis triſte, quæ male tranſpoſita fuerant in caput primum huius libri, vt monuimus ibi. Eius loco fuit in optimo libro in fine vocis, Velitatio, *Cæcilius Pauſimacho, mumiteres tamen:* quæ ſunt huius loci: nam omnino Salluſtius ſcribſerat, *Nam qui enare conati fuerant, icti ſæpe fragmentis nauium, aut adflicti alueis vndarum vi, inulcato fœde corpore poſtremo interiere tamen.* quę addita fue- p. 406. 10.

runt vulgo, *aut vulnerati a ſuis*, recte abſunt a libris.

19. *Detexere*) id eſt pertexere. Plautus Pſeudolo;

Neque exordiri primum vnde occipias habes,
Neq. ad detexendam telam ce tos terminos.

Vlpianus l. *librorum*. §. ſed nec cœpi. De leg. iij. *Non male quæritur, ſi libri legati ſint, an contineantur nondum perſcribti: &* *non puto contineri, non magis quam veſtis appellatione nondum detexta continetur.* Sequenti loco Titinnii iungenda videntur quæ infra, v. *deſueui*:

Paraſitos amoui, lenonem ædibus abſterrui;
Deſueui ne quo ad cænam iret extra conſilium meum.
Si rus cum ſcorto conſtituit ire, claues illico
Abſtrudi iub.o, ne ruſticæ togæ ſit copia.

23. *Tollere, occidi*) ita libri omnes; ſed in optimo cum litura; vt aliter fuiſſe appareat lego, *occidere*. Mox libri, *ad cui*: e quo feci, *at cui?* iidem, *hiatrus*; e quo recte Iunius, *cyathus*: quomodo diſerte liber Caſauboni.

p. 407. 3 *Lucillius*) corrupriſſimus locus, cui varia medicina tentata a doctis, minus feliciter. Ego vt in deſperatis omnibus exhibui fideliter ſcribturam librorum. In ſequenti loco ex Hortenſio edidi e libris, *toliere*: imperfectam ſententiam exſcribſit Nonius, vt ſolet. Ea niſi fallor hæc fuit; quamuis optima quæque ingenia non eidem rei nata ſint, nihil tamen eſſe quod ſi aggrediatur præſtans animus in eo non poſſit excellere.

6. *ectollere*) id eſt, extollere. deerat in vulgatis hęc vox, quam addidi e libris, in quibus conſtanter, *& tollere*, in Varronis loco ſcribe; *Nunc quis patrem d.a.n.n. modo aufert, ſed tollit niſi veneno?* vt infra, capite de verborum differẽtiis. In loco Ciceronis de officiis, melius editur, *multorum impunita ſcelera tuliſſemus*: in optimo ſane correctum eadem manu, *ſcelera*.

22. *Ennius Hectoris Lytris*) ita vbique ſcribendum, quomodo diſerte libri in v. *Specus*, & *cunctant*. aliis locis modo *Liſtris*, modo *Lyſtris*; nuſquam *Luſtris*. Ἕκτορος λύτρα notus fabulæ index apud veteres Tragicos argumento ſumto ab vltima Homeri Iliade, cuius idem titulus. Sed habuit Ennius a Tragicorum quodam Æſchylo forte, non ab Homero, apud quem nullus ſermo Priami ad vigiles Myrmidonum. locum ipſum Ennii exhibui ex fide librorum, niſi quod operæ male ediderunt *quadrupedam*, pro *quadrupedum*.

trepidante

trepidante dicta) ita libri, non *trepidanti*. fortaſſe ſcribſerat p.408. Lucillius, *Sed quid ego hæc animo trepidante edicta profundo?* 10. quid e pauido pectore emitto editiones baſilicas?

Nunquam tum animum) ita reſcribſi ex ipſo Cicerone & 18. veſtigijs noſtrorum codicum. In Turpilij priore loco recte docti, *veteri exemplo pruentium*. in altero, *bas minoris noxeus*,

Erum ſi forte quas galiolas vini tago.

Niſi quod vox *galiolas* minus certa; quæ & nimium abeſt a veteri ſcribtura, & verſui non conuenit. pro ea quærendum aliud vaſis vinarij nomen. Feliciter etiam reſtituerunt in Lucillij loco, *poſſe tagacem*, ex Feſto.

Naſcitur & pluuio) Hic veſtigia certa in omnibus libris p.409. eius luxationis quam notauimus ſupra. Nam in ijs nihil 14. aliud fuit quam, aut vnde nigerrimus Auſter naſcitur leat hoc Virgilius probat; & conſequenter ea quæ de phrygionib. in capite primo. At in capite quarto, in fine vocis *tamen*, *Mulcato fœde corpore poſtremo & pluuio contriſtat frigore cælum.* nos reſtitutis ſuo loco notis quę ex hoc capite in primum perperam tranſlatæ fuerant, locum integritati ſuæ reddidimus.

Afranius Priuigno) locus deeſt; omiſſa integra linea ab ex- 19. ſcribtore negligentiſſimo. potes ſupplere ex ipſo Nonio:

Vixiſti, triſtis, durus, difficilis, tenax. Item:

Non ego te noui triſtem ſeruum ſerium?

Succedunt) Et hic memoriæ credulus Nonius non con- p. 413. ſulto libro concinnauit verſum vnum e tribus, qui libro no- 31. no;

Diſcurrunt, variantque vices, fuſique per herbam.

Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum eſt.

Succedunt, ſeruantq. vices. ſtatione relicta.

Polemon) bene eruditiſſimus Victorius monuit ſcriben- p.414. dum, Polemon & amauit Craten & huic tranſmiſit ſuam 14. ſcholam quam dicũt: Diogenes Laert. in Cratete; καὶ ἀκροα-τὴς ἅμα καὶ ἐρώμενος πολέμωνος. ἀλλὰ καὶ διέξατο τὴν σχολὴν αὐτοῦ.

fugimus qui arte hac veſcimur] ita libri, non *arce*. Sermo p.415. eſt aut de ſacrificulis, aut de auguribus: de quis vtriſque 33. plura ſcribta in ea fabula alia indicia ſunt. Ij vbi ad ſummum diſcrimen ventum, fuga ſibi ſalutem quærunt. In lo-

co Accij libri, *ſedit*, non *cedit:* Videtur ſcribſiſſe;

Sed vt Achillis inclutis armis veſci ſtudet,
Vt cuncta opima lemma præ illis putet.

quæ alia inſerta ſunt, irrepſerunt ex verſu præcedenti In loco ex Athamante diſerte libri, *infans facinus*. dictum ſupra.

p. 416. *Velare eſt cooperire*) ita diſerte libri. ijdem mox, *Vola eſt media manus*.
14.

19. *vbi moneant tepiti*) ita libri omnes; at vulgo tapeti; e quo valde πιθανῶς conijciebat Turnebus, taphi; id eſt τάφοι. pleni, inquit libri, vbi ſint clarorum virorum τάφοι, quorum tamen. in ijs nec vola nec veſtigium.

p. 417. *Satthbarum*) placet quod Iunio viſum, *Scytharum:* item;
15. *Mortalis nemo exaudit*. — Et titulus libri, *Prometheo liberato*: dictum ſupra.

33. *Gnatho vrge*) ita diſerte libri: quod non fuerat mutandum. Eam perſonam inductam a Lucillio monuimus ſupra.

p. 421. INCIPIT DE DIFFERENTIIS VERBORVM) ita libri no-
10. ſtri exhibent titulum huius capitis, quod ſane habet Nonius ex doctorum grammaticorum obſeruationibus. vt hoc ipſum amoris & cupidinis diſcrimen, notatum & Seruio in IIII. Æneid. apud quem *Cupidon*, vt hic libri noſtri: ſed ibi *te conficit* cum noſtris vulgatis, pro quo libri *tecum ſeuit*. In eodem Afranij locus integrior affertur ex *Nerariæ*: titulo corrupto. Locus Plauti non eſt in ea Bacchidum editione quæ ad nos peruenit.

26. *tam pauſillus*) ita libri, hoc eſt *pauxillus*.

p. 422. *Et terens tum*) ita libri, niſi quod S. inter literas additum.
29 Omnino ſcribſit Nonius, *Et erectum*.

p. 423. 7. *Interea*) ſcribe, *Interea prope iam occidente Sole inhorreſcit mare*, vt apud Ciceronem I. de Diuinat. verſus eſt Pacuuij, quem Varro prouerbialiter vſurpauerat. Mox ſcribſi, *Siſenna hiſt. lib. iiij.* vt infra v. *cæcum*.

11. PROSTIBVLVM) ita recte libri, non *proſtibulam*; & mox, *quod ante ſtabulum ſtent*. in loco Plauto edebatur ante, *Intro ad bonam meretricem*; libri, *Intro abo*: e quo feci; *intro ibo; nam mer.* adde ſcribendum, *proſtibuli ſane eſt:* proſtibuli eſt inquit aſtare ſolam in via.

p. 424. *quod ſimule ſit ſuauiunt*) ita libri; nihili eſt quod editur vul.
15.

go, *quod ſimile ſit ſuauitati.* Videtur ſcribſiſſe Varro, *vnde, quod ſuaue ſit, ſuauium.*

is eſt quem exopto] ita ſcribſi, quia in libris, *ſi eſt:* in qui- p. 425.
bus etiam, *repertur:* ſcribe, repertus. In alterô loco ſcribſi vt 10.
in libris, *auſere*, id eſt, *auxêre.*

nouo dabunt) ſcribe, *nouo habitu.* 23.

quantu antiquius) edidi vt in libris: ſcribe, *quin tu antiquius* p.426.5.
quam facere hoc feciſſe videris. Locus Ciceronis e libro j. de Repub. ita legendus eſt vt edidi: *ſiqui creauit*, pro, is qui creauit, id eſt pater. exempla eius locutionis notata doctis. Sententiæ ipſi ſimile eſt apud Sidonium Narbone.

Quid primum venerer colamq. pro te?
Ni fallor, patriam patremque iuxta,
Qui quamquam ſibi vindicare ſummum
Poſſit iure locum tamen neceſſe eſt
Illam vincere, quæ parit parentes.

Terentinum locum Ciceronis addidi e libris.

multa erogitantes ſciſcere) ita editum volui vnica voce. Li- 25.
bri, *multa ergitantes.* In ſequenti nota lege, *Accius Erigona.*

SEBVM) locus corruptus & mutilus. *Vnguen.* libri om- p.427.9
nes habent recte, idq. ipſum locus Lucillij indicat; quem ita exhibet liber optimus, *Tiſifone tinnete pulmonibus atq adirem vngnem excoctum:* quem ſequuntur alij, niſi quod in Caſauboniano, *tecine.* Omnino ſcribſit Lucillius,

Tiſiphone tinctis pulmonibus atque adipe vnguen
Excoctum attulit Eumenidum ſanctiſſima Erynnis.

Sed in ipſo Nonio deeſt & exemplum ſebi, & vnguinis differentia.

dicigitis primoribus] ita liber optimus, & mox in Varro- 28.
nis loco, *digitibus.* vtrumque corrupte, & melius in alijs *digitis.* Idem liber & antiqui omnes, in Afranij loco, *cliuuntum*, vel *cliuantum*; quod non aſſequor.

POESIS) elegantem Lucillij locum expreſſi vt in libris ex- p.428.7.
ſtat cui medicinam fecerunt docti. Vide eruditiſſimi Heinſij fragmenta Lucilliana Horatianæ editioni adiecta. Sequentem notam, *fora* & fori, addidi e libris, quamuis ea rurſus in hoc ipſo capite non prorſus ijſdem verbis. Sed ſic ſolet Nonius.

Incendere) ita ſcribſi ſecutus libros. male mutarant, *incen-* p.429.5.
dier. frequentia exempla actiuorum ſignificatione paſſiua, vt

vehere, vertere, mutare, mouere, inſinuare, ſuppeditare, æquare &c.

16. *Pomponius*) ita ſcribendum vno ductu. male creditum olim Pomponij poetæ exemplum eſſe.

p430.25 *fulgeri*] ita liber optimus. Scilicet ſcribendum, *fulgetra*.

p.431. 14. *Poeni primi*) Antiquæ editiones habebant *Paones*; e quo fecerunt docti *Phoenices*, quorum τὸ φιλοχρήματον norant ex Platonis Politiæ lib. IIII. mercaturam ex omni antiquitate. At libri ſcripti omnes habent, *Pioue*; e quo feci *Poeni*; potes etiam *Iones*, qui certe etiam Græciam commercio corruperunt. Edebatur in fine, *exportauerunt*; pro quo libri, *io portauerunt*, e quo feci, *importauerunt*.

p432.25 MANVBIAS) habet a Gellio XIII. XXIII.

p.433.9. SENSVS) exempla duo coaluerant in vnum. poſterius vnde habeat, quærendum.

26. MORATA *quod eſt* MORIGERA) ita libri: nec dubium quin ita ſenſerit & ſcripſerit Nonius, qui in Plauto moratam recte explicat morigeram, peruerſe. In Afranio ſcribe, *dum non morigeram*.

p.434.9. *quæ feſti*] ita libri: vulgo *feſtiuo*. male; ſcribe *feſto*. feſto die concelebratur focus venerandis numinibus: profeſto cotidianum opus fit, at hic promiſcebat omnia, cotidianum opus feſto die faciens, ſacrum profeſto.

p. 435. QVARTVM) locum Varronis habet a Gellio X. I. vbi rectius, *quarto locum ſignificat & tres ante factos; quartum tempus ſignificat & ter ante factum*.

p.437.9. *in Cæſarianis*) ita veteres Grammatici vocant tres orationes habitas apud Cæſarem: pro Ligario, pro Marcello, pro Deiotaro. Hæc ſunt e Marcelliana.

12. PROBATVM) deeſt verſiculus vnus, in quo ſpectatum dicebat eſſe vis maioris quam probatum.

17. *Lucillius*) prorſus ſimile apud Liuium lib. VIIII. *Populus Romanus etſi nullo bello, multis tamen prælijs victus*. Tacitus de Arminio fine lib. II. Annal. *prælijs ambiguus, bello non victus*. Ita Gellius pugnam a bello diſtinguit I. XXV. *nam neque pax eſt induciæ; bellum enim manet, pugna ceſſat*. Eſt tamen vbi belli nomen poſitum pro prælio: Tacitus hiſt. III. *Nec Antonius vltra inſtitit, memor laboris ac vulnerum, quibus tam anceps belli fortuna, quamuis proſpero fine, equites equoſque afflictauerat*. ita vulgo recte; nec audio Farneſianum codicem qui

ſolus mutat. Modeſtinus lib. 1. Regularum: *Ad excuſationem munerum defunctus filius non proſit præterquam in bello amiſſus.* l. vlt. D. de vac. mun. *In bello*, id eſt, in acie, quod probat l. bello D. de excuſat. & §. filij Inſtit. de excuſ. tut. Eodem modo ſæpicule in veteri interprete dictys Cretenſis: *prorſus nullo aut perpaucis clade belli eius expertibus. Sepeliendis qui in bello ceciderant. bello decedere coacti ſunt. aduentu Aiacis fortuna belli mutata eſt.*

cenſere) ita libri. ſcribe, *cenſeres.* 24.

NOCENS) Veriſſima hæc nota, cui debemus reſtitutionem loci elegantiſſimi, qui & in omnibus Ciceronis libris & in noſtris corruptus, ita reſtituendus vti edidi: male in Cicerone, *nocentem aliquando & nefarium impiumque defendere*; male in noſtris manuſcribtis, *modo nefarium*: minima mutatione feci. *modo ne nefarium*. Notat officiorum præceptor nunquam accuſandum innocentem; non tamen in defendendo tantam cautionem adhibendum, vt nunquam liceat nocentem defendere; quod certe permittit, modo ne defendas in deos, in patriam, in parentes noxium; hoc eſt enim, *nefarium impiumque*. Prorſus ſimile apud Gellium II. VII. *propterea in eiuſmodi omnium rerum generibus patri parēdum eſſe cenſent, veluti ſi vxorem ducere imperet, aut cauſſas pro reis dicere; quod enim vtrumque in genere ipſo per ſeſe neque honeſtum neque turpe eſt, iccirco ſi pater iubeat, obſequendum eſt. quid enim? ſi imperet vxorem ducere infamem, propudioſam, criminoſam, aut pro reo Catilina aliquo, aut Tubulo, aut P. Clodio cauſſam dicere?* p. 438. 2.
Habendum religioni, eleganter Cicero, vt Ateius Capito v. lib. de Pontificio iure; *collegium decreuit non habendum religioni, quin eo die feriæ præcidaneæ eſſent.* Feſtus; *Salinum cum ſale in menſa ponere figulis religioni habetur.* Dolendum erat optimi ſcribtoris locum vulgo tam corruptum circumferri.

Et ceteras quidem res) Et hunc elegantiſſimum locum Ciceronis dolendum erat inemendatum legi: quem ita edebant vulgo, *tamen niſi omni attingunt*; libri, & edidi, *inſci nunat attingunt*; ſcilicet ſcribſiſſe Ciceronem; *Et ceteras quidem res in quibus peccata non maximas ferunt noxias, tamen inſcii non attingunt.* Habet a Platone, qui crebro queritur ad vulgarias artes in quibus offenſæ periculum leue, non accedere imperitos; ad Rempublicam in qua gerenda periculoſiſſime 25.

peccatur, imperitiſſimum quemque admitti. Vide Alcibiadem priorem.

p. 439. 13. *Titinnius Quinto*) ita libri: de quo titulo diximus ſupra. Male edebant vulgo, *Titinnius Diuortio.*

p. 440. 3. *& ab his continens*) caue reſcribas, *ab honeſtis.* non enim hoc voluit; ſed caſtitatem & eſſe continentiam libidinum turpium, & præterea religioſam munditiam ac puritatem; primum ex loco Georgicorum, alterum ex Æneidis: itaque in fine ſcribſit, *quod pars ſit pudicitia*, *cum alijs ceteris caſtitas.* quæ omnia ſunt & elegantię & obſeruantiæ Nonianæ.

33. *cum acceſſu*) ita recte libri. Habet a Gellio IIII. II. in quo ſcribe, *ſi hoc ita eſt, neque cæcus neque eunuchus morboſus eſt.* In eodem recte; *balbus & atypus*; vt in l. x. in fi. D. de ædil. ed. nam mutant non recte. Philoxenus; *Hatubus*, μογιλάλος.

p. 441. 4. MEMINISSE) Habuit ex Gellij VIII. X. cuius lemma ſolum ad nos peruenit.

10. DIE QVARTA) Omnino ſcribendum *diequarte.* habet enim a Gellio, quem vt ſolet intelligit, quum ait, *quorum auctoritas in obſcuro eſt.* a quo etiam eamdem notam habet Macrobius Satur. I. IIII. locus Gellij eſt, capite XXIIII. libri X. vbi vitioſe editur, *Is autem erit perpetuæ veterum conſuetudinis demonſtrandæ gratia*, *verba ſolennia prætoris ponere*; pro quo reſcribes, *Ius autem erit.*

16. *præcellentiſſimus*) ita libri; bene; habet enim & hoc a Gellio XI. XI. vbi eſt, *hominis in ſtudijs bonarum artium præcellentis.* E quo etiam diſces abeſſe quædam ante illa verba, *quantum in ſe eſt*: & in fine ſcribendum, *alterum incidit in hominem*, quod vſitatius dicimus, cadit. Polybius eleganter lib. XII. δύο μὲν τρόπους ἔφαμεν εἶναι ψεύδους· ἕνα μὲν τὸν κατ' ἄγνοιαν. ἕτερον δὲ τὸν κατὰ προαίρεσιν· καὶ τοῦ τὸ δεῖν τοῖς μὲν κατ' ἄγνοιαν παραπταίουσι τῆς ἀληθείας, διδόναι συγγνώμην. τοῖς δὲ κατὰ προαίρεσιν, ἀκαταλλάκτως ἔχειν.

22. FESTINARE) initium habet a Gellio XVI. XIIII. e quo diſcis in Catone ſcribendum, *tranſigit.* poſtea alios ſecutus auctores addit aliam differentiam, vbi reſcribendum, *vt ſit properare animi ſtudioſe a. r. a. c. f. corporis n. obſequentis.*

442. 2. MATRONAE) Et hoc a Gellio XVIII. VI. quem non aſ-

ſecutus eſt noſter: nam pro illis quidem Gellianis illud impendio probabilius eſt, quod idonei vocum antiquarum enarratores tradidernnt, non male Nonius; *Ad hæc fidelius locupletiores m. q. i. m. ſ. m. e. a. ſ. l. dictam m. t. m. ſ. ſpe matronæ nomine nuncupatam*: ſed perperam addidit, *matrem familias quæ in familia mancipioque ſit patris etſi in mariti matrimonio eſſet*, pro illis Gellianis, *quæ in mariti manu mancipioque aut in eius in cuius maritus manu mancipioque eſſet.* cui ſane contrarius Feſtus, qui negat matrem familias ante dici quam vir eius pater familiæ dictus ſit.

ac rugis) ita quidem libri. ſed volueram editum, *rugas*, e p. 445.
Feſto. Mox rectiſſime, hunc Græci ἀυτόπυξον vocant. 19.

indiſcretis inter frequenter) ita libri: ſcribe, *indiſcretim frequenter.* p. 446. 3.

INCIPIT DE IMPROPRIIS) Et hoc caput habet a vete- p. 448.
rum Grammaticorum obſeruationibus: in quo tamen vt in ſuperiore, multa puerilia, inepta, abſurda, dum ſuo more vel non capit quæ obſeruata doctioribus, vel ipſe aſſuit de ſuo ineptiſſima quæque nullo adhibito iudicio.

omnia queque) ita libri, id eſt, quæcumque. 33.

Nos in epiſtolis) Videtur ipſe afferre teſtimonium ex ſuis p. 451.
epiſtolis: vt in capite quarto v. *imbuere*, *Hoc in doctis intelle-* 11.
ctibus habemus. In ijs ſic legendum, *Euigila igitur aliquando, & moracium cogitationum, dum ætas in meridie eſt, torpitudinem pelle.* Ætatis meridiem obſeruat, vt noctis meridiem, pro
media ætate. p. 452.

TRANSGRESSVS) totus locus eſt e Gellio x. xxvi. e quo 30.
diſcis duo exempla coaluiſſe in vnum omiſſis aliquot vocibus: & ſcribendum, *in quibus gradus non ſit, de Sertorio: nactus.* Et in alio exemplo, *Earum aliæ paullum progreſſæ, nimio*
ſimul & incerto onere. p. 453.

VSV) Expreſſi veterem ſcribturam, e qua fecerim; vnde 24.
& vſurpare *dictum, hoc eſt obtinere quicquam poſſeſſione veteri,*
& vſu perire, hoc eſt non vtendo. p. 455.

Arripio) ſcribe; *Arripio, & roſtrum labeaſque oſque ferio, at-* 16.
que im Percutio.—

indagationes) ita libri: vulgo, *indaganter*, e quo procliue eſt 24.
facere, *indaganter.*

probri compotem) ita ſcribſi quum in libris inueniſſem, p. 456.
proprÿs: vulgo male edebatur, *opprobrÿs.* 26.

31. *quaſi nouæ ſubſcle*) ita libri; ſcribe, *quaſi nouæ ſubolis indoles ſit incrementum: veteres etiam ſenum dixerunt.*

p.457. 28. *inſinuaſſe in antiquam*) ita optime libri noſtri; quomodo etiam legi in optimis Ciceronis manuſcribtis, quos ſequi debuerant viri docti. In frumentaria Verrinarum: *quibus rebus ac muneribus inſinuet in familiaritatem Metelli.* Plautus Ciſtellaria:

quo is homo inſinuauit pacto ad te?

Item: *Inde in amicitiam inſinuauit cum matre & mecum ſimul.* Ita optimæ editiones Plauti. Virgil. Æn. II.

Tum vero tremefacta nouus per pectora cunctis
Inſinuat pauor. —

Lucretius lib. *cæcaſque latebras Inſinuare omnes.* Gellius III. VII. *Milites Romani in locum inſinuant fraudi & perniciei obnoxium.*

p.458. 25. *quid imaginum*) bene docti correxerunt, *quid magnum intereſſet, puerum vtrum eſſet d. v. an μόνον ἐξώτας purus.*

p.462. *No uus Colace*) ita ſcribendum, non *Næuius.* Verſus ipſos ſic reſcribes,

Grates & laudes ago, quum notis me multatis meis,
Quod præterquam velle audebam, hoc mihi euenit.

p.465.2. *in ſe dicito*) male vulgo, *in ſue dicit.* male libri, *in ſe dicit.* ſedicitus ſiue ſedigitus Laberij mimus. Poſtea ſcribe, *Claudius lib. xvj. Annal. Grundibat gr. pecus ſuillum.*

11. *Eligantes*) Gellius XI. II.

21. *Et impenſum*) ſcribe, *infenſum.*

27. *hijs erat furandum*) ita ſcribſi, pro *miſerat*, quod vulgati & manuſcribti habebant.

33. *gradatim*) ita libri: ſcribendum etiam, *vt dominatus quos appeterent.* tantus erat imperandi cupido, vt per ſanguinolentas ſeditiones magiſtratus & minores & maiores veluti dominationes ac tyrannides quaſdam ambirent. iunge locum qui infra ex eodem libro: *Tanta porro inuaſit cupiditas honorum pleriſque vt vel cælum ruere, modo magiſtratum adipiſcantur, exoptent.*

p.466.4 *Aſias in villas*) ita libri; ſcribe, *ſuas in villas.*

29. *Viden tu*) ita ſcribſi, quia libri, *vident vt.*

p.467.4 *vrbs parentum*) recte, parentum, quia pars patriæ & a matre computatur. Virgilius lib. VIII.

Gnatum exhortarer, ut mixtus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret.---

Et ex eo Sidonius Epiſt. IIII. XXI. Artemidorus extremo I. iij. τὴν δὲ ἐπιγραφὴν μὴ θαυμάσῃς διότι Ἀρτεμιδώρου Δαλδιανοῦ καὶ οὐχὶ Ἐφεσίου ἐπιγέγραπται· τὴν μὲν γὰρ Ἔφεσον συμβέβηκε καὶ αὐτὴν δι' ἑαυτὴν περιώνυμον εἶναι, καὶ πολλῶν ἀξιολόγων κηρύκων τετυχηκέναι. Δαλδὶς δὲ πόλισμα Λυδίας ὂν οὐ σφόδρα ἐλλόγιμον, διὰ τὸ μὴ τοιούτων ἀνδρῶν τετυχηκέναι ἄγνωστον τὸ μέχρι ἐς ἐμὲ μεμένηκε· διὸ θρεπτήρια ὥσπερ μοι πατρίδι πρὸς μητρὸς ταῦτα ἀποδίδωμι αὐτῇ. Inde eſt quod apud Euripidem Ion inuento patre Xutho qui aduena regnabat Athenis: dubitat an Athenas colere debeat, peregrinus quippe & ob id inuiſus, optatque matrem Athenienſem vt non ſit in totum peregrinus: --- εἰ δ' ἐπεύξασθαι χρεὼν,

ἐκ τῶν Ἀθηνῶν μ' ἡ τεκοῦσ' εἴη γυνὴ,
ὥς μοι γένηται μητρόθεν παῤῥησία.

Et apud eundem in Andromacha, Menelaus monet Peleum periculi imminentis Græciæ, ſi regnent filij ex Andromacha & Neoptolemo, hoc eſt barbari: vbi & patrię pars a matre.

INCIPIT DE CONTRARIIS) Hoc caput cum tribus ſequentibus videtur Nonius habere a lectione propria, cui procliue fuit legenti veterum ſcripta notare quę noue dicta ipſi viſa ſunt ſeu mutatis verborum generibus actiua pro paſſiuis & contra, ſeu mutatis nominum enuntiationibus, ſeu inuſitatius vſurpatis aduerbiis, ſeu caſibus nominum immutatis, ſeu modis ipſis verborum, vt loquuntur οἱ τεχνικοί. Et in his ipſis tamen multa inepte ſuo more Nonius, pręſertim in capite de mutatis numeris & caſibus. 6.

in ſummũ) ita libri ſcribe: *In ſummum, inde in o. p.a.* 15.

quod receptat) ſcribe, *quo ire cœptat?* ſequens locus Accij eſt ex illis Euripidis Bacchis: 25.

ὁμοῦ δὲ Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμέναι
χλωραῖς ὑπ' ἐλάταις ἀνορόφοις ἧνται πέτραις.

ſequentem locum Turpilij bene conſtituit Iunius.

ſin vero) ita libri, non *numero*. ſcribe, *in vtroque cum choro pari vagarunt.* p.468 4.

15. *fideliter abundiente*) ita libri; ſcribe, *fideliter quidem certe.*

19. *Et ordine*) ſcribe, *E de ordine.*

471.11. POLLICERE) ſcribe; *pollicere pro polliceri. Varro A. π. γ. Nam in omnibus legibus καθ' ὑπέρβατον: Ne dares, ne polliceres quid daturum.*

p.475. *Vſi honere*) Expreſſi fideliter veterem ſcributuram: e qua
28. faciendum, *Tu ſi conere, credo auitum ſceptrum patientur poti.*

p.477. *At accepiſti*) Gulielmius noſter volebat, *At at, cepiſti.*
17. fortaſſe verius ſit, *Pacuuius Atalanta.*

p478.18 Ε μεα) ſcribe; *E mea philophtonia natis*: item *augiſcere.*

30. *Plautus Aſinaria*) Et hic duo exempla coaluerãt in vnum: quę ego ex ipſo Plauto reſtitui.

p.479. *alteraata &*) ſic libri; ſcribe, *altera ætate, altera vulneribus*
13. *fatiſcuntur.*

p.486. PERNICI) a Gellio VIIII. XIIII. e quo diſcis in Siſenna
27. legendum *inferendæ pernici cauſa veniſſe.*

p.489.5. *Accius Bacchis*) Ex illis Euripidis: ἥκω κιθαιρῶν' ἐκλιπὼν ἵν' οὔποτε λευκῆς χιόνος ἀνεῖσαν εὐαγεῖς βολαί.

23. BACCHANALIORVM) Vide Macrobium Satur. I. IIII.

p.490.5. *Pacuuius Paullo*) Gellius VIIII. XIIII.

18. *Niſi citia*) Videtur eſſe idem locus qui ſupra in v. *hoſtire.* vt ſit ſcribendum, *Niſi coerceo ferocitatem atque ferociam.*

p.492. *Pieridum comes*) ita rectiſſime emendauit illuſtriſſimus
5. Scaliger, & monuit eſſe ad locutionem πρὸς τὴν ἠχώ. Et ſane libri habent, *comes*, non *comites*. ſed & quod idem monet ſcribendum *cauata* facile mihi perſuadet. at non *ſaxa*: *laxa* enim, quod in libris omnibus, melius.

15. *fructus vt vendatis*) ſeparaui hæc, quæ ſunt alterius exempli, cuius principium perijt. locus Varronis & Meleagris ad venatores eſt, quos ait nec fructũ nec delectationem capere ex venatione quæ tanti ſit vt cõparetur cum laboribus ex expenſis curſus, vigiliæ, eſuriei. Habuiſti ſupra ad eandem rem, *ſinautem delectationis cauſſa venamini, quanto ſatius eſt ſaluis cruribus in circo ſpectare quam his deſcobinatis in ſilua currere?* locum & Taphe Menippu reſtitui e libris.

p.493.3. *cognatus patre*) ſcribe, *quo natus patre*. Patris exemplum magnum momentum incitandis liberis.

5. *apud veterem*) id eſt, Gellium, vt monui ſupra. locus eſt

1.xvii. de Xanthippe Socratis.

pro imberbu] id eſt, imberbes. nam in Lucillio non aſſentior viro doctiſſimo qui cenſuit ſcribendum ex loco notæ ſequentis 26.

Maximus ſi argenti ſeſcentam ac mille reliquit
Imberbi androgyni barbato moechocinædo.

quin potius illa, *Maximus ſi argento*; temere huc irrepſerunt ex ſequenti nota.

mulio) ſcribe, *adoleſcentes vixerunt, quum maiorem partem eius gradus & ætatis ſtipendia facerent*, Hoc ait iuuentutem Romanam olim vixiſſe ſumma continentia, quum maxima pars iuuentutis honeſto loco natę nomen militiæ daret. p.494. 15.

vim citatum) ita libri, recte. male antea, *citatum quadrupedem.* p. 495. 20.

heredi re) perijt vnus verſiculus. nam in libris omnibus ſcribtum *heredi retollis medimnum.* Scilicet ſcribtum fuit; *Heredi reliquit. Lucillius Sat. lib. xviij. Millia ducentum frumenti tollis medimnum.* 31.

Vini mille cadum.

quem locum habes infra in capite de generib. vaſorum & poculorum, vbi etiam locus Varronis, qui integrior apud Plinium xiiii.xiiii.

ne comparandus) certe Nonius legit, *ne comparandus hic quidem illum eſt.* p.496. 12.

cogitare interdum) in Plauto recte eſt, *inter vias*: quod Nonius credidit eſſe antiquum genitiuum, vt familias: idque poſitum pro accuſatiuo, viam. in Afranio ſcribe, *Si non vereare.* 22.

oratum. peteret] ſcribe, *me ad te miſit oratum pater.* Iurgium in ea fabula viri & vxoris & conciliantis perſonam gerit communis filius, vt alia fragmenta indicant. 28.

vicem pecorum) ita ſcribendum contra omnes libros, in quibus, *vicæ*. hoc enim eſt quod obſeruat Nonius. Vicem eodem modo vſi plerique optimi ſcribtores: Plautus Captiuis: *Vt eum redimat ac remittat noſtrum huc amborum vicem.* Alij ſæpe. p.497. 27.

Vel aduerbio loci) hoc addit propter locum Amphitruonis, *potiremur domi.* in Pomponio ſcribe. *Domus hæc feruit flagitij.* vt infra. Lucillij primo loco non medeor. Tertium locum 32.

Lucillij bene conſtituit Lipſius; *ſi nihil ad faciem, & ſolum lupa proſtibulumque.*

Nummi opus atque aſsis.—

in Afranio ſcribe, *me quum priuaſti tui.*

p.493. 19. *Capitolij*) aut hæc vox abundat, aut aliquid deeſt, Capitolio tenus potiti Galli Romæ. quæ ſequuntur addita erant loco e Captiuis Plauti, *Ille alter potitus hoſtium eſt*; *ſignificat id gentitiuum in poteſtatem venit* in loco Ciceronis legit, *prudentiæ*, & ita accipit quaſi ſecundo caſu poſitum ſit,

p.499. 20. *Terentius*) non ſolet adferre ſine nomine fabulæ: ſcribe; Terentius Adelphis, *vt vouis decet*. locus eſt ſcena V. actus tertij. in loco ex Andria legit *huic viciniæ*, perperam.

p.500. 31 *poſtilla renigui*] ita libri, ſiue *poſtala*, ſed vtrumq. corrupte.

p.501.7. *metuens ſui*) an, *metuens viri.*

p.502.2. *mea fata*) ſcribe, *facta*. Mox in loco Salluſtij ſecutus doctorum virorum iudicium addidi quæ infra v. *æmulus*, in quibus apparet id quod obſeruauit Nonius. in Lucillio bene liber Nic. Fabri, *an gladium incumbat*. Plaut. Caſina, —*gladium faciam culcitam*, *Eumque incumbam*. Melius in eodem loco *videat* cum vulgatis, quam *viuat* cum libris antiquis.

p. 503. 11. *δὸς ϰ̀ λάϐε*) ita recte doctiſſimus Scaliger. Plutarchus Axiocho. Cicero pro Flacco.

p.507. 16. *Titinnius Quinto*) ita diſerte liber optimus: quod non fuerat mutandum.

p508.11 *ne inuidia deſit*) Scribe, *ne inuidiæ id ſit tibi.*

21. Quando) Magis placeat, *quanto*; item, *qui fullonem*, vt in vulgatis & in Priſciano, qui locum hunc Nonij laudat lib. x. apud quem male *Næuius* pro *Nonio*.

p.510.7 *Vt cum ea*) vulgo, *iucunda*: libri, *vtcumda*: e quo feci, *vt cum ea*. vt ſupra, in *Comparare.*

p.511. 3. *ferum feroci*) Scribe, *ferum feroci contundendum imperio*, *ſæuum ſæuiter*. Nam quæ hic ſomniarant de nota *ſeueriter* contra libros & ipſam Nonij mentem fuit. locus Ennij iungendus cum eo qui ſupra;

Æs ſonit, franguntur haſta, terra ſudat ſanguine;
Sæuiter fortuna ferri cernuit de victoria.

Datordoſcuno) ita libri; ſcilicet pro *Dato Dorſenno.*

p.513.9. *nos feratis*) ita libri. ſcribe, *Vos feratis*. In Hemina ſcribe

p.514. 14. *qua fini omnis artes humanitus aguntur*. dixi ſupra.

24. *Ergo nudos ſed ne*) ita libri. ſcribe,

Ergo, mi Dorſenne, quum iſthæc memore meminiſti, indicat
Qui illud aurum abſtulerit. Non didici ariolari gratis.

Inducebat ariolum, qui fidei faciendæ multa enuntiabat quæ artis ſuæ ope ſe fere ſciuiſſe fingebat. vt ſolent eiuſmodi agyrtæ. is quum tandem vrgeretur dicere quis aurum amiſſum abſtuliſſet, qua cauſſa vocatus fuerat, negat ſe dicturum niſi præſentem pecuniam viderit. Dorſennus Comica perſona, vt ſupra in eodem Pomponio, *Dato Dorſenno & fullonibus publicitus cibaria*.. Philoſophiæ inſcribtio, quia philoſophorum nomen ementiebantur iſti circulatores.

Acius Andromache) immo., *Ennius Andromache molotto.* p. 515.

Annos multos. Dixi ſupra ad caput quartum. .. 13.

Multum ames) fruſtra mutare conantur viri docti: rectum eſt, paullum des crebro: præcipit amanti monitor, vt crebro det ſed paullum. in loco Ennij recte emendant, *aut lapis dura.* locus ex Ergaſtulo ſupra bis laudauit auctorem Pomponium, non Trabeam: tamen libri conſtanter hic habent, *trabem.* Mox addidi e libris notam *Perſpicace*, quam habuiſti ſupra in ea lege, *quam materno viuis pectore.* 25.

Hocin re eſt) ſcribe, *hoccine eſt.* p. 516. 4.

DE DOCTORVM INDAGINE) Et hic tractatus ab aliorum obſeruationibus, in quem ſparſim coniecit, quæ non cadebant in titulos ſuperiorum capitum, nec proprium titulum inueniens ſpecioſum nomen adſumſit, *indaginem doctorum*: neque hic tamen aut diligentior aut iudicij maioris quam in alijs; quamuis in hoc tam ſibi placuerit vt eum nomine doctorum intellectum laudet ſupra capite quarto in v. imbuere. Ex hoc capite duo teſtimonia adfert eruditiſſimus Grammaticus Priſcianus lib. j. de ſifilo, & lib. vi. de incude. abſque quo eſſet, ætatem noſtri ſarcinatoris potuiſſemus conijcere in poſterius ac deterius ſæculum. p. 517. 6

in Theſpiadum aro) ſcribe, agro. Theſpiades Muſæ. Stephanus. Apollodorus. p. 518. 21.

Eſt parra Veſtæ) ita optime liber optimus. in eodem recte; *Fabius Pictor rerum geſtarum lib. j.* non, vt vulgo, *rerum naturalium.* In eodem erat *Pelius Pætus*, e quo feci *Ælius.* quomodo habes apud Valerium Maximum, & in optimis codicibus Plinij, teſtantibus doctis. Ita reſcribendam etiam in Frontino eandem hiſtoriam recenſente. Tuberonem vocat Plinius non Pætum, ſed & Pætu & Tuberones, Ælij. 27.

Athenæus ſub finem lib. VI. Μούκιος γοῦν σκευόλας ζοῖτος ἐν ῥώμῃ τὸν πάτριον ἐτήρει νόμον, αὐτός τε, καὶ Αἴλιος τουβέρων καὶ ῥουτίλιος ῥοῦφος. ſic enim ſcribendum, non Ναύτιος ῥουτίλιος· nam & ſingulis duo tantum nomina adſcribit, & Nautij Rutilij diuerſi a Rufis.

p. 517. *placere ſtudeat*) ita libri noſtri; & ita in Donato & in Te-
5. rentio Bembi. In Lucillio ſcribe, *Nunc paucis malle a: ſæp.*

23. *Varro de ruſtica*] ita libri. nec melius vulgo, de Republica. ſcribe, *Rerum humanarum lib. xx.* in quo de cenſoribus actum indicet locus qui ſupra v. *ſortirent; quum venerint cenſores, inter ſe ſortiant.*

p. 520. *quid ea ſcribti vis*) ſcribe, *qui de adſcribtiuis.* Adſcripitiui ſunt
8. ſupernumerarij milites, vt vocat Vegetius. Varro VI. de lingua Lat. *Adſcribtiui dicti, quod olim adſcribebantur inermes, qui ſuccederent armatis militibus, ſiquis eorum deperiſſet.* Vide & Feſtum: qui eoſdem eſſe ait adſcribtitios, accenſos, velatos, ferentarios, rorarios: at Varro accenſos legi ex adſcribtiuis poſtquam ſunt attributi centurionibus ac decurionibus; vt ſupra capite primo, Conſulibus ac Prætoribus: vbi Nonius *deputatos* dixit poſterioris ſæculi verbo. Vegetius II. XVIIII. *ad obſequia tamen iudicum vel tribunorum, necnon etiam principalium deputabantur milites qui vocantur accenſi, hoc eſt poſtea additi quam fuiſſet legio completa, quos nunc ſupernumerarios vocant.*

12. *pugnis & lapidibus*) Paulus ex Feſto, *fundis & lapidibus.*

p. 528. 4 *ad Herculis athla athletæ*) ſic liber optimus, commodiſſimus.

26. *Hic Demetrius*) Edidi vt in libro optimo ſcribtum inueni. Præclare doctiſſimus Scaliger in Catalectis edidit,

Hic Demetrius æneus tot aptuſt
Quot lucis habet annus abſolutus.

Varronis Hebdomadæ continuere imagines clarorum virorum, ſimul eorum elogia, vt notauerunt docti ex Epiſtola Symmachi, cuius initium, *ſtudium quidem Menippei Varronis imitaris,* quę ſcribta Auſonio Burdigalenſi vt & LXXXIII. libri noni: itaque in illa rectum eſt, *quæ in veſtrates viros nunc nuper condis Epigrammata*; id eſt in profeſſores Burdigalenſes: &, *duriorem materiam admittere*; quia difficilius Auſonio profeſſores ſuos laudare, quam Varroni Homerum,

Heſiodum, Pythagoram, Platonem, Ariſtotelem, Curium, Catones, Fabios, Scipiones, Lælios. *Menippæi Varronis* nomen bene reſtituit in Symmacho & Arnobio Carrio. Athenæus id peruincit lib. IIII. Κλέαρχος δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ περιπάτου ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν, ὡς παροιμίαν ἀναγράφει τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον· ἧς μέμνηται καὶ ὁ ἐμὸς προπάτωρ οὐάρρων ὁ Μενίππειος ἐπικεκλημένος καὶ οἱ πολλοὶ τῶν γραμματικῶν τῶν ῥωμαικῶν οὐχ ὁμιλήσαντες πολλοῖς Ἑλληνικοῖς ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσιν οὐκ ἴσασιν ὅθεν εἴληφεν ὁ οὐάρρων τὸ ἰαμβεῖον. Sed Menippeus dict⁹ Varro quum eius Menippææ laudantur, in quis ſatyra inſcribta τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον; Gellius XIII. XXVII. item Hebdomades, vt hinc diſcis: quum alij libri laudantur, non ita vocabis. Varronis libri omnes logiſtorici aut Menippææ; exceptis illis operibus iuſtis & magnis, Antiquitatum, de re ruſtica, de lingua latina, & ſiquę eiuſmodi Menippææ magnam partem verſibus ſcribtæ, logiſtorici ſoluta oratione. cuiuſmodi logiſtoricus Catus vel de liberis educandis apud Gellium IIII. XVIIII. & XX. XI. Quum ij libri citantur, logiſtoricus Varro dicitur. Sidonius Apollinaris: *Varronem logiſtoricum ſicut popoſceras, & Euſebium chronographum miſi* id eſt, Varronis logiſtoricos & Euſebij Chronicon. Hebdomadum Varronis, qui etiam inſcribti *de imaginibus*, mentio etiam apud Gellium III. X. XI.

FETIALES) ſcribſi, *Vi aut rapinis*, quia in libris, *qui aut ra-* p. 529.
pinis. mox ſcribe, *prinſquam id fuiſſet*. In Varrone vulgo erat, 17.
nulla licentia libri omnes, *magna licentia*, hoc eſt valde licito fiebant.

ATQVE) a Gellio X. XXVIIII. in loco Ennij ſcribe, *acce-*
dit, vt in Gellio. p. 530. 2.

INTRA) Et hoc a Gellio XII. XIII. quem intelligit quum 12.
ait *in veteribus inueniri non ita claris ſcribtoribus*, vt ſupra monuimus. In eodem reſtituenda hęc vox in lemmate capitis ſeptimi libri X. *fluminum quæ vltra imperium Romanum fluunt*, Scribe, intra. Nam vt Nilus non totus flueret intra Romanum imperium, certe & Rhodanus & Danubius ætate Gellij intra illius fines erant.

dem ſuperſtãtium) de hoc loco dixi ſupra ad caput quartum.
libri hic conſtanter, *inde inſuper ſtantium*: vt fortaſſe ſcribſe- 33.

rit Salluſtius, *inde ſuperſtantium manib. i. m. a.*

p. 532. *tabernis lanignis*) ſic libri, quod dudum notauit & enarra-
20. uit doctiſſimus Turnebus. vulgo perperam *Ligneis*.
30. DE GENERE NAVIGIORVM) Sequentes ſeptem tractatus
habet a propria lectione, in quibus non accuratior Nonius
quam in ceteris.

p. 533. 15. *in Homeri*) ſic libri, recte. ἐν τοῖς ὁμήρου. *portenta monſtra,*
vt *monſtrum exemplum,* in Plauto; & ſexcenta euiuſmodi.

p. 534. *Deſultorio*] ſcribe περὶ τοῦ γράφειν. *Alius.* vt ſupra. Cetera
24. non adſequor.

p. 539. *ricam, ricinium*) ita ſcribendum. male enim hic incipie-
21. bant alteram notam de ricinio, contra mentem Nonij. lo-
cum Turpilij ex *Hetæra* eſſe non ex Veliterna monuerunt
docti: Græci tituli omnibus eius fabulis, vt Titinnij Lati-
ni.

p. 542. 2. *maſurtium*] verbum huius ſęculi: mauorte & maforte apud
Iſidorum & in Gloſſis Latinis ſæpe.

p. 543. *apocaſchias*) Volunt, *apothecas*. mihi verius viſum, *ampho-*
19. *ras*. Amphorę chię opponuntur matellę communi. chias a-
pothecas quis dixerit?

p. 547. *aut galeola aut ſinum*) locus eſt etiam apud Priſcianum lib.
23. VI. & Seruium in Eclogam VII.
33. *anancæ a populo*) ita malo, quam cum Cantero, *anancea*
pocula. quod & longius abeſt a ſcribtura, & ſi ita legas, quid
erit illud, nobilium Tarentinorum? quod recte Scaliger mo-
net, in ſybaritana præda eſſe tripodas, creterras, anancas do-
natas a populo nobilium vrbium ſinus Tarentini. Alioqui
nec anancæ in poculis, quæ iunguntur creterris, quæ titu-
larum capacitate; & locus Plauti: indicat Ennius eſſe id vas
quam vt eo bibi ſolitum. Ἀνάγκη vrna iudicialis, inde tranſ-
latum nomen ad alias vrnas. pollux init. lib. VIII.

p. 554. SPAROS) dele hanc vocem. Lanceam hic tantum notat,
10. ſparum infra.
26. *quicquid opus eſſent*) ita libri: ſcribe; *qui quod opus eſſet.* in
Catone melius vulgo, *prædatum*.
33. *& orbes axe vincti*) ita ſcribſi, quia in libris, *ſaxaque ingen-*
tia turbe ſaxa e iuncti.

p. 556. 4. *Commutus*) bene emendauerunt, *Connixus tamen ex tem-*
pore ſigna conſtituit. locus ex lib. iiij deeſt: nam quod in vul-

gatis

gatis addebatur, erat lemma ſequentis notæ, materæ tela grauia bellica: pro quo male addiderant vocem, *lanceæ*.

Sani) credo, *Spani*, ſiue *hiſpani*. 8.

in Afranio) nam eius habes fratrias, conſobrinas, mater- p. 557.
teras, Maritos, priuignum, Sorores, & Vopiſcum; quoniam 16.
& huncin titulum de propinquitate concluſit Nonius, qui nihil ad eum titulum, certe nec Cæſares, nec Aggrippæ, ne diligentiorem ſe in hoc poſtremo capite præſtaret quam in toto opere fuit.

NOTÆ AD FVLGENTIVM.

Non infeliciter Iunius hunc libellum Fulgentij adiunxit 559.
Nonio, meritum ſane inſcitia & indiligentia prorſus ſimili vt ſimul ederetur: cuius exempla in choragio, quod explicat funns virginale, vt elogium hereditatem in malo, abſtemium obſeruantem, manubias ornamenta regum. Sed hoc præſtat Nonius, quod ſumma fide citat optimorum ſcriptorum locos; quod minus certum in iſto, qui & Pacuuij Pſeudonem comœdiam citat, & Plauti Caciſtum, & Taciti librum facetiarum, & Græcos ſcribtores Latinis vocibus explicandis, & pleroſque alios, de quorum fide non certiora auſim affirmare poſt Fulgentium, quam de pleriſq. eorum ſcribtorum qui laudantur ab auctore libelli qui inter Plutarchi opera inſcribtus *περὶ παραλλήλων ἑλληνικῶν καὶ ῥωμαϊκῶν*. nam eum Plutarchi eſſe quis ſanus crediderit? in quo narrationes pleræque falſæ, ineptæ, maximam partem confictæ vt reſponderent veris; auctores vero laudati plerique impudentius & audacius quam fidelius.

domine) vidi qui legeret, *ordine*. ſed malo quod in quibuſdam libris inuenio, *ne de tuorum præceptorum ſerie, domine quicquam curtaſſe*. Nam ita, domine, habes in alijs Fulgentij libris, & vſitatum hoc ſæculo. *Curtaſſe* ſane melius quam quod alij, euitaſſe: item *ſpumus* quam *ſomnus*, *Enthecam memoriæ* dicit affectata elegantia ſæculi ſui, vt in j. Mythol. *quicquid Helicon vernalibus horreis enthecatum poſſederet*; nam ita legendum; id eſt repoſitum. Iſidorus, *Entheeam Græco ſermone repoſitam rei copioſam ſubſtantiam appellamus*. Entheeæ prædiorum dotes apud Iuriſconſultos, inſtrumenta agri co-

lendi cauſſa, & ſiquid aliud repoſitum in vſum agri. l.11. §. vlt. De inſtr. & inſt. leg. L. Titia §. Lucius. de leg. ii. Vide quæ notauit doctiſſimus Iuriſconſultorum Cuiacius ad ſeptimum Reſponſorum Papiniani.

p.560.2 *Antidamus*) immo, Antidamas.

5. *Mnaſeas tamen iij. Europæ libro*) ita ſcribendum monui dudum. in libris, Mnaſcas in Europę libro. Mnaſeæ duo laudantur veteribus: vnus locrus vel Colophonius qui ſcribſit. pęgniæ, laudatus Athenæo lib. VII. Alter Patrentus qui ſcribſit Periplum, Aſiam, Europam, laudatus ſępe veteribus Grammaticis, ex quibus patet antiqua eum & heroica tractaſſe. Libri de Europa modo citantur nomine τῶν εὐρωπακῶν Athenęo non ſemel; modo εὐρώπης πρώτῳ, δευτέρῳ, τρίτῳ, eidem Athenęo, Harpocratiani, alijs. At libri de Aſia inſcribti περὶ Ἀσίας, Athenęo & ſcholiaſtę Apollonij.

6. *ab Ioue ictus*] credo Apollinem pro Æſculapio ponit: neq. enim antiquitas Apollinem occiſum fabulata eſt: at Æſculapium fulmine tactum a Ioue finxerunt. Ideo ſcribſi *ictus*, non, *vinctus*. quamquam hęc omnia poſſunt imputari Fulgentianę incogitantiæ, cuius infinita in paruo opere veſtigia.

10. *in Pœnulo*] ita reſcribſit Iunius contra fidem librorum omnium, qui habent *in Menæchmi comœdia.* quomodo ſcribſiſſe Fulgentium arguunt quæ infra ex eodem poeta affert mutatis fabularum nominibus, ex Mercatore, quę ſunt militis glorioſi, in v. luſcitioſos. ex Aſinaria, quæ ſunt Pſeudoli, in v. promos, ex Bacchidibus, quę ſunt Stichi, in v. naſiterna. ex Chryſalo, quę ſunt Bacchidium, in v. ſtega: quæ corrigere nullum eſt opere precium, niſi vt diligentiorem perſuadeamus fuiſſe Fulgentium quam fuit.

20. *verrere*) ita ſcribendum, non *vertere.* aut *vereri*, quod eſt in priſcis editionibus. id eſt quod Feſtus *trahere.*

23. NEFRENDES SVES) ita ſcribſi, quia veteres libri, nefrendes ves. Totum locum mutauerat Iunius ex fide Pauſaniæ, quem non ſequitur Fulgentius & ſuo more nugas blatit; nam & Athenas pro Meſſena, & ſacrum Marti pro Ioue fieri ait: quem non corrigo memor Horatiani pręcepti,

Inuitum qui ſeruat idem facit occidenti.

28. *inſulam Lemnon*) Et hoc mutare mihi religio fuit cum Iu-

nio, qui ex Pauſania reſcribſit *Ithomem*. ſed idem *Athenienſibus* retinuit, quod eadem confidentia mutandum fuerat. Nec ſcio an ego ſatis recte fecerim qui Iunio credulus immutaui vulgatam ſcripturam quantumuis corruptam quæ fuit, *quod ſacrificatum eſt a duobus Cretenſibus, vno locro, id eſt Tumine Cortinienſi, Proculo Locro.*

e contra) ita libri veteres, quod non fuit mutandum in p. 561. 3.
aduerſus; non magis quam id quod ſequitur, *poſt tergum*, quod eſt eiuſdem elegantiæ; pro quo Plinius *in tergo*, Gellius *auerſam*.

armillus cxl.) immo clx. Valerio, Plinio, Gellio: in 5.
quo non capio quod addit, *populi militaria dona habuit multi inga, in his prouocatoria pleraque.* nam quæ hæc populi militaria dona? immo ſcribe, *ſpolia militaria habuit m.* Valerius: *Sex & triginta ſpolia ex hoſte retuliſſe, quorum ex numero octo fuiſſe cum quibus inſpectante vtroque exercitu ex prouocatione dimicauiſſet.*

feciſſe) ita libri veteres, non, *ſacrum feciſſe.* ſed hoc poſtre- 16.
mum incertum vnde habeat, quod nec in Plinio, Valerio, Gellio Sitium hunc dentatum celebrantibus, & prorſus abſurdum, eum primum apud Romanos Marti ſacrificaſſe. Videtur tota hæc poſtrema clauſula adiecta a quopiam, qui non videret qui exemplum hoc cohereret cum ſuperiore; quod certe non alia cauſſa addidit quam propter mentionem eius qui centum hoſtes interfeciſſet ſua manu, quod factitatum a duobus Ariſtomene & Therclo. item a Sitio dentato.

Pacuuius) Et hoc eiuſdem fidei; Pacuuius Comoedias non p. 562.
magis ſcribſit quam tragœdias Terentius. 15.

Plautus Milite) ita correxerunt docti: nam libri omnes 20.
habent, *in Mercatore comoedia.*

Tertullianus] nullum habemus librum Tertulliani de fa- p. 563.
to, nec viros doctos audio qui Fulgentij fidei nimium cre- 9.
duli.

Pumilios) ita veteres libri ceterum neutra enarratio vera: 16.
nam nec pumilus mollis & eneruis, ſed paruus ſiue nanus; nec glaber ibi leuis & imberbis, ſed caluus.

Celeſtide comœdia) ita libri: nec iuuat quod viſum doctis 23.
Alceſtide. locus ipſe effictus ex illo Caſinæ; *Niſi hæc ſe meraclo vſpiam percuſſit flore Liberi.*

p.564.5. *infrontate*) ita libri priſci, quod alij ſuſtulerant, alij mutauerant in *inſtanter*, dum non capiunt elegantiam ſæculi. infrontate ἀναιδῶς. Plauti locus in libris, *Quin meam vxorem mittam catillatum*, quomodo ſcribſit Fulgentius, non vt in Plauto.

19. *deintus*) ita libri veteres: eiuſdem ſæculi eſt *deforis* apud Iſidorum. Eiuſdem elegantiæ *intus condant*, & *cellaritæ*, & *cellaria*: quæ non erant temere mutanda. locus Plauti eſt in Pſeudolo, itaque reſtituit Iunius: at Fulgentius ſcribſerat, in Aſinaria, credulus memoriæ, quia & in ea notus atrienſis ſaurea.

27. *Plautus Curculione*) Et hic memoriæ credulus; nihil enim tale in Curculione. auctionis paraſiticæ mentio in ſticho.

31. *Plautus Bacchid.*) immo, *in Sticho.*

proſtrant) ita libri, pro *proſternunt.*

p.566.22. *lembum*) in libris veteribus, *bamplum*: quidam *blannam*.

27. *Placuit Mineruæ*) locus eſt de Mercurio, non de Minerua: lib. j. *Rationabili igitur propoſito conſtituit pellere coelibatum.*

31. *plus videas*) locus eſt ſcena II. Militis:

Itaque hic meretrices labijs dum ductant eum
Maiorem partem videas valgis ſuauijs.

quem vide vt corrupit noſter Fulgentius. Mox libri habent, *in ſupinatione vel ſublatione peractæ*. Scribendum, *in ſubatione*; alterum eſt heſitantis librarij. Idem error in Feſto, *quum ſubare vel ſubire dicuntur*: poſtremum delendum: nec audiendi qui *ſurire* reſcribunt, quod virorum eſt, vt ſubare mulierum. Apuleius. Lucretius. Lampridius. Tertullianus. Philoxenus.

p.568. *iuuat*) ſcribe, *bibat*, vt in Lucano.

FINIS.

Animaduertenda.

Pag. 2.13. ſcribe, diei. 4. 19. Agat'none. 17. 10. gannitu. 18.21. illim. 19.9. κατέχευεν. 20.17. Hermiona. 21.4.incumbit. 22.6. capronas. 24. 30. Portitorem. 25. 8. Piſcatores. 13. turgidis 33. καλλίσφυρον. 26. 2. atq. 27. 12. ex 17. exodio. 19 .libertatis. 28.16. κεραμοῦ. 30.13. Philip. 31. 23. Irritata. 32. 18 monumenti. 37. 11. macie. 12. decolores. 39. 27. Nouius. 43. 8. Nummos. 25. auceps. 51. 25 feſtinum. 55. 23. exhibes. 56. 21. SARCINATRICIS. 60. 24. facundia. 64. 9. Nouius. 27. iugelonge. 66. 8. væcordes. 67. 21. Hemina. 30. proſapias. 68. 3. referentibus. 69. 28. ære. 70. 3. comoedia. 71. 26. Varro Gallo Fundanio. 72 19. opulentum. 22. pultando. 26. viſcera. 74. 5. æra 8. perditæ. 10. pro vocaſſe. 24. monerint 28. aberruncaſſint. 76. 7 AD QVO. 77. 24. Nyptra. 28. alterum. 78. 16. lictor. 79. 10. dominum. 26. ſt tricoſus. 30. alteri li dolori. 80. 6. ſaucijs. 26. Tucca. 83, 11. habuimus, amiſimus propter. 85. 13. pro cubuiſſet. 14. eſſe. 31. COQVINATVM. 86. 14. tætri. 87. 25. Hermiona. 88. 16. CANICAS. 89. 15. CELEBRESCAT. 31. COMMETARE. 90. 4. concalluit. 5. concalluit. 91. 3. aquai caduciter ruentis. 95. 2. ædibus. 15. Rador. 25. offeres. 106. 19. pilis. 29. equitem. 107. 8. lib. v. 108. 21. primo cibo. 109. 21. oliuitatem. 110. 14. Thyeſte. 24. fauitorem. 112. 19. Plautus. 27. pinu. 113. 10. Parco. 114. 14. ſoluti 116. 7. dubitem. Ennius lib. vij. Deducunt habiles gladios filo gracilento. Nęuius. 117. 30. GENIVM. 118. 10. Zonarius. 32. conluſor. 121. 20. HALVCINARI. 22. aſſiduo. 125. 12. ignauum 30. dictio. 124. 7. vnquam quiſquam. 13. Danaë. 125. 30. lib. iij. Reſpicimus, dira illuuies. Lucillius lib. xxx. Illuuies, ſcabies. 127. 12. Rhodienſis 128. 12. erat. 21. inſilire. 26. inuoluerunt. 131. 27. ſcribilitario. 132. 2. larcultor. 6. ſi bona. 15. affecti. 133. 10. & nequis. 134. 11. Aulul. 136. 7. gymnaſtico. 13. MVLTESIMA 138. 14. ſentit. 16. Danaë. 28. mendicabulum. 139. 32. mordicibus. 146. 30. Pelopidarum. 152. 21. arato. 153. 9. cribrum. 155. 14. Ariſto Chius. 158. 17. ac te. 161. 3. æſtate. 163. 30. debilitaret. 32. Apollini. 165. 4. quid. 166. 11. Orcheſtra p. i. tibias. 167. 13. feſtis. 168 17. ſutrinas. 169. 8. ſcraptæ. 170. 11. qui. 172. 2. ſomnis. 17. tibi iam. 27. ſcaturex. 173. 5. interficior. 176. 19. ſcenatilis. 21. vel elig. 177. 14. ſupel. & ſic in ſeq. 20. mimicum. 178. 14. Graios. 180. 33. lingua. penſum præ ſe. 30. conſeſſum. 182. 3. Leucadia 6. Hetæra. 9. verteret. 12. nequid. 183. 24. Titthe. 26. ſuffarcinatam 184. 2. Alcmæone. 7. turpaſſis. 186. 27. xxviiij. 194. 18. tragica. 195. 24 nutantis. 27. Hiſtor. 32. CERTAMEN. 196. 5. queſtus. 29. labuntur. 198. 9. Effetos. 33. donum. 199. 4. contagia. 200. 9. Macco. 202.

14. conata. 205. 15. contemtione. 213. 5. mercaturam. 30. ſemo-
dium 218.6.præſepim.219.30. Dogali.221. 3.calet.32. pleno.223.
28. &231.18.Fufidius.26.aëra.233.32.domemq. Bel.234.13. obie-
ctu.237.13. aërium. 239. 27. tuum. 241. 27. pertuderis.30. pauſia.
242.12.oras.251.33.Terent.Heaut. 255. 24. obnixi.259. 25. meas.
260.28. poclo. 261. 12. & æquum & rectum eſt. 262.14 qui. 264.
27. cibo. 267. 17. miſer eſt. 271. 23. inſidiaſque. 272. 19. exclu-
dit. 273. 22. De Bruto. 278. 30. da. 279. 13.habere.29.depoſitam.
281. 24. cœnabat. 282. 6. Ænean. 286. 18. imponebat. 291. 13.ra-
bies. 294. 15. portas. 295 26. diuerſum ferri. 29. ſiti, a. e. æſtu.
296. 32. expedior. 297. 25. aura. 298. 25. ceruice. 300. 27. exſul-
tare. 29. deuras. 302. 7. aquali aqua. 303. 23. æriſq. 305. 13. vt fluat
facetijs. 309. 15. hirundine. 310. 12. dulcia. 24. cernis. 312. 20. vl-
troq. 313. 11. Lauſo. 314. 16. Pſaltria. 23. is. 315. 19. Athamante.
316. 28. viiij. 29. Ænean. 320. 2. Cæſarem.326. 4. vacat. 329. 26.
magna. 336. 9. volucris. 337. 4. intercapedo. 22. cotidianum. 338.
32. languentis. 340. 17. pretioſa. 344. 8. Cupidinis. 347. 23. mira-
tus. 352. 30. quod qui. 353. 30. deleatur aſteriſcus: ſequentes duæ
lineæ ſcribantur Italico charactere. 354. 26. ſine. 358. 2. Accipies. 4.
docui te. 14. Curio. 361. 30. illum. 364. 28. premat. 366. 25. cor-
nu. 367. 21. verum. 368. 8. parco. 371. 24. Diogene. 376. 25. Ca-
ſtra. 381. 25. retuli. 386. 4. ſuffecit. 394. 12. lutulentum. 397.
32. deſierunt. 400. 21. res. 401. 3. puram. 402. 25. ſimul ac. 33. ſtri-
ctum. 407. 22. quadrupedum. 409. 4. ſimul ac. 8. facta. 410. 4.
Illud. 413. 4. TAETRVM. 8. vox. 23. diſtorſit. 414. 15. ſuam ſcho-
lam 27. dicitur. 419. 30. VENIRE. 420. 25. deleatur &. 424. 27.
lib. iij. deinde animi ingratam naturam paſcere ſemper, Atq. 426.
25. rog. 427. 12. atq. adirem. 431. 20 agi. 438. 19. FLAGRARE &
FRAGRARE ita diſcernitur, quod flagrare eſt incendi & ardere;
fragrare vero olere: & in plurimis inuenitur iſta diſcretio. 441.
25. tranſigit. 444. 3. anxietas. 451. 5. lore. 14. quam ætas in. 453. 18.
honeſtæ. 456. 13. dedecoris. 462. 33. votis. 470. 8. poſt, tace: AR-
BITRABVNT. Plautus in Sticho. Probiores vero arbitrabunt ſi
probis narraueris. 473. 5. tonuerit. 9. malo. 474. 21. calendis.
475. 9. promeres. 476. 4. miſer. 478. 25. partis. 31. quę volam,
quoniam. 482. 8 ni hæc. 484. 18. Senaticonſulto. 485. 14. ſibi ha-
bet ſumma. 486. 17. moribus. 491. 17. volutabundo. 27. ſonu.
30. glutinator. 492. 26. decere. 494. 5. ſenex. 495. 24. arcam. 496.
18. Leucaolia. 497. 30. hæc tu ſi. 501. 18. Scies. 507. 16. ſtultitia.
506. 8. REDDIBO. 12. deſit tibi. 511. 22. beneficio. 515. 27. Tra-
bea. 521. 13. Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν. 533. 21. horiæ. 535. 30. Exce-
pto. 542. 28. id. 544. 11. vina. 31. vaſis. 545. 8. CANTHARVS. 548.
22. agen. 549. 7. habeas. 551. 28. vuam 555. 16. Fulminis. 563. 23. fri-
guttis.

Pag. 81.ver.vlt. & alij.82.34.poſitum ſic. 83.11.libro inſt. vlt. & ſic. 88. 37. mitigare.90. 7. auceps. 8. habent. 15. fatear. 92.32. obſcuri. 93. 10. indicat. 24. piſtoribus. 94: 21. nolo. 95. 7. noſtrum. 96. 24. Seruilia. 98. 4. inguina. 30. *λυομένη*.101.31.*παλαιὸν*.103. 24. modis. 106. 33. propitiare. 107. 18. far pium. 29. ſcribti. 109. poſt verſum 26.adde. 9.*ſuperuacaneorum*) lege,*ab hac ſuperuacaneorum conſuetudine adſcribtiui.* ſupercanei & adſcribtiui ijdem. vide quæ infra ad locum Varronis notauimus,in cap.de doctoſum indagine. 40. ſcelerati. 110. 29. ſit. 113. 24. milij. 115. 25. induxit. 117.4. mimi Lab. 38. Laurentibus. 41. nutu. ib. pinnis. 118. 20. Manſit. 36. Armati.120. 2. Chalinus. 124. 3. ſit.18. verſuum. 26. *φθονερόν*. 125. 7. inauritaue. 11. Et hoc. 126. 2. rite. 127. 6. *ἔτος*. vlt.*μισόγυνος*. 128. 32. Dicty. 36. formę. 129. 6. *χοιὰν*. 17.*πρυτανίτιδες*.poſt ver. 30. adde. 5. *Varro Hebd. j.*) ad verbum habet a Gellio III. x. non ab ipſo Varrone. 32. dictionum. 130. 7. cancro. 23. Magnius. 133. 12. e Clit. 134. 8. Ariſtoteli. 9. Crateti. 21. inuictæ.136. 34. Ectioni.139. 15, ſcribti. 141.7.*δρυτόμος*.8.*πόντῳ*. 142. 25. conditionis. 33. virginis. 144. 6.æui & ęquitatis. 146. 31. nutantibus. 147. 26. dramata. 148.9. bucco. 149. poſt verſum 4. adde. 27. *quarum iacent*) ſcribe; *quorum iacent muri, nulla horrea.* Et errat Nonius, qui ſingulari poſitum cenſet. 151. 19. oſſa. 153. 17. Aer. 26. creditę. 156. poſt verſum 27. adde 258.8. marcili vij) ita libri. ſcribe, Marci Liuij. 157. 5. cenſes. 158. 33. menda. 160.poſt verſum 27.adde.24.*cœnabat*) ſcribe,— *qui te, bonus Iuppiter,inquit Craſſo Mucius, cenſebat dominum fore.* — 161. 15. Antianus. Antio. Antęo. 169. 18. funerato. 35. exſoletos. 171. 23. Cuiaciano. 172. 21. perſonati. 173. 15. expreſſę. 174. 8. initiare. 32. e cunctis. 175. 28. rarius. 176. 33. e quo. 177. 14. I.C.tos. 178. 11. *τρυφὴν* obiecta. 18. cum Homeri.179. 23. vulgo .181.2. te.185. 31. quem. 183. 5. de leg. *vj.* 6. vt ſupra. 189. 5. votis. 195. 18. Tertium. 197. 31. ſale. 36. vt edidi. 198. 30. Polyb. 32. *τούτων*. 33. *συγγνώμην*. 199. 40. inueniſſem. 202. 30. e Mel. 32. & exp. 36. e Taphe. 203. 40. potiremur. 204. 14. ſiue poſtula. poſt verſum 23. adde. 15. *rumpier*) Libri, *Ego miſe riſuclandeſtino rumpietor fere matera menſtra feruere.* Primus verſus integrior ſupra capite IIII. *Ego miſera riſu clandeſtino rumpier.* Alterum ita lege; *Noſtræ eræ mater amens ira feruere. Noſtræ* ſcribtum fuerat compendio, *nre.* Cetera certiſſima ſunt. 506. 8. *Et fornacium*) ſcribe, *e fornacibus.* 22. Plato. 38. Dator do ſenno. 205. 5. ſe reſciuiſſe. 6. agyrtæ. 7. dicturum. 39. reſcribendum. 206. 2. *τρίτος*. 11. indicat. 17. commodiſſime. 31. æneas.

39. adnitere. 207. 5. ἐν τοῖς. 6. ἀναγράφει. 32. inueniri. 208. 29. ſi-tularum. 30. maius eſſe. 32. Pollux. 209. 8. Agrippæ. 35. poſſederat. 210. 10. Pęgnia. ib. Patrenſis. 15. Harpocrationi. 211. 27. Theoclo. 212. 24. ſubatione.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA ROMA